

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



N.
L S.
f
p 36 f –

Germ g. 111.



Digitized by Google

<36611673000010

<36611673000010

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

2° germ. g. 111

Digitized by Google

Digitized by Google

Bibl. Bodleiana.
Ling. Germ. Gloss.
Pg. 1137.

Digitized by Google

JOANNIS SCHILTERI, j.c.

THESAURUS ANTIQUITATUM TEVTONICARUM,

TOMI TRES.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

JOANNIS SCHILTERI
JCti olim Argentoratensis

THESAURUS ANTIQUITATUM TEVTONICARUM, ECCLESIASTICARUM, CIVILIUM, LITTERARIARUM.

TOMIS TRIBUS.

Primus Sacra continet Monumenta: Francica, Alemannica, Saxonica: Biblica & Ecclesiastica.

Alter Civilia; Leges, Bella, Triumphos, &c. Morales item Alemannorum Paræneticos.

Tertius Glossarium Teutonicum: non Scriptoribus solum & linguæ inserviturum, sed & Antiquitatibus abundans.

Opus diu desideratum, nunc ex Autographis B. Autoris datum e Museo

JOANNIS CHRISTIANI SIMONIS,
JCti, & Syndici Campodunensis.

Accedunt passim Alemannica Monumenta insignia Vetustissima; noviter post Schilterum eruta, & suis quæque Locis inserta: tum Virorum doctorum emendationes, Versiones, Notæ & curæ exquisitæ.



Jacob Andreas Friedrich. del. et sculp. A.V.

ULMÆ,
Sumptibus DANIELIS BARTHOLOMÆI, & FILII.
M DCC XXVIII.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Digitized by Google

SERENISSIMO ATQUE POTENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

LUDOVICO RUDOLPHO,

BRUNSVICENSIUM AC LUNEBURGENSIUM DUCI

ORDINIS S. JOHANNIS HIEROSOLYMITANI COMMENDATORI,

ET S. ANDREÆ RUSSORUM

EQUITI, ET REL.

Heroi Incluto,

Pio, Sapienti.

PRINCIPI AC DOMINO

SUO CLEMENTISSIMO

Vita, Salus, Gloria.

Digitized by Google

Digitized by Google



SERENISSIME PRINCEPS,

PRINCEPS AC DOMINE CLEMENTISSIME.



Udet magni aliquid Gens Veterum Teutonum, & velut ê cinere, quo ſepulta diu jacuit, reſurgens facto ex ſeſe illuſtri Legatorum omnis ordinis globo, TVVM, PRINCEPS SERENISSIME, vultum venerari demiſſe, TVAM, HEROS,

Digitized by Google

priſco Francorum Saxonumque Heroum ſtemmate oriunde, dexteram deoſculari certatim cupit: atque adeo, dum TVAS admirata virtutes TVAM illam ingentem Gloriam ſtupet, LVDOVICE RVDOLPHE, DUX, atavis edite Regibus, dum TE præter fœcundam Nepotum Brunſuicenſium ſobolem AVGVSTARVM binarum Patrem Celſiſſimum, AVGVSTISSIMI CAROLI CÆSARIS, quo majus nil orbis habet, Socerum; PETRI II. Imperatoris Ruſſici (at quam Auguſti Solii, quam vaſtorum Regnorum Domini!) Avum Germaniæ toti venerandum humillime genu flexo ſalutat; TIBI etiam VNI avita Sacra Chriſtianæ Religionis vernacula; priſcas ſuæ gentis Leges, Jura, Fœdera; denique quidquid de Bellis Victoriisque Heroum ſuorum incluta Francorum vetuſtas canit, quidquid protulit ſanctum & grave, rhythmis non prorſus invenuſtis ad formandos mores Alemannica Equeſtris ſedulitas; hoc Antiquitatum Teutonicarum Theſauro conſecratum demiſſe vult: JOANNE SCHILTERO quidem dextro interprete uſa; nobis latoribus, quamquam indi-

indigniſſimis, at mente penitus devota, tum obſequiis adverſum TE, MAGNE PRINCEPS, nemini vel fidiſſimo ſubditorum TVORVM ceſſuris unquam.

Habet hoc Sereniſſima prorſusque Auguſta Domus TVA geminum jam â multis retro ſeculis decus: primum, ut rebus fortiſſime geſtis pro Auguſta Germaniæ dignitate, pro Majeſtate Imperii, cui præfuit & ipſa multoties ſub Henricis Ottonibusque Cæſaribus, pro vindicanda contra invaſores quoscunque libertate; communi orbis ſuffragio inter Heroas primi ordinis ſemper culta fuerit; exteris etiam, protenſis late finibus, verenda & formidanda; nec minus eapropter Chriſtianæ Religionis, Legum & Juſtitiæ usque & usque tenax: alterum, ut Literatos generoſe jugiterque foveret in ſinu ſuo; olim Monaſteria, deinde Scholas & Academias ad pietatem atque eruditionem propagandas magno numero magnifice dotatas fundaret; Bibliothecas vere Auguſtas ſumtibus ſeſe dignis erigeret: denique Principes educaret ipſa

Digitized by Google

Sui ſanguinis haud leviter literis tinctos: ſacris æque, ac reliquis ad civilem prudentiam atque omnis generis elegantiam profuturis: imo exquiſitiſſime eruditos.

His TV juxta cum SERENISSIMO FRATRE ſatus, DOMINE, AVO imprimis AVGVSTO ſuperbiens, Miraculo ævi ſui; ANTONIO VLRICO Parente Sereniſſimo, literis ac multis virtutibus eminente; nec minoris gloriæ Patruo RVDOLPHO AVGVSTO, dum celſas eorundem virtutes ferme ſuperas, Muſarum omnium Protector Magnus, Germanici ante omnia Decoris Illuſtre Sidus; non poteris non clementiſſimo vultu hoc, quod offerimus devotiſſime, Opus conatu arduo Germaniæ medii ævi illuſtrandæ, & Linguæ Teutonum pandendæ incredibili ſtudio ſuſceptum â Joanne Schiltero & exaratum, deinceps ab aliis haud perfunctorie auctum & expolitum, TVAM POTENTISSIME PRINCEPS, in Tutelam ſuſcipere. Et quidni confidamus? qui olim Conringiana quotquot prodiere ad decus vindiciasque

Digitized by Google

ciasque Germaniæ ſcripta, AVGVSTO AVO in delitiis maximis fuiſſe novimus; qui Schottelium Huic ipſi nuncupaſſe non infauſtis auſpiciis ſuos de Germanica Lingua Commentarios eruditos, tenemus. Itaque non impar forte Conringio τῷ πάνυ Schilterus, Principibus & ipſe Viris acceptus, celebriorque Schottelio, ad pedes nunc TVOS nobiſcum provolutus â TVA, PRINCEPS SERENISSIME, clementia auram propitiam exſpectat.

Nos vero queis contigit non una vice TVO, DOMINE, clementiſſimo recreari alloquio, TVAM, PRINCEPS, togam deoſculari; tunc nos abunde felices reputabimus, ſi clementer reſpexeris conatus noſtros TVO ſacratos NOMINI; TVA judicaveris incomparabili Bibliotheca non indignos: denique nos humillimis qui TIBI devote ſerviunt, clientibus vultu placido adnumeraveris. Servet TE, MAGNE PRINCEPS, ſoſpitetque, DEVS! AVGVSTISSIMOS, qui ex TE nati ſunt, aut propitio Numine poſthac naſcentur, & SERENISSIMOS, Suis quemque Soliis & Decoribus maximis ornet, adaugeat, coro-

Digitized by Google

coronet de cœlo ipſe! TIBI largiatur S. Spiritus Gratiam perennem, Eccleſiam ſub TE florentem, vitam prolixam, regimen ſecurum, domum tutam, ſenectutem vegetam & felicem, populum fidelem & probum, orbem TE etiam opitulante quietum: & quæcunque Chriſtiani Principis vota ſunt.

POTENTISSIME PRINCEPS,


SERENITATI TVÆ

Scribebamus Ulmæ, Feſto LUDOVICI die 25. Aug. quem omine fauſtiſſimo TIBI, DOMINE, SERENISSIMÆ DOMUI TUÆ, quin & Germaniæ toti mille modis Fortunatiſſimum, & in ſeram usque Senectutem lætiori ſemper Sidere recurſurum DEVS O. M. præſtet! A. clɔ Iɔccxviii.

humillima ſubjectione devotiſſimi.

Daniel Bartholomæi & Fil.

Digitized by Google



Lectori S.

M. Tullius Cicero, cum olim miſerrimis Reip. Romanæ temporibus unicum fere mentis aegrae ſolatium à ſtudio philoſophiæ literarumque omnis generis elegantiorum peteret, nunc legendo præclara, nunc cum amicis eruditis confabulando, nunc ſcribendo & commentando: inter alia opus magnum & eximium moliebatur, quod *Herculeum* ipſe vocat, quodque principi amicorum, Pomponio Attico ſuo, abdendum in gaza literaria deſtinaverat: ad quem eapropter ita ſcribit: *Excudàm aliquid ἡρακλειδιον, quod lateat in theſauris tuis. Ep. 27. Libri XV.* Non vacat nunc inquirere cum cura, aut etiam divinare, quodnam potiſſimum opus Cicero verbis iſtis voluerit intellectum. Egregium profecto fuiſſe, dubio caret: cuique nomen non tam ab Heraclidis Pontici imitatione datum, velut *Heraclidio*, (ut viri quidam docti conjiciunt) exiſtumamus; quam ab Herculeo labore, quem operi exaſciando & ornando M. Tullius, magnus ille Conſul & Romani orbis & eruditi, impigro ſtudio, maximoque omnis doctrinæ apparatu impenderat. Atque utinam frui eo nobis liceret: theſauro quantivis pretii, & haud dubie Attici bibliotheca digno! Verum latet æternumque latebit, fato plurimis veterum monumentis communi.

Felicior ergo ſors eſt Operis, quod in manibus, Lector, nunc habes, vaſti, vereque *Herculei:* quod latens tamdiu, inter cimelia pretioſa quidem Bibliothecæ Simonianæ, ſed tamen privato lare & anguſto habitans; multam antehac eruditis ſollicitudinem, ne interiret, imo metum plurimis anxium pepererat: nunc enimvero erutum è tenebris, perpolitum, auctum varie, lucique publicæ non ſine largo datum acceſſu nitide totum, plaudente doctorum choro, exit.

Digitized by Google

JOANNEM SCHILTERVM, auctorem Operis, si cum M. Tullio comparavero, quis invidebit? Similem enim videmus non uno nomine ICtum longe gravissimum, virum præter profundam ac singularem juris omnis peritiam, antiquitatis universæ promum condum, polyhistorem, philosophum, undique magnum; Ciceroni Romano Consuli, prudentia & sapientia eminenti, philosopho clarissimo, Musarum omnium ocello; tum patriæ inprimis ad mortem usque studenti: quod postremum ante alios ad Schilterum quoque nostrum apprime pertinere vel ipse Thesaurus hic abunde docet. Congesserat & hunc, haud aliter ac Cicero suum opus, tempore sane infelici, ob tot bella & dissidia Regum cruenta: quod non poterat non affligere multis modis communem patriam, dum Germania inprimis passim misere atterebatur, literæ vero metuebant exilium. Opus ergo erat animo magno, qui tot inter publicos turbines, quibus insuper calamitates domesticæ graves Schilterianæ, & morbi subinde asperrimæ indolis accedebant, impavidus tamen & tranquillus Musas quæreret, literis Teutonum rudibus, aut exesis vetustarum chartarum, librisque infinitis lubens impalleſceret, denique senex etiam cœcutiens omnia versaret & ageret, quæ priscam nobis ævi medii Germaniam (quod sacra vernacula, quod leges & bella, quod linguam, ritus, populorum mores, aliaque innumera attinet) hactenus vix centesimo cuique notam, incredibili diligentia redderet notiorem. Hunc laborem, si vel solum, sepositis omnibus aliis, in se suscepisset Schilterus, Herculeum tamen dici meruisse nemo diffitebitur, quisquis rerum istiusmodi vel tenuiter gnarus est. Nunc quid dicemus, ubi reputaverimus, dum opus hoc novum, grande, arduum, nemini tentatum antehac, molitur ac adornat incomparabilis industriæ Senex, alia multa nec minus aliquando grandia illum Volumina Ecclesiastica, Juridica, Historica, studio elaborata exquisito edidisse? Scribit de JOSEPHO SCALIGERO amicissimus illi ISAACVS CASAVBONVS in præfatione Opusculis illius posthumis præfixa. *Solebat hic literarum parens relaxandi animi gratia, & sicut olim de Origene & alumnis ejus disciplinæ est dictum,* ἐν καιροῖς ἀνέσεως φιλολογεῖν, καὶ ἀκριβῶν τὰ ἀντίγραφα, *iis horis, quibus remittere ab arduis animum & recreare volebat, tractare philologica, veteresque chartas accurate scrutari.* Prorsus idem assidue factitasse B. SCHILTERVM testantur aliquot ipsius Epistolæ, & affirmant viri graves, qui familiarius eo usi sunt, & ad latus optimi præceptoris, dum calculo, arthritide, ischiadico malo, aliisque doloribus miserrime cruciatus ac tantum non enectus levamen ingenti malo à literis librisque quærebat, adstiterunt, suamque illi operam prælegendo commodarunt. Ita factum, ut, dum his Schilterus vacaret laboribus & sospes & ægrotus, pertinacissime, nocte & interdiu: dum Patronos, amicos, fautores undique per Germaniam, per Gallias, Bataviam, Daniam, &c. ad ferendam suppeditatis Monumentis vetustis opem, ad conferendas

in

Digitized by Google

in locis dubiis ſymbolas, ad excerpendas hic illic veteres Teutonum reliquias, ritus, formulas aliaque ad antiquitates iſtas pertinentia, implorat, excitat, rogat, & in forulos unumquodque ſuos recenſita prius omnia refert: factum ita, inquam, incremento quotidiano, ut THESAVRVS iſte ditiſſimo apparatu in molem excreſceret: Optimusque Schilterus, non magnarum alias opum poſſeſſor, gazam hanc infinito erutam è mille fodinis labore, publico incomparabili millenorum bono poſt ſe relinqueret, Antiquitatibus Teutonicis refertiſſimam.

Atque utinam perficere undique Opus tam illuſtre, ac ultimam ubivis manum imponere Seni Beato, vere Varroni Germanorum indefeſſo, ruſpatori Patriarum Antiquitatum & interpreti feliciſſimo, licuiſſet. Aſt illius quidem, dum lambit aſſidue fœtum, dum pro viribus adaugere ac polire non prius deſinit, quam vivere, beata dies ſuprema ex ergaſtulo corpuſculi pridem marceſcentis, animulam in DEO & Chriſto jampridem unice recumbentem, & longo anhelitu τὰ ἄνω, cœleſtia ſancto pectore ſpirantem eduxit. d. 14. Maji, 1705.

Theſaurus vero jam orbus parente, in manus Viri Prænobiliſſimi atque Jureconſultiſſimi JOANNIS CHRISTIANI SIMONIS devenit, volente ita & jubente Beato Præceptore Schiltero, qui vivus adhuc & mente medios inter cruciatus morborum valentiſſimus hunc præcipue unum elegit emptorem bibliothecæ ſuæ (vah! quam divitis & exquiſitæ!) & ſimul Voluminum omnium MSSrum, queis Theſaurus noſter continebatur, tum chartarum ſchedarumque abs ſeſe collectarum aut elaboratarum, digniſſimum poſſeſſorem. Verum adeo nihil ab orbitate detrimenti cepit opus illuſtre poſthumum, ut potius ſplendorem ſui ſenſerit non parum adauctum. Siquidem poſtquam toto vicennio latuerat ob iniquitatem temporum; promiſſus licet haud vana jactatione Theſaurus; tandem inita pactione ab AMPLISSIMO SIMONIO (quem honoris cauſa nominamus, Amicum nobis apprime faventem) Bibliopolarum pari præſtantiſſimo noſtrati, BARTHOLOMÆIS PATRI ET FILIO, uti honeſtiſſimis viris, ita impigerrimis & præclaræ ſemper merci literariæ intentis, traditus ad publicationem, fauſto prius omine Virorum in his literis præcipuorum manus obſtetricantes, & auxilia luculenta rara felicitate nactus eſt: quippe monumentis egregiis aliunde adhuc ſtudioſiſſime comportatis (certante Fautorum promptitudine, & ſumtus alacriter impendente Bibliopola) inſigniter locupletatus, tum multis undique curis usque & usque limatus, Tibi hac quam adſpicis forma, pulcra ut opinor & venuſta, vænum exponitur.

Ceterum opus omnino non eſt, ut ſigillatim denuo recenſeamus, quæ ſint in ſingulis tomis præſtita tum collectione monumentorum, tum tex-

Digitized by Google

tuum emendatione aut illuſtratione ac verſionibus, ubi opus erat; tum ampla Gloſſarii collectione & accurata reviſione augmentisque adiectis: Docent id abunde præfationes tot aliæ, tomis præmiſſæ ſingulis & haud raro monumentis: e quibus peti nullo negotio quæque poſſunt. Iſtud modo unum addidero, ſi labor virorum eruditione, dignitatibus, meritisque illuſtrium, qui Germanicarum Hiſtoriarum Scriptores & olim ediderunt, è vetuſtis membranis erutos incredibili ſtudio, & hodieque magno voluminum numero collectos jugiter adhuc emittunt: Si, inquam, horum induſtria in emittendis Theſauris laudem omnium meret, & Doctorum elogia digna fert: porro, ſi noſtra inprimis ætate procuduntur ſubinde cum fructu plurimo vetuſta Imperatorum, Principum, Epiſcoporum, Abbatum, &c. Diplomata vernaculo ſermone ſcripta, tot chartæ Donationum, Contractuum, &c. Quis non ſibi perſuadeat, acceptiſſimum æque fore Opus Schilterianum, quod tot inſignia Teutonum monumenta, tot antiquitates patrias Francorum, Alemannorum, Saxonum, aliis intactas: denique clavem vernaculæ Majorum noſtrorum (at quam illuſtrium Europæ domitorum, quam late ſuas cum armis & imperio leges olim propagantium!) linguæ luculenter pandit. Non itaque habebit opus hedera ſuſpenſa vinum tam nobile: non operoſa cujusquam indiget commendatione. Accepit avide nuper Orbis eruditus THOMÆ DEMPSTERI *Etruriam Regalem antiquam*, ſeculo abhinc integro elaboratam; & plurimas obſtetricanti noſtris hiſce diebus quo ederetur praeclarum opus, Illuſtriſſimo SCIPIONI MAFFEIO gratias agit. Et nos non recluſas Theſauro ampliſſimo Teutonum Antiquitates eandem conſequuturas gratiam ſperemus? non itidem ominemur præclara iis omnibus, qui manus, qui curas, qui impenſas Operi rara & recondita eruditione eminenti, elimando, augendo & illuſtrando, denique forma egregia excudendo, adhibuerunt, donarunt, porrexerunt? Profecto, ſi quid recta collectione valemus: Dum pretium eſt eritque apud Eruditos cordatosque rerum æſtimatores ſtudio Antiquitatum omnis generis, omnium nationum utili ac jucundo:

Honos erit huic quoque Operi
Schilteriano.

JOANNES FRICKIUS.

JOAN-

Digitized by Google

JOANNIS SCHILTERI
JCti olim Argentoratensis

THESAURUS ANTIQUITATUM TEVTONICARUM, ECCLESIASTICARUM, CIVILIUM, LITERARIARUM.

TOMUS PRIMUS,

Exhibens

Monumenta Ecclesiastica Christiana Veterum Francorum & Alemannorum vernacula: Edita, Inedita.

Otfridi Monachi Weissenb. Opus Evangelicum: Notkeri Psalterium: Willerami Paraphrasin Geminam Cantici Canticorum Salomonis: Regulam S. Benedicti per Keronem: Alia.

Post sedulas B. Schilteri curas Otfridum ad Vetustissimos Codd. MSStos castigavit emendavitque, Willeramum, & Keronem plane ineditum, novos è MSS. dedit: Notas & aliorum & suas plurimas addidit

JOANNES GEORGIUS SCHERZIUS, D.
Pandectarum & Juris Publ. in Univ. Argent. P.P.

Opus Novum è Veteri.

Cui undique provisum, ut accurate prodiret.


Præfationem Generalem præmisit
JOANNES FRICKIVS, S. T. P.



ULMÆ,
Sumptibus DANIELIS BARTHOLOMÆI,
M DCC XXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google



JOANNES FRICKIUS LECTORI S.

PRodit ergo in lucem, quod felix fauſtumque ſit! ac tuo, Lector, benevolo vultui ſeſe ſiſtit ille tot annis jam exſpectatus, tot doctorum expetitus votis urgentibus; olim ſudoribus maximis erutus, congeſtus, adornatus; nec minore impendio datus nunc tandem, auctior etiam non parum, curisque novis multo limatior Theſauri Schilteriani Tomus Primus: Opus arduum, difficile, longum, ſed & auctore tanto digniſſimum: quod ſerena fronte excipiet orbis Eruditus omnis: at quo gloriari Germania inprimis duo maxime ob momenta debet: nimirum primo novis nunc Linguæ Vernaculæ vetuſtiſſimæ monumentis, iisque plane exquiſitis largiter aucta & condecorata: deinceps novis, quod caput rei eſt, Germaniæ Chriſtianæ ævi medii ſcriptorum Eccleſiaſticorum operibus præclaris, Biblicis, aliisque pietate ad ædificationem pleniſſimis, ornata: queis & ſibi & aliis omnino multum poterit prodeſſe. Nos jam de utroque præfabimur, bona cum venia tua, Lector.

Linguæ Germanorum prima radices.

Lingua Germanorum, cum haud dubie Matrix lingua ſit, i. e. è primis aliarum fontibus una, quæ propagines quidem multas genuit Tevtonum: velut Francicam, Alemannicam, Saxonicam veteres, ſed & cognatam maxime linguam Anglicanam, ne de Gothis nunc & Vandalis, aut de Longobardis dicam, quorum omnium origo & lingua Tuiſconum ſive Tevtonicum fontem ſapit ac prodit manifeſte. Hæc, inquam, cum lingua matrix ſit, non ſoror aut fœtus aliarum: meretur profecto e priſcis monumentis cum cura erui. Novimus eam ſibi provinciam pridem ſummos in re literaria viros ſumſiſſe, ut data occaſione Celtarum veterum, h. e. Gallorum & Germanorum voces hic illic in auctoribus reliquas inveſtigarent, aut e nominibus populorum, urbium, virorum, veſtium, armorum, &c. arguta ruſpatione divinarent. Neque hoc vitio quisquam dederit Philippo Melanchthoni in Chronico Carionis iſtud paſſim obiter agenti, aut Augerio Gislen. Bubequio, quarta ſuarum Epiſtolarum Turcicarum Germanicas voces multas vel è Taurica uſque Cherſonneſo repetenti, atque è lingua Tartarorum, quibuſcum ſermones Conſtantinopoli miſcuit, amœniſſime recenſenti. Ipſos Scaligeros, Voſſios, Bochartosque hoc ſtudium recreavit, ne nunc alios nominem bene multos: neve de Franciſco Irenico, aut Philippo Cluverio, viris ſane doctiſſimis, multa dicam, quorum labores cum data opera in exponenda veteri Germania fuerint

Digitized by Google

ſumma cura occupati, plurimumque præſtiterint, mirum non eſt, linguam etiam haud leviter attigiſſe. Verum ſi hæc ſtudia non dedecent ſummos viros, nec utilitate multa ſubinde carent; quanto magis Germanos decebit, integra veterum Teutonum monumenta amplecti, quæ nobis ex ævi medii vetuſtate ſuperſunt? Scribit Eginhardus in Vita Caroli M. Heroëm hunc Imperatorem *barbara & antiquiſſima carmina, quibus veterum Regum actus & bella canebantur* (quæ ſola Germanis Annalium inſtar fuiſſe refert Tacitus) *& ſcripſiſſe & memoriæ mandaſſe.* Hæc ſi pulcra cenſuit tantus Imperator, quanto pulcrior cura, quam ſtudioſe ſuſcepit, ſermonis patrii? de qua mox addit Eginhardus: *Inchoavit & Grammaticam patrii ſermonis.* Ergo, ſi quis originem linguæ Teutonum, jam cultum aliqualem, jam regulas admittentis, accuratius annotare voluerit, hic Faſtos â Carolo M. inchoabit, hinc ducet Epocham, & ſecula poſt barbariem pulſam numerare incipiet.

Barbaries examinata, & pulſa.

Non ſum neſcius, Franciſcum Irenicum ſerio nomen barbarorum Germanis per extremam, ut putat, injuriam velut convitio datum averſari, ac contumeliæ haud poſtremæ loco habere *lib. II. Exegeſ. Germ. c. 30.* nec improbo dictum, quod is Italo neſcio cui feroculo reponit, eximium. *Si linguæ ratione barbari ſumus, eo videlicet, quod non declinabilis lingua noſtra eſt; nihil aliud reſpondebo, niſi quod Anacharſis Athenienſibus: quibus ſcripſit, homines non linguis ſed virtute differre: & ſi linguis; melius tamen eſſe barbare loqui & obedientes reperiri, quam contumaces, & Attice loqui.* Attamen, ſi recte vir doctus barbariem morum & vitæ depulit à Germanis; ſi & ingenii barbariem in excogitandis ordinandisque carminibus heroumque ſuorum elogiis vetuſtiſſimis Morhofius falſo illis à Tacito imputatam queritur merito: non eapropter barbariem linguæ veteris Francicæ deprecabimur, quam vel Otfridus ipſe, cujus hic prolixum opus Germanicum prodit, palam in Epiſtola ad Liutbertum Præſulem Moguntinum fatetur. *Hujus enim*, inquit, *linguæ barbaries ut eſt inculta & indiſciplinabilis, atque inſueta capi regulari freno artis Grammaticæ, ſic etiam in multis dictis ſcriptu eſt propter literarum aut congeriem aut incognitam ſonoritatem difficilis.* Interim quis Varronem ſpernit Linguæ Latinæ origines ex obſcura veteris Tuſciæ Latiive barbarie ſedulo eruentem? Quis Pacuvios, Nævios, Lucillios, Ennios, ſimilesque queis uſus Varro eſt, omnino exſibilat, ut incultos, (quod nemo negat) cum tamen ad fundamenta linguæ cultioris ſua quisque ætate, ſuo ſtudio non omnino nihil attulerint? Ita & de Germanis autoribus, quos nunc edimus, cenſendum. Stribliginem & duritiem aſperam linguæ hactenus indomitæ fatentur ultro: verum & injiciunt ſedulo frena primi, regulas meditantur & obſervant quouſque licuit, ſtribliginem ut detergant, nulli operæ parcunt: Nobis interim pandunt antiquitates linguæ Tevtonicæ, quæ patria vetus & vernacula gentis totius erat, minime contemnendas. Dulce præterea obſervatu, ut ſenſim emolliri aſperitas linguæ Tevtonum tractu ſeculorum, & ſtudio doctorum ævi ejus virorum cœperit: ita, ut Otfrido, Kerone, & interprete Iſidori haud parum cultior ſit & facilior intellectu Notkerus; hoc iterum lenior fluat Willeramus: & ita ſeculis inſequutis aſſidue cultius aliquid prolatum ſit.

Auctores, qui de hoc argumento ſcribunt, præcipui.

Jam ergo ſtudii his in rebus ponendi quem Germanum, imo quem & exterorum jure pœniteat? Inſudarunt olim illuſtrando Varroni de lingua Latina magna cura viri eruditiſſimi, Adrianus Turnebus, & Joſephus Scaliger, qui etiam ſenex ſibi placuit eo labore. Numquid, obſecro, erit iniquum, ſi ad eundem modum, aut ſane ſimilem laborantes in autoribus Germanicæ veteris linguæ emendandis, exponendis, reſtituendis, ornandis viros doctiſſimos laudem meruiſſe ſummam contendemus? Hos recenſere prolixius inſtituti quidem noſtri non eſt: at paucis tamen commemorare præcipuos quid obſtat? Heic vero ante omnes alios ponendus cum honoris præfamine nobis eſſet Reverendus Pater *Martinus Lutherus*, ὁ μέγας, ſi modo libellum, qui Nomina Germanorum propria ad priſcam etymologiam reſtituta ſiſtit, excuſum primo a. 1570. ac deinde ad calcem Tomi IX. Operum Luth. Altenb. adjectum indubie ipſius eſſe conſtaret. Amœnus profecto eſt, ſimulque doctiſſimus, nec Luthero indignus: at, ut dixi, dubius. Nos indubios dicemus. Hos inter primus, quod ſciam, nonnulla Alemannica protulit, & explicuit, tum aliis ad plura ſalivam movit *Joachimus Vadianus*, vir inter primos eruditorum ævi ſui ponendus. Hujus latera claudant *Georgius Schobingerus*, & *Melchior Haiminsfeld Goldaſtus*, non familiari minus amicitia, quam ſtudiorum

Digitized by Google

diorum consortio conjunctissimi: quorum postremus in Volumine Scriptorum de Rebus Alemannicis, & in Paræneticis, quos secundo hujus Operis Volumine recusos inferemus, qualis & quantus in hoc genere studiorum fuerit, ostendit: plura etiam daturus quæ collegerat, ni forte bibliopola defuisset. Ante vero, quam à Goldasto quidquam ejusmodi prodiret, dudum jam nomen suum, tot aliis operibus celebre, his quoque studiis condecorarunt *Beatus Rhenanus* libro II. Rerum Germanicarum: tum *Matthias Flacius* Illyricus & *Achilles Gassarus*, de quibus paulo post, ubi de Otfrido speciatim erit agendum. Non minor industria extitit *Marquardi Freheri*, viri tot rebus gestis, tot editis aliis illustribus ingenii monumentis, quæ omnigenam eruditionem ostendunt, incluti. Nam & hunc horas non paucas impendisse studio Tevtonicæ linguæ loquetur infra Willeramus in Canticum Canticorum, testabatur olim Glossarium Alemannicum, ad quod toties provocavit vir summus, sed quod tamen deinceps (proh dolor!) nescio cujus culpa periit, testantur variæ passim ejus observationes. Post Freherum memorandus nobis est *Martinus Opitius*, ille Musarum omnium atque gratiarum inprimis vernacularum ocellus; cui Rhythmum de S. Annone in acceptis ferimus, & doctas ad eundem observationes. *Justi Georgii Schottelii* Opus de Lingua Germ. nemo nescit. Alios Germanorum nunc tacemus, paulo post memorandos. Neque vero substitit intra Germanos ista Tevtonum linguam pernoscendi cupido. Tenuit & è Gallis viros eruditione præcipuos: *Franciscum Pithœum* (Petri fratrem) qui tempus huic studio, non parvum impendit, (ut Scaligerana testantur) eoque peritiam acquisivit insignem, composito etiam ad Leges Longobardorum Glossario: *Hieronymum Bignonum*, qui ad Legem Salicam haud vulgaria generis hujus profert: *Carolum du-Fresne-Cangium*, à quo in Glossario mediæ atque infimæ Latinitatis; ut & a *Stephano Baluzio* ad Capitularia Regum Francorum, item à *Joanne Mabillonio* passim in opere de Re Diplomatica plurima sunt egregie annotata. *Galli.* Pergo nunc trans fretum è Gallia ad Britannos, ubi summos quosque viros offendimus studio Linguæ Anglo-Saxonicæ veteris impense faventes. *Angli.* Extat Catalogus eorum integer in Actis Eruditorum Lipsiensibus (quorum Collectores honoris causa merito nominamus) anni 1706. M. Martio p. 97. dignus; qui & hic apponatur. *De vetustissima* (sic ibi) *Anglo-Saxonum lingua egregie meruerunt Dugdaleus, Foxus*, Franc. *Junius, Lisleus, Lambardus, Thom. Marshallus, Matth. Parkerus, J. Seldenus, Spelmanni*, (Henricus & Joannes, Pater & Filius) Guil. *Somnerus*, (cujus opuscula Mericus Casaubonus, ipse etiam in hoc litterarum genere impiger sedulusque, vulgavit,) Henr. *Whartonus, Whelocus*, Edm. *Gibsonus, Rawlinsonus, Edw. Thwaitesius: qui omnes præstantiora quædam monumenta, idiomate isto conscripta, superiore, & hac nostra ætate typis evulgarunt.* Denique post hos omnes surrexit incomparabili sedulitate Vir Cl. *Georgius Hickesius*, qui *linguam pridem emortuam Grammaticis regulis attemperavit*; edita primum Grammatica, 1698. deinde splendido Linguarum veterum septentrionalium Thesauro, Oxonii, 1705. Hi tot viri quem non stimulent? Addi merent è Suecia duumviri his in litteris eminentes, *Olaus Rudbeckius*, & *Olaus Verelius*: è Dania, *Olaus Wormius*. *Saeci, Dani, Batavi.* At nondum satis: Dat enim & præstantia in labore circa veterem linguam Germanorum nomina Belgium. Præterimus *Jo. Goropium Becanum*, qui dum nimis ambitiosa sedulitate linguam Cimbricam etiam ante diluvium primis parentibus in usu fuisse (abusus frigidis etymologiis & ingenio suo) contendebat, ridiculum se effecit apud cordatiores. Alios innuo: *Bonaventuram Vulcanium*, cui omnino plurimum antiquitates istæ debent, referente Palthenio Præf. Notar. in Tatianum. *Justum Lipsium, Paulum Merulam, Petrum Scriverium, Jo. Is. Pontanum & Marcum Zuerium Boxhornium*: quorum omnium eximii conatus extant & laudem merent. Nec minor laus erit Germanis adhuc duobus longe celeberrimis adsignanda: *Danieli Georgio Morhofio* in tractatu de lingua & poësi Germanorum: & *Petro Lambecio*, immortalis de Bibliotheca Vindobonensi operis tomo maxime secundo.

Horum itaque tot nominum clarorum exemplis incitatus nostro tempore Vir unanimi doctorum judicio summus, JCtus ac Polyhistor incomparabilis, JOANNES SCHILTERUS, ingens olim Argentinensis Academiæ decus & columen, si non solum adsequi diligentiam meritaque illorum, sed & superare feliciter, Deo dante, potuit; idque demonstravit tum collectionis illustrium tot monumentorum ma- *Schilterus laborat.*

Digitized by Google

gno, qualem nemo dedit, imo ne quidem tentavit aliâs, apparatu, tum versionum, annotationum & Glossarii amplitudine insigni. Annon encomium meretur illustre? annon audiet merito magnus Linguæ Patriæ & Antiquitatum Germanis pretiosarum promus condus, restitutor atque interpres? Non eapropter detractum velim quidquam nomini famæque aliorum, qui in hoc eodem stadio currentes, vivo adhuc Schiltero ac plaudente, eminuerunt, aut eminent adhuc. *Didericum von Stade* præcipuo loco esse nemo facile ignorat, Consistorii Regii Suecici, quod Stadæ fuit, dum viveret, Secretarium & simul Archivarium, cujus reconditam patriarum antiquitatum peritiam præ centum aliis, in dubium vocabit nemo, qui vel obiter præstantes tot libros ejus hanc in rem editos viderit aut attigerit. Succedat Theologus magni nominis & Stadenio amicissimus B. *Joannes Diecmannus*, cujus in Rhabani Mauri Glossarium specimen observationum doctissimarum habemus. Inde *G. Guil. Leibnitius* tum in notis ad Scriptores Brunsuicenses, tum in Collectaneis Etymologicis selecta observans. Porro *Jo. Philippus Palthenius*, Regius in Academia Gryphica Professor: cujus nomen & merita Tatiani Harmonia Theotisce cum opusculis quibusdam aliis edita posteritati jugiter commendabunt. Neque omittendus a nobis est nobilissimus Danorum, *Joannes Rostgaardus*, qui Olaum Wormium laudabili instituto imitatus, quot non collegit eximia? quot non observata sperare jussit? Utinam nunc ab aulæ muniis turbisque liber otia haud dubie literata bono publico impenderet! Interim Emendationes ejus Otfridianas è MSS. Palatino-Vaticano collectas, edidit Cl. tunc Historiographus Brunsuico-Hannoveranus, *Jo. Georgius Eckardus* juxta cum Lege Salica, cui & ob Monumenta Catechetica Theotisca, tum Freheri, tum sua: Historiam item studii Etymologici linguæ Germanicæ, Leibnitiana Collectanea, aliaque opuscula plurimum debemus. Supersunt Theologi ac Polyhistores è nostratibus bini, viri sane præcipui; qui & in literatura Teutonum nos præclara sperare jubent: *Henricus Muhlius* Antiquitates molitur de lingua Cimbrica: & *Valentinus Ern. Læscherus* Literatorem Celtam. Nemo horum est, qui non prodire aliquando optarit, ad rei literariæ decus, Collectionem aliquam monumentorum Teutonicorum insignem: nemo, qui post famam apparatus ad Thesaurum Schilterianum per Specimina egregia sparsam, non vitam Viro summo prolixam viresque lætas & vegetas, non otia larga, non fortunam labore, opere, Viro dignam plenissimis votis apprecaretur: editionem impatienter interim exspectantes. At obstitit injuria temporum, quæ tam immitis fuit operis laudatissimi noverca, ut non solum abiret è vivis ad beatas sedes Schilterus, d. 14. Maji 1705. ante spem editionis, quam per tot annos aluerat, adimpletam; sed & passim viri docti de potiundo vel tandem isthoc Thesauro fere desperarent. Verum vicit tandem, Deo dante & adspirante, fors lætior: superata sunt fata aspera; ruptisque moris, ac difficultatibus, quæ non unæ adhuc obstabant, amotis, Thesaurus multo etiam nitidior ac purgatior, quam ab autore fuerat relictus; imo vero præcipuis aliquot monumentis, quæ olim sperari vix poterant, de novo auctus nunc in lucem prodit. Debemus illum maxime duobus amplissimis Viris ut in scientia Juris praxique consummatissimis, ita etiam in ornandis & augendis antiquitatibus Teutonum post *J. Phil. Schmidium*, æmulo velut Præceptoris beati, quem summe venerantur, studio certantibus. Horum primus Joannes Christophorus Simon, patria Argentinensis, nunc vero liberæ Civitatis Imp. Campodunensis Syndicus, meritis & doctrina celebris: è Museo suo Thesaurum Schilterianum, quem dudum Argentorati à vivo adhuc autore & Præceptore faventissimo, jugiter & summe familiari, sibi una cum universa ejus Bibliotheca redemerat, & custodierat abinde, ἀνέκδοτον nunc promte suppeditavit. Quid, suppeditavit? etiam ut è San-Gallensi Rev^mi. Abbatis bibliotheca adaugeretur, sedulo curavit. Alter Academiæ Argentinensis decus illustre, JCtus & Polyhistor, fama meritisque pridem per orbem literatum celeberrimus, Jo. Georgius Scherzius; cum videret, addi adhuc observatis curisque Schilterianis ad monumenta varia, sive quod textum attinet emendandum atque restituendum, sive ad explicandam linguam Teutonicam, plurima non posse solum, sed & debere: rogatus à Bibliopola, viro sane optimo atque honestissimo, tam salubres adhibuit tamque sollicitas in Codicibus comparandis conferendisque curas; tot depromsit è penu suo emendatio-

Aliorum Germanorum.

Editio Thesauri quibus debeatur?

Digitized by Google

dationes & explicationes egregias, tot luculentas annotationes, ut ingens nitoris decorisque augmentum inde Operi alias jam pretioso accedat: ac se tam belle comtam & emundatam ipsa Teutonum vetustorum ruditas miretur.

Transitur ad Collectiones Scriptorum.

Sed tempus est, ut nunc ad alterum nostræ præfationis caput accedamus: nimirum ad recensionem ipsorum operum, quæ Germaniam Christianam ævi medii adeo luculenta facie nobis vernacula sua exprimunt, ut haud parum gloriæ optumis illorum auctoribus, imo integræ nationi nostræ accedat; haud parum itidem emolumenti sedulis antiquitatum Ecclesiasticarum scrutatoribus accrescat per hæc monumenta. Est alioquin ea hodie temporum nostrorum industria, ut passim per Germaniam, Belgium, Galliam prodeant magnæ Collectiones scriptorum Ecclesiasticorum ex omnibus omnium bibliothecarum forulis impigra prorsus & indefatigabili diligentia conquisitæ. Quis enim nescit Monumenta Canisiana, Dacheriana, Mabillioniana, Martenio-Durantiana, Peziana &c. aut eruta noviter editaque, aut nuper recusa? quorum magna pars Germanos etiam auctores agnoscit. Jam sunt eruditorum non infimorum aliqui, qui putant, nimia sedulitate onerari subinde orbem literatum, dum exilia scripta obscurorum virorum vulgantur, quæ neque ad historiam, neque ad rem Theologicam prodesse admodum videntur, plurimis contra fabulis aut superstitionibus, aut frigidis solum cogitationibus referta, molem tamen aliquando grandem efficiant, qua carere possent & Ecclesia & bibliothecæ. De his per me sentiat unusquisque ut volet. At profecto de nostra collectione vix est quod judicium tale vereamur. Quid enim dulcius, quam videre in studio Biblico etiam efferendo in vulgus, quo pascantur Christi oviculæ, sancto labore, in barbarie media, Germanos veteres usque & usque occupatos & enitentes, viros vere Religiosos? Non immerito carpit Otfridus doctorum ætatis suæ non paucos, qui ut civiles suorum antecessorum historias Latina malint efferre lingua quam vernacula; ita Sacræ Scripturæ usum vernaculum habeant omnino nullum. *Res mira* (scribit Ep. ad Liutbertum p. 12.) *tam magnos viros, prudentiæ deditos, sanctitate præclaros cuncta in alienæ linguæ gloriam transferre, & usum Scripturæ in propria lingua non habere.* Jam ante retulerat objectos sibi *a probatissimis aliquot viris*, monitoribus, & *matrona veneranda* Latinos Christianorum Poëtas, *Juvencum*, *Aratorem*, *Prudentium*, alios; *qui sua lingua dicta & miracula Christi decenter ornarint: nos vero* (ita pergit) *quamvis eadem fide, eadem gratia instructi, Divinorum verborum splendorem clarissimum proferre propria lingua dicebant pigrescere.* En pios instigatores! en studium sanctum! Sed nimirum jam imbiberat aliquid de necessitate & fructu laboris istiusmodi Otfridus *à Rhabano Mauro*, Archi-Ep. Moguntinensi, a quo se educatum gloriatur. Is enim ut ipse studio S. Literarum ardebat, ita plebi etiam volebat vernacula institutione consultum; cum in Concilio Moguntino constituere, ut Homiliæ scriberentur ab Episcopis de Fide Catholica, de perpetua retributione bonorum, & æterna damnatione malorum, de resurrectione, &c. *Et ut easdem homilias quisque aperte transferre studeat in rusticam Romanam* (h. e. Gallicam) *aut* THEOTISCAM, *quo facilius cuncti possint intelligere quæ dicuntur. (ap. Serarium Rer. Mogunt. l. I. c.* 11.) Quodsi Flacium audimus in Latina ad Otfridum præfatione, Rhabanus ipse adsumtis una Walafrido Strabo & Haymone Halberstadiensi S. Scripturam jam imperante Carolo M. in vulgarem linguam transtulit. Verum ut autores, è quibus hauserit hanc relationem, non nominat Illyricus; ita nobis incredibile prorsus est, Otfridum silere voluisse aut potuisse tam magnum & illustre Opus, si unquam prodiisset, Magistri sui, cujus auctoritate & exemplo tanto fortius commendare suum Opus Evangelicum potuisset. Fortius à *B. Kortholto lib. de variis Scripturæ Editionibus c. 25. p. 321.* profertur testimonium è scriptore quodam vetusto Saxonico (quem *Andreas du Chesne Tomo II. p. 220. Rer. Francicarum* profert) de S. Scriptura integra jussu Ludovici Pii Imp. Tevtonicam in linguam translata; Dignum quod & hoc loco legatur. *Cum Divinorum librorum* (sic anonymus ille vetustus) *solummodo literati atque eruditi prius notitiam haberent, ejus* (Ludovici) *studio atque imperii tempore, sed Dei omnipotentia atque inchoantia, mirabiliter actum est nuper, ut cunctus populus suæ ditioni subditus Theudisca loquens lingua, ejusdem Divinæ lectionis nihilominus notionem acceperit. Præcepit nempe cuidam, uni de gente Saxonum, qui apud suos*

Alii.

Nostra.

Rhabani Mauri studium Biblicum.

Num Versionem Bibl. ediderit?

Digitized by Google

non ignobilis vates habebatur, ut vetus ac Novum Teſtamentum in Germanicam linguam poëtice transferre ſtuderet: quatenus non ſolum literatis, verum etiam illiteratis ſacra Divinorum præceptorum lectio panderetur. Quid de hac verſione dicam, fere neſcio. Extat equidem hodie vetus verſio, quæ paraphraſis forte rectius diceretur, rhythmica Theotiſca S. Scripturæ MSSta, cujus aliquot folia Bibliothecario ſuo inſeruit Hottingerus; cetera deperdita falſo ratus: Integram ſupereſſe adhuc bis, membranaceis inſcriptam codicibus in auguſta Guelpherbytani Ducis Sereniſſimi Bibliotheca, Saubertus, poſt Conringium Socerum, fidem ſatis tutam facit. *Palæſtræ Theol.* p. 193. ſq. Verum ea, ſi quid intelligo, aliquot ſeculis eſt junior Ludovico. Facile id prodit indoles tota linguæ. En paucos verſiculos.

Sie ſprachen, des mag nit geſchehen,
Daz die Landliute ſehen
Daz uuir hier auf unſer leben
Solchez Opffer uuellen geben. &c.

Ridiculum foret hos rhythmos ætati Carolingicæ vindicare velle. Fuit ergo cum ſuſpicarer inaudiſſe aliquid veterem illum ſcriptorem de rhythmis Otfridi Ludovico Regi inſcriptis. Hinc natum errorem copioſum, ut filium Ludovicum pro Patre acciperet, ut Otfridum vatem Saxonem, ut totius S. Scripturæ interpretem falſo putaret atque ita traderet poſteris. Verum cum error fuiſſet craſſus nimis, diffido conjecturæ: & Saxonicos illos rhythmos vetuſtiſſimos interiiſſe credam: quod & Morhofium credidiſſe video.

Gothica Verſio Bibliorum.

Certiora ſunt, quæ de Gothorum vetuſtiſſima Bibliorum translatione habemus. Nimirum cum ſeculo poſt C. N. quarto Gothi ad fidem Chriſtianam, tametſi proh dolor! ad Arianam ſimul hæreſin acceſiſſent, Ulphilas eorundem Epiſcopus (quem Urphilam Philoſtorgius vocat) ut erat literarum Gothicarum inventor & vir apprime eruditus, ita curas ſuas laboremque ante omnia convertit ad Biblia Gothicum in ſermonem transferenda, quæ & integra abſolvit: exceptis ſolum libris Regum: quos ideo vernaculos genti ſuæ tradere recuſavit (ſi Philoſtorgio fides Hiſt. Eccl. II. 5.) quod nationem feram alias plus ſatis, & ad bella ſanguinemque ruentem, exemplis bellorum ſacris abuſuram vereretur ad majorem ferociam, à qua modis omnibus eſſent abducendi. Equidem ſatis infirma videtur hæc ratio Philoſtorgii, cum ob eandem Ulphilas etiam præcipue libros Joſuæ Judicumque omittere debuiſſet: quod non factum. Sed quidquid ejus ſit parum noſtra quidem intereſt. Illud merito gaudemus, cum quidquid ad Vetus Teſtamentum pertinebat, interierit omne, Novi tamen partem non contemnendam ſupereſſe. Nimirum quatuor Evangelia e textu Græco magna ſedulitate translata in Gothicum; quæ ipſius vetuſtiſſimi Ulphilæ eſſe fœtum jure dubitari non poteſt. Ediderunt pretioſum hoc Gothicæ vetuſtatis cimelium Franc. Junius, Fr. F. cujus eſt Gloſſarium pereruditum, & Thomas Mareshallus, a quo notæ & obſervationes longe doctiſſimæ in Gothicam verſionem ſunt exaratæ. Prodiit egregium opus nitidiſſimo charactere & accurate emendato Dordraci anno 1665, cui inſerta reperitur inſignis *Jacobi Uſſerii* ad Franc. Junium epiſtola: quæ præter alia erudita notat, *Orationem Dominicam Gothicam doxologia etiam ſacra concludi* (quia tuum eſt regnum &c.) *quæ in vetere Bibliorum Latina editione deſideratur: ut ex Græco fonte Gothicam iſtam N. T. verſionem derivatam eſſe appareat, & ex ipſius Ulphilæ primæva traductione deſcriptam.* Si Philippus Marnixius olim recte vidit, (ut ſane vir erat tum nobilitate mentis & generis, tum eruditione ac fide illuſtris) exſtabat in Hermanni comitis Nuenarii Bibliotheca totum Novum Teſtamentum Gothicum codici chartaceo argenteis literis inſcriptum. Sic enim ex ejus ore Sibrandus Lubbertus refert de Principiis Chriſtian. Dogmatum cap. 7. p. 224. At enimvero, quo devenerit ille codex deinceps, nemo hactenus indicavit. Haud dubie vero nemo etiam eſt, qui Gothicam IV. Evangeliorum verſionem hoc in Theſauro recudendam deſideret aut exſpectet. Nos interim ejus meminiſſe non erit dividiæ, eo quod lingua Gothorum originis ejusdem cum Theotiſca omnium confeſſione habetur. Vix autem ac ne vix quidem admittenda Hickeſii conjectura, qui à Franco autore potius, quam à Gotho confectam eſſe verſionem illam ſuſpicabatur. Meminit ſententiæ hujus alicubi Dietericus à Stade, ſed &

mox

Digitized by Google

mox merito argumentis idoneis eam rejicit. Igitur missa longiore de aliis disquisitione jam ad nostra, quæ nunc è prælo exeunt, Monumenta Biblica nemine contradicente Francica & Alemannica accedamus.

Agmen omnium ducit Otfridus Wizamburgensis, sive *Weissenburgensis Monachus*: de cujus ætate, eruditione, scriptis, poësi, editione Flaciana &c. cum plurima sint in præfationibus Schilteri, Scherzii, Flacii, ut & in Testimoniis adnexis reperiunda, nihil attinet illa repetere. Virum fuisse Latine doctum pro seculi illius genio, indicat epistola ad Liutbertum non incommode scripta: & præterea usus Poëtarum aliquis Virgilii, Ovidii, Lucani, ad quos in eadem provocat. Verum, si ad puritatem & elegantiam Eginhardi minime sane accedit, mirum utique non est; quippe qui vernaculæ scriptioni addictior latinam potissimum è scriptoribus Ecclesiasticis hauriebat. Græca nequidem attigit, ut apparet. Ergo & suam Sacrorum Evangeliorum sive translationem, sive harmoniam nonnisi è Latina Novi Testamenti versione vulgata adornavit. Id quod & de Notkeri Psalterio, & Cantico Canticorum Willerami, semel hic annotasse sufficerit: non alios ipsis fuisse fontes Biblicos quam Latinos. Ceterum Otfridi subsidia si nos rogarit aliquis, è quibusnam interpretibus sint quæsita? non diu quærendum est, cum Gregorium M. atque Augustinum ipse cum elogio producat lib. V. c. 14. v. 49-56. p. 352. *Otfridi Opus Evangelicum.*

Gregorius ther guato
Er sponota iz gimuato;
Joh filu scono in uuar min,
So ist giuuonaheit sin.
Iz Augustinus rechit;
Jo filu kleino inthekit,
Ther uns harto manag guat
Offan scono giduat.

Observarunt jam pridem viri docti, quos inter & Richardus Simonius, non alium fuisse Latinis S. Scripturæ commentatoribus per occidentem ævi medii morem, quam ut sua è vetustioribus colligerent: id quod è Beda, Rhabano Mauro, Haymone, Albino Alcuino, aliisque ad oculum patet; quibus Ambrosius, Hieronymus, Augustinus similesque paginam faciunt utramque. Quid ergo mirum, si hos imitatus etiam noster Otfridus Augustini & Gregorii autoritatem utplurimum, ubi potuit, secutus est? Gratiæ Dei fuisse memorem sæpius Otfridum, ac diligentem inculcatorem, Flacius recte jam dudum monuit: at in eo fœde lapsus est, post præeuntem Trithemium, quod Otfridum Operi suo titulum quoque feciſſe *Gratia Theotistæ* putaret: id quod primo reprehendit Lambecius; post hunc & alios noster Schilterus Præfat. §. XII. sub fin. Verum hac occasione monendus lector est, aut veniam rogandus, ne offendatur mendo sane quam inepto typorum, quod in citato præfationis Schilterianæ loco mansit, dum titulum Flacii ita relatum vides: GRATIA THEODOSISTÆ, quo nihil absurdius fingi poterat pro THEOTISTÆ aut THEOTISCE: Plus satis erat semel à Trithemio, Gesnero, Flacio peccatum, quid alterum addi à nobis opus erat? Sed hæ sunt hominum etiam oculissimorum infirmitates; quibus ignosci æquum est. Revertimur jam ad Otfridum: cujus de patria, familia, honoribus dicendum fuisset primo loco, si aliquam eorundem notitiam haberemus. Nihil enimvero constat, nisi fuisse Monachum Ordinis S. Benedicti Wizamburgensem in Alsatia. Operum ab ipso editorum Catalogum exhibet Trithemius, loco infra post Excell. Scherzii præfationem excerpto: cui & alter è libro de Viris Illustribus (Operum Histor. Trithemii à Frehero editorum P. I. p. 127.) addi potuisset. Verum labi Trithemium in multiplicandis Otfridi operibus jam est à Dn. D. Scherzio ibi annotatum: & recurret argumentum hoc paulo post in Notkero. Principatum inter opera isthæc late tenere Opus Evangeliorum, quod in hoc volumine caput primum efficit, nemo negavit nec negabit cordatus. Ne quidem rhythmis, quos labiis nostris asperrimos nunc judicamus, suum si noscantur intimius, leporem deesse aut spiritum poëticum, specimine non pœnitendo quod transfert de Teutonico in Germanam purissimam Hofmannus ab Hofmanswaldaw demonstravit: id quod & Morhofius ptidem nos monuit. Pergimus ad Editiones. Si Lud. El.

Digitized by Google

Du-Pinium audimus, præter Epistolam ad Liutbertum, quæ sub vero Otfridi nomine Bibliothecæ PP. Maximæ Lugdunensi Tomo XVI. inserta est nihil, prodiit hucusque. *Pour l'ouvrage il n'a point encore été publié.* (Biblioth. Eccles. T. VII. pag. 199. ed. in 4.) Verum ut in hoc tomo Du Pinius sæpe hallucinatur, non suus forte tum inter adversitates plusculas; ita de Otfridi opere, velut inedito, fallitur immane quantum. Quis enim nescit editionem à Flacio Illyrico & Achille Gassaro jam anno 1571. procuratam? At in ea ipsa tamen commemoranda & recensenda etiam ex Anglis vir doctus & acer Henricus Whartonus plus semel errat *in Auctario ad Usserium de Scripturis & Sacris vernaculis* (edito Londini 1690. p. 369. sq.) Primo Flacium præter rem duriuscule habet, quasi *sub ementito Achillis Gassari nomine Otfridum curaverit excudendum.* Magna hallucinatio, nihil à Flacio ementitum: neque id scripsisset Whartonus, si editionem illam oculo paulum modo intentiore evolvisset. Non enim dissimulat in præfatione socium sui laboris Flacius ipse. Estque dignus is omnino, quem hic brevi elogio commemoremus. *Achilles Pirminius Gassarus*, Medicus Augustanus, ortu Lindavienſis, vir erat in vario genere literarum egregius & magnus heluo librorum. (ut à Crusio in Annalibus Suevicis vocatur.) Is opus Otfridianum è Codice vetustiore, quem nactus nescio unde fuerat, sua manu descriptum, quem & nos oculis nuper usurpavimus ipsi, dederat Matthiæ Flacio, cujus nomen tum erat celebratissimum, ut ederetur. Ceterum ipse Gassarus Glossarium breve præmisit Teutonicarum vocum nonnullarum, ipse interpretationem composuit epistolæ ad Ludovicum Regem; & Formulæ Confessionis vetustæ una editæ interlinearem. Quinimo, si dicendum quod res est, Gassarus præcipuas, uti credo, partes sustinuit in editione Otfridi, cum Matthias Illyricus nunquam Germanici sermonis accuratam, etsi tot annis inter Germanos habitabat, peritiam fuerit adeptus. Obiit Gassarus, d. 4. Dec. An. 1577. Augustæ, ætat. 72. sepultus cum epitaphio sane quam honesto. (*v. Adami Vitas Medicorum p.* 234.) Bibliotheca vero illius ab Illustri literarum patrono, Huldrico Fuggero empta demum in gazas Palatinas (heu quam desiderabiles) translata est. Hæc de Gassaro, plurimis eruditorum incognito, ut è Whartoni errore elucet. Qui & alium mox committit non minorem de Salomone episcopo. *Versionem*, inquit, *suam Otfridus nuncupavit non solum Liutberto Archi-Episcopo Moguntino, verum etiam Salomoni* ejus decessori, *qui obiit a. 873.* Fœdus error. Salomonem nunquam habuit ullum sedes Moguntina. Decessor Liutberti fuerat Carolus, Rhabanum proxime insecutus. Liutbertus sedit ab a. 863. ad 889. ut e Serario patet. Quid ergo dicemus? Salomon eodem tempore, quo Liutbertus Moguntinam sedem, *Constantiensem* tenuit Episcopatum, & quidem secundus erat è tribus nominis illius: ut eximie Scherzius noster ad carmen Salomoni inscriptum observat. Occurrit & tertius adhuc error Whartoni, dum Psalterium, Cantica S. Scripturæ, Symbola item Teutonice versa Otfrido adscribit, quæ Notkeri sunt. Verum in hoc facile excusatur, utpote Trithemium Lambeciumque secutus. Castigat enimvero viciſſim non male lapsum Usserii quem Beatus Rhenanus in errorem induxit, ut crederet, Waldonem Frisingensem Ep. & ipsum composuisse rhythmicam Evangeliorum versionem: cum Waldo possessor solum Operis Otfridiani fuerit; atque id suo jussu fuisse a Sigefrido presbytero descriptum in principio Codicis annotarit.

Achilles Gassarus quis?

Ratio hujus editionis.

Nos nunc ad curam editionis hujus tandem aliquando facimus progressum: dicturi paucis quæ præcipue ad rem. Ex quo nimirum decreverat amicissimus mihi Dn. Bartholomæi, Opus Schilterianum in lucem suis sumtibus dare, neque parcere si quid ad emendationem aut ornatum illius adhuc ultra requireretur; prima fuit de poliendo accurate Otfrido cura. Hic ergo itum est ad excellentissimum Polyhistorem Jo. Georgium Scherzium, cui hæ Musæ in delitiis & familiarissimæ, cui Cæsarei Codicis Vindobonensis copia ad vivum depicta in manibus; cui variantes Codicis Vaticani lectiones Rostgaardianæ ad manum: cui apparatus proprius longo studio exquisitus: Rogatur decenter: blande annuit: & quid multis? id præstitit luculenter, quod ipse in Supplemento præfationis Schilterianæ ex vero modestissime recenset. Inde nec studio, nec argento utrinque parsum; quo nova plane facie, & multo quam Schilterus ornarat, comtiore ac nitidiore innumeris in locis castigatior, limatior, notis expolitior, accuratus Otfridus, nunc

plane

Digitized by Google

plane noſter, prodiret: cui & chartæ mundities & typorum nitor ornamentum haud leve adjiciunt. Ita factum eſſe ſperamus, ut deſiderium antehac ardens exquiſitæ editionis Stadenianæ lenius poſthac orbis eruditus ferat.

Succedit NOTKERUS Otfrido, & Evangelio Pſalterium Davidis. Non poterat eſſe ſanctior digniorque viro S. Literarum & veræ pietatis amante labor, quam qui in Pſalterium, & omnibus Chriſti fidelibus pretioſum, & monachis præſertim familiare ad quotidianas preces, impenſus eſt. Utinam modo non tot eſſent virorum doctorum de vero ejus auctore altercationes. Otfrido eſſe Pſalterium hoc vindicandum magno niſu *Petrus Lambecius* contendit, atque ejus rei teſtem non ſolum allegat Trithemium, verum & codicem antiquiſſimum, qui ætatem Otfridi prodat ſua ipſe ſcriptura, Ambraſianum, Oeniponte repertum abs ſeſe, ac mox Vindobonenſi Bibliothecæ Auguſtiſſimæ illatum *(vid. Tom. II. Comment. de Bibl. Vind. p. 460. ſq.)* Jam dederant manus eruditorum plurimi, quos nimirum haud abs re Lambecii peritia in dignoſcendis codicibus, confidentia affirmantis, fama nomenque in re Critica movebant. Et quod mireris, ipſe Schilterus jam Notkero ſuo, quem habebat in manibus & cum Lambeciano ſpecimine conferebat, nonniſi ſecundas curas in adornanda Pſalterii editione altera, eaque pauliſper ad indolem ſeculi ſui nonnullis in locis immutata & reformata tribuit. At profecto ſurrexit hodie dignus gloriæ San-Gallenſis Cœnobii & nominis laborisque Notkeri, qui pars Cœnobii olim haud infima fuit, vindex ac pene *patriis ex oſſibus ultor R. P. Bernardus Franckius*, ſolida demonſtratione falſum fuiſſe cum ſua ſuſpicione omni Lambecium idoneis argumentis demonſtrans; cujus eapropter Diſſertationem hiſtorico-criticam nobis benevole transmiſſam, lubenter meritoque noſtro huic Operi inſeruimus. Certe in dijudicanda characterum codicumque ætate lapſum haud ſemel præfidentia ſui quadam, Lambecium mihi dubium non eſt: inprimis, cum idipſum jam olim modeſte monuerit Jo. Philippus Schmidius, qui præſens adfuit præſenti Lambecio, literis familiariter ad Stadenium ſcriptis. Non ſunt in his rebus attendendæ ſolum obiter picturæ literarum, ſed inprimis etiam linguæ character, qui clavem multo aptiorem ſuppeditat. Fallunt aliquando literæ & inſpectori alias ob cauſas incaute credulo mentiuntur antiquitatem. Non eadem eſt ratio linguæ ac dialectorum. Auſim ſpondere quovis pignore, tantum abs ſeſe invicem Otfridiani Operis Evangelici & Pſalterii dialectos, indolem, ſtructuram, in diverſum abire, quantum diſtat ſermo Biblicæ verſionis Lutheri ab illa rudi verſione & aſpera, quæ prodiit ſexaginta annis ante Lutheranam. Nihil me movent diſcrepantiæ nonnullæ inter Pſalterium, quod Otfridi eſſe ajunt, & Notkerianum allatæ: quas & in noſtra editione ad Pſalmum XLI. (Ebr. XLII.) appoſuimus è Schiltero. Nimis illæ ſunt exiles, quam ut alium utrinque autorem prodant. Lectiones modo variæ libri unius e duplici editione vocari merent. Dictio utrinque nihil ſapit Otfridianum. Ea ipſa quoque ratio nos urget, ut Homilias, quas Otfrido Lambecius tribuit, Cantica Biblica, Symbola Eccleſiæ, & Orationem Dominicam aliaque generis hujus non Otfridi eſſe, ſed Notkero vindicari debere cenſeamus: cum de Oratione Dominica demonſtret ad oculum Frankius, quam ingens ſit ejus verſionis quæ in Otfrido vere habetur, & alterius, quæ infra poſt Notkeri Pſalterium poſita eſt, diſcrimen. Legatur illa Diſſertatio tota, quæ ſimul docebit, e tot Notkeris, de quibus eſt variorum incerta & involuta traditio, non alium niſi *Labeonem* eundemque *Tertium* pro autore vero habendum eſſe: haud quaquam ad Arnulphi Cæſaris ætatem, ut Schobingerus male putaverat, ſed ad Ottonis M. referendum. De ſtatu MSSti, e quo impreſſus liber eſt, affirmare poſſumus eleganter deſcriptum apparere: tametſi non ſine mendis, ut conjicimus: quibus tamen medelam adferre ſolo ex ingenio ſine librorum ope non licebat. De Ill. Louberio, qui codicem Schiltero benevole dedit exſcribendum, retulimus in Supplemento Præfationis Schilterianæ ad Notkerum nonnulla, quæ Celeberrimæ Virorum bigæ, Scherzio & Schœpflino grati debemus. At enim vero dum hæc ſcribimus incidunt forte in manus noſtras reliquiæ Schedarum Schilterianarum: quas disjectas dum curatius inquiro; en tibi, Lector, folium, quod & codicem avtographon, unde tranſſumtum pro Dn. de la Loubere exemplum fuit Soldurii, Sangallenſem; & annum, quo id factum eſt, 1675. luculenter exponit;

Notkerus Pſalterii verus Interpres.

Non Otfridus.

Labeo.

Codex MSS. Notkeri.

Digitized by Google

nit; una cum Scribæ vetuſti præfatiuncula, quæ de Notkero nonnulla refert non pœnitenda, ſimul cauſam ſuſcepti eo ævo laboris aperit. Sic autem habet.

Pſalterii Translatio Barbarica Notkeri tertii Abbatis de Sancto Gallo in Heluetia, ſumma curâ deſcripta ex Autographo in Bibliotheca San-Gallenſi ſeruato, Soloduri Anno 1675. à Mr. la Loubere.

Scriba ad Lectorem de Notkero Tertio. B. Notkerus LABEO à latioribus labiis cognominatus, ſubtilis ingenii, & in literis apprime exercitatus, Magiſter ſcholis S. Galli multis annis cum laude præfuit, ac primo in gratiam fratrum ſuorum Pſalterium Davidicum & complura alia in linguam vernaculam vertit; Et cum non minus ſanctitate quam ſcientiis floreret, mortis ſuæ præſcius, eamque fratribus in peruigilio S. Petri, cujus mirificus cultor erat, ante completorium, ſanus adhuc prædicens, ſub completorio pauperes, quod officii ſui erat, alacer paſcens, poſt completorium decumbens placidiſſime obdormiuit Anno MXXII.

Hucusque ſcheda Schilteri. Quæ uti ſcrupulum omnem tollit, & in luce manifeſta ponit, quæ deſiderari poſſunt de Codice: ipſum eſſe, ni fallor, quem & Vadianus laudat & Schobingerus a ſe poſſeſſum indicat; ſed qui rediit deinceps in bibliothecam Sangallenſem publicam, inde miſſus Soldurium, magno Reip. Literatæ bono rogatu Illuſtriſſimi Louberii, ibidemque deſcriptus eſt. Ita nemo non intelligit & agnoſcit quantum B. Schiltero primo monumenti hujus ſancti atque illuſtris non indagatori ſolum, ſed & editori atque interpreti debeamus. Unicum adhuc addam obſervatu non injucundum, ut reor. Occurrunt nonnunquam in Notkeri Pſalterio loci unius verſiones Latinæ duæ, quas & gemina translatione Teutonica interpres exponit. Hoc non ita erit accipiendum, ac ſi forte ad Hebræos fontes recurriſſet bonus Notkerus: minime: ſed ex alia editione Latina textum aliter protulit, cum forte Cœnobia aut monachi, vel etiam Eccleſiæ Cathedrales non iisdem ſemper editionibus uterentur. Ita v. g. recenſet *Jacobus le Long in Bibliotheca ſua Sacra p. 560. edit. Lipſ.* Codicem Pſalterii MSS^um. venerandæ antiquitatis, ſcriptum A. 1115. exhibentem quatuor columnis editiones Pſalterii quatuor: Pſalterium nempe Gallicanum, Romanum, Hebraicum & Græcum. Vbi primum notat editonem Pſalterii juxta LXX. leviter tantum ab Hieronymo emendatam: Romanum ſecundâ exhibebat columna veterem Italicam, quæ fuit ante Hieronymum: Hebraicum ſiſtebat columna tertia, verſionem Hieronymi accurate ad Hebræam veritatem expreſſam: qua in Pſalmodiis publicis raro per Eccleſiam utebantur, priſcæ verſioni nimium adſueti. (ut hoc etiam Schilterus in erudita præfatione ſua ad Notk. §. VI. tetigit) Quarta denique columna continebat ipſam verſionem Græcam Latinis exaratam literis. Jam igitur ſi Notkerus, quod rariſſime tamen fit, verſioni priori Vulgatæ ſeu Gallicanæ mox aliam Latinam ſubnectit, illum ex quadruplis iſtiusmodi, ſive ex vicina columella, quam ſuo in libro præ oculis habebat, excerptam referre nulli dubitamus.

Willeramus, Abbas Bavarus. Nunc ad WILLERAMUM nobis progrediendum eſt, qui in noſtro volumine ſequitur Notkerum, tum ob ætatis rationem, tum & laboris, quem inſumſit explicando gemina paraphraſi Cantico Canticorum, quod Pſalterium ſequi proxime debebat. Quis fuerit iſte *Willirammus* (ut nonnulli codices ſcribunt) non opus eſt hic commemorare, cum Trithemius infra excerptus poſt præfationem Celeberrimi Scherzii noſtri id omne luculenter exponat. Hoc ſolum annotamus, egregiam eſſe obſervationem Marq. Freheri qui Willeramum non Mersburgenſem Abbatem, quod errans Trithemius autumavit, & omnes alios ſecum in errorem induxit; ſed Eberſpergenſem in Bavaria e monacho Fuldenſi factum eſſe, invicte demonſtravit: Schiltero id pluribus recenſente, ut in laudata Scherzii præfatione videre licet. *Ætas ejus.* Ætatem viri loquitur ipſius præfatio, dum Lantfranci meminit, non ut magiſtri, nedum ut Epiſcopi, ſed ut doctoris adhuc aut monachi. Cum vero Lanfrancus A. 1070. in Angliam ad Sedem Cantuarienſem translatus fuerit, nihil obſtat, quo minus etiam ſub Henrico III. Imp. (qui anno 1056. deceſſit) florere cœpiſſe Willeramus dici cum Trithemio queat, fruſtra reniente Lambecio. Imo Abbatiam Willeramo jam fuiſſe traditam ab ipſo Imp. Henrico III. res indubia eſt, & ex Frehero infra in Præf. ad Willeramum aperte liquet. Ceterum de Præfatione Willerami diximus jam ipſi in ſubnexa ibi obſervatione, quantum ſatis eſt;

Digitized by Google

eſt. Nunc id unum addimus e Lambecio (*Tom. II. p. 771.*) legi eam etiam in Codice Vindobonenſi, tametſi laceram vitio ætatis aut hominum negligentia, & propemodum Epilogi loco in fine opuſculi. Sed Prologi locum rectius profecto tenebit, ut & agnovit & allegat Trithemius: hinc a nobis absque hæſitatione præfixa opuſculo apparet. De editione libri prima per Paulum Merulam & quos adſcivit adjutores, infeliciore, non Lambecius modo & Franc. Junius merito ſunt conqueſti; ſed & Exc. Scherzius in erudita Præfatione idipſum expoſuit, & quicquid reliquum eſt ad præſentem editionem abs ſe nitide profecto curatam pertinens refert modeſte & luculenter: gratias profecto meritus haud vulgares una cum ampliſſimo Vratislavienſium Rectore Collegii Magdalenei, *Gotlob Kranzio* (quo & nos aliquando in Academia Lipſienſi amico gaviſi ſumus, atque etiamnum tali gloriamur) quippe quorum æmulo ad bonum publicum ſtudio Willeramum a Codice Vratislavienſi nunc plane novum pulchrumque, deterſa videlicet immunditie, facie ſibi reſtituta, tum & annotationibus præſtantiſſimis illuſtrata egregium poſſidemus. Videri poteſt deeſſe adhuc aliquid elegantiæ ac perfectionis, dum caruimus in editione apographo e Codice Viennenſi, quem tantopere effert Lambecius, & cujus potiundi ſpes nobis fuerat. Verum dum confero accurate novam hanc noſtram editionem cum ſpecimine Lambeciano quod e Codice Vindobonenſi nobis ipſe dat (Libro II. p. 765. ſqq.) deprehendo, & audacter affirmo unumquemque deprehenſurum, quidquid ibi eſt ſive ad lacunas ſuppletum, ſive reſtitutum in verſione alterutra, ſive ut ſcriptum accuratius & ornatum laudatur, id omne reperiri etiam in Vratislavienſi Codice: cujus lectionem bis vel ter a Vindobonenſi diſſidentem etiam præferendam exiſtimo. Neque credo, ſi characterum vetuſtas inſpectione Codicum conferatur utrinque, Vratislavienſem, quem accurate depinxit ſcitus Cl. Kranzii amanuenſis, ætate Viennenſi ceſſurum. Fuit olim & alius in Bibliotheca Palatina Willerami Codex membranaceus, quem a Georgio Caſſandro ſibi donatum Otto Henricus Elector Palatinus ſua manu adſcripſerat, quique Marquardo Frehero in manibus deinceps fuit; deſcriptus & hoc titulo editus, Wormatiæ 1631. apud Vœgelinum. *Ubralte Verdolmetſchung deſs Hohen Liedes Salomonis, auſs Abt* Walrams *zu Eberſperg in Bayern berühmter Deutſchen Auſslegung, die er vor 550. Jahren darüber geſtellet hat, abgedrukt.* Hoc nos docet in ſchedis ſua manu Schilterus, qui totum deſcripſit ex illa editione Willeramum, & conſtituerat in hoc Theſauro ſuo ſequi: nec aliter propoſuerat ante biennium noſter Conſpectus. At mutavimus inſtitutum: non invito, ut ſpes eſt, orbe literato, cum Vœgeliniana editio minime ad vetuſtatem Vratislavienſis libri aut elegantiam acceſſerit, ut ex variis lectionibus noſtræ etiam editioni à Cel. Scherzio adjectis liquet. Hæc de Codice. De Theologia Willerami quodſi aliquid eſſet adjiciendum, multa poſſent adduci teſtimonia fidei purioris. Multa profecto de noſtrorum operum imperfectione, de ſpe unice in Dei Chriſtique gratia nobis reponenda, vel primæ ſtatim paginæ loquuntur. Sed malumus plura in auctore ipſo quæri; Optimo ſane ac venerando interprete Cantici Canticorum. Cui num inſcripſerit titulum *de Nuptiis Chriſti & Eccleſiæ*, ut Trithemius refert, relinquimus in incerto, cum Codices nihil hujus loquantur. Sufficit librum nos habere tergemina facie multo pulcerrimum, & vel ipſa typorum venuſtate omnibus placiturum. Si quem forte offenderit diſtinctio ſenſuum tot punctis ſubinde præter rem interciſa, ſciat is e nimia factum fuiſſe religione: nam ita Codex habet.

Cura nova Editionis eximia.

Hi ſunt jam triumviri, qui partem priorem Tomi Primi, & vel molis, vel argumenti nomine potiorem nemine contradicente, efficiunt. Venio nunc ad monumenta partis poſterioris, & ipſa minime profecto proletaria. Agmen ducit inter ea B. Iſidori Junioris Hiſpalenſis Archi-Epiſcopi ab A. 595. ad A. 636. florentis nomen inclutum. Scripſit is ad *Florentinam Sororem* ſuam libros II. *contra Nequitiam Judæorum*; quorum primus de Nativitate Domini, Paſſione & Reſurrectione agit. Vir erat fama, eruditione, meritis celeberrimus ubique. Contingit etiam huic, quod raro cuiquam, duos habere fratres Archi-Epiſcopos magni nominis, Fulgentium Carthaginenſem, & Leandrum Hiſpalenſem. Leandro ut amiciſſimo ſua in Jobum Moralia Gregorius M. Pontifex ipſe inſcripſit. Et huic ſucceſſit deinceps in ſede Metropolitana Hiſpalenſi frater Iſidorus. Junior dictus (ut hoc obiter annotem ex Labbeo atque Caveo)

Iſidorus Hiſpalenſis.

Digitized by Google

ad distinctionem alterius Isidori Hispani Cordubensis, qui Honorio & Theodosio II. Impp. Paulo Orosio historiarum scriptori suos in libros Regum Commentarios A. 411. dicavit. Talis igitur atque tantus cum esset Isidorus, non mirum Germanos etiam sive Teutonas, qui una cum Wandalis aut etiam Gothis Hispaniam seculo post C. N. quinto intraverant numero non exili, veneratione nominis illius imbutos fuisse. Cumque per Hispaniam partim perfidia Judæorum, partim Ariana hæresis Christi Divinam majestatem Patri æqualem negans, nacta vires sub Gothorum imperio, adhuc passim grassaretur, ipsis licet Gothis ad Catholicam fidem nuper cum Recharedo Rege suo, Leandri Episcopi ope conversis: ita tamen ut obstreperet semper impius error: permotus inde Teutonum orthodoxorum aliquis seculi septimi aut octavi vir pius & prudenti zelo plenus, ad muniendos idiotas Gentiles suos, & in fide catholica confirmandos aptissimum hoc remedium elegit, ut partem tractatus Isidori, quæ sanctissimum Trinitatis mysterium, Divinam Christi Majestatem ac veritatem Duarum in ipso Naturarum e S. Scripturis Veteris Test. probat & explicat, vernaculam in linguam transferret. Hinc ergo natum istud Fragmentum, quod non primi quidem nunc publicamus: gnari pridem id præstitisse doctissimum *Jo. Phil. Palthenium b. m.* una cum Tatiani Harmonia; attamen ante Palthenium illud esse e Codice vetusto descriptum a B. Schiltero, ac Thesauro suo reservatum, manu ipsiusmet possumus edocere. Hinc & in Conspectu promissum fuit. Emittimus enimvero, cum durissimæ linguæ sit, (quippe nonnullorum judicio dictio illius duobus etiam seculis Francica Otfridiana vetustior apparet) absque notis aut explicatione: nisi quod pauciss imæ Schilteri notulæ adsperguntur: ideo, ne videamur quidquam Palthenianæ editioni, quæ ubique prostat notis ad linguæ notitiam plurimis instructa, velle detrahere. Monumentum tamen ipsum, cum sit Teutonicorum omnium vetustissimum, & non insuperabile iis qui Otfridum sibi familiarem reddiderunt, omittere religio nobis fuit.

Kero hucusque ineditus.

Quod vero nunc sequitur, monumentum, Keronis, *Monachi S. Galli, Translatio* Regulæ S. Benedicti, tanto nobis pretiosius est, eritque ut nulli dubitamus, orbi literato in universum, quanto minus alias de eo unquam obtinendo spes ulla visa est adfulgere; tametsi nomen Keronis per Glossarium a Goldasto editum plurimam sui famam undique spargebat. Debemus autem, ut ante omnia autorem muneris grati commemoremus, hanc Thesauri Schilteriani Gemmam laudatissimo jam supra plus semel *R. P. Bernardo Franckio*, cui uti cura Bibliothecæ Cœnobii San-Gallensis nobilissimæ commissa est; ita minime invida viro indoles; ut habent ii, qui semper abdita cupiunt & æternis immersa tenebris monumenta bibliothecarum rariora. Ille contra quæ sunt præ aliis digna luce, quæ prægustu suo jam dudum desideria eruditorum accenderunt, quæ ad studium antiquitatis & linguæ patriæ plurimum conducunt, sponte, qua est insigni humanitate, profert, & typis offert benigne: certus, adeo nihil inde demi bibliothecæ gazis, ut potius ingens accrescat illi per orbem gloria, & ornamentum reddatur exquisitius Codex iste, dum omnium doctorum elogiis condecorabitur.

e Bibliotheca Sangallensi.

Ætatem Keronis, laborem ipsum, & præcipua de præsenti editione reperiet lector in eruditis præfationibus Franckii, Scherziique: quæ nil attinet bis scribi. Dicenda vero nobis sunt aliqua partim de nomine Keronis, partim nonnulla circa editionem textus Latini. Nomen Keronis aliquibus doctorum virorum non videtur integrum, sed solum truncatum aut dimidiatum, vulgato alias Germanorum more, ut pro *Notkero* per compendium *Kero* diceretur. Ita inprimis censet *Celeb. Eckardus*, cui & Glossarium Goldasti tantæ ætatis esse non videtur, quin pro Notkeri labore agnosci haberique posset. Verum ut longe aliter censeam, & Keronem à Notkero diversissimum esse contendam, ratio me multa urget. Primo jam ab aliis, præsertim Diet. Stadenio, monitum offendo, suspicionibus nudis frustra communem omnium traditionem everti, ubi exempla non adsint ex historiis manifesta contractorum apud Alemannos ævi illius nominum propriorum. Atqui nulla sunt. Secundo adversatur etymologia nominis Notkeri, quam Ekkehardus subministrat, Vitæ Balbuli Scriptor: *Etymologiam nominis sui adimplens cum Apostolo* NECESSARIE *desiderat esse cum Christo multo melius. Tale nomen non casu arbitror accidisse, sed Dei dispositione.* (Tom. I. Scriptor. Goldasti de Reb. Aleman. p. 228.) Manifeste depingit

Non idem cum Notkero.

hæc

Digitized by Google

hæc etymologia a neceſſitate Notgerum (per g.) uti ſemper ſcribit Trithemius, i. e. Germanica noſtra *den Nöthiger*, quod nomen in Keronem (per K) vix & ne vix quidem cogi in contractione potuit. Longe facilior eſſet mutatio *Keroldi*, qui laudatur alicubi, in Keronem. Sed hoc leve fortaſſis. Præcipuum enimvero argumentum prorſusque invictum ſuppeditat indoles linguæ, qualis in Regula Benedicti apparet, profecto adhuc plane indomita & *indiſciplinabilis*, uti ſupra Otfridum audivimus de barbarica Teutonum conquerentem: quam ſi quis per folium duntaxat unum contulerit cum ſtylo Notkeriani Pſalterii, ſat ſcio mox ſponte fatebitur intervallum aliquot ſeculorum inter duas dialectos manifeſto prodi, & Notkerum a Kerone ut Livium a Pacuvio differre. Accedit ingens diſcrimen teſtimoniorum e Pſalmis Davidicis in Regula Keronis Teutonice productorum, & verſionis quæ in Notkeri Pſalterio a nobis vulgato extat. Dura eſt in Kerone non ſolum, ſed nil habet Notkero vicinum. Quis autem crediderit, eundem virum a ſe ipſo duobus in libris tantopere diſſidere geminato fruſtra labore potuiſſe? Denique non erat inſuetum Keronis nomen etiam in aliis Germanorum provinciis præter Alemanniam. Nam Ekkehardus alter, qui *de Caſibus Monaſterii S. Galli* ſcripſit (*P. I. T. I. p.* 47. *in Collectione Goldaſti*) KERHONEM laudat *Wurzburgenſem Abbatem magni nominis.* Quid planius e media orientali Francia poterat adduci? Nec abludit analogia nominum aliorum plane ſimilis: Kebo Abbas Laurishamenſis, Cralo San-Gallenſis, Waldo Epiſcopus Friſingenſis, Echto, Rollo, monachi, &c. Igitur in Kerone nihil quidquam mutandum ratione nominis, nec virum cum Notgero confundendum, evidens eſſe reor. Gloſſas à Goldaſto ex Regula Keronis excerptas aut compoſitas potius ita Celeb. Stadenius olim accepit, ut dubitaret, num integram Regulæ S. Benedicti verſionem Kero concinnaverit, an ſolum vocabula Teutonica ſuperpoſuerit Latinis ſine ſenſuum nexu? Is nunc ſcrupulus facile ceſſat, ubi oculis plerumque plenam adſpicimus interlinearem. Niſi quod diſſimulari non debet, bis ſub finem Regulæ verſionem Keronis deficere, ut integra non ſit aut omni ex parte plena. Hoc vitio ne Codicis vetuſtiſſimi, e quo tranſcriptus Sangallenſis eſt; aut morte Keronis ante finem laboris defuncti, ſive alio acciderit infortunio, ignoramus. Ceterum de Latino Regulæ Benedicti textu & præſenti ejus editione edocendus adhuc paucis lector eſt, quam tenuerimus rationem. Codex Sangallenſis, è quo Keronis Regulam vir egregius P. Frankius religioſe deſcripſit, Latinum exhibet textum, ut fere ſolent pleraque MSSta etiam vetuſtiſſima, vitiis graphicis & orthographicis ubivis mire refertum quæ non ſine faſtidio lectoris infinities recurrunt. Cenſuit doctiſſimus Frankius nihil ullibi mutandum; cui adſtipulatur & noſter Celeb. Scherzius, uterque in erudita præfatione ſua, rationem hanc adferentes, ne monumento veteri noviter in lucem protracto quidquam decedat, cum & ruditas ipſa errorque plurimus in ſcribendo vetuſtatem codicis probet, & variæ lectiones inde colligi, tum errores in notulis facile emendari queant. Nobis tamen, pace Virorum Celeberrimorum, aliter multo viſum. Quod nunc noviter hic prodit e codice pervetuſto monumentum, duplicis faciei, nec ab utraque novum eſt: ſed ab alterutra ſolum parte, nimirum Teutonica Keronis translatione: Latinus Regulæ Benedicti textus centies jam alias fuit excuſus: Non eadem ergo poſtulari ratio utriusque debet. In Teutonica Keronis mutatus non facile apex à nobis unus eſt: niſi locis iis ubi eruditiſſimus Scherzius compendia ſcriptionis, quæ frequenter ut ſiglæ, ceu vocat, ſeu notæ abbreviationum in Codice reperiuntur, haud immerito cenſuit vocabulis integris ſupplenda: quapropter & ſupplementa iſtiusmodi aliis literis, ut noſcatur diligentia viri accurata, curavimus excudi. Rurſus è Latino textu nihil omnium eorum ſublatum eſt, quæ lectionem vere variam gignere poſſunt: etiam voces ſuſpectæ aut erroneæ, tametſi ſuperpoſita verſio Keronis ab iis manifeſto recedat, non ſublatæ, ſed annotatæ. Quorſum vero vitia calami, quæ non Kero, ſed ſcriba imperitus ſexcenties commiſit, annotaremus, niſi ad nauſeam lectoris, oculorum tædium ac dolorem? Nemo id vitio nobis vertet. Multo itaque conſultius arbitrati ſumus, conſuetam circa colligendas varias lectiones inire viam. Adhibuimus nempe Viri Clariſſimi & in hoc ſtudio eminentis, *Lucæ Holſtenii*, editionem Regulæ Benedicti, quam ille Cuſtos Bibliothecæ Vaticanæ egregius *in Codice Regularum* collecto jam olim

Textus Latinus cum variis Lect.

Digitized by Google

A. 800. à *Benedicto Anianenſi*, (qui à Benedicto Caſinenſi probe diſtinguendus eſt, tribus quippe ſeculis junior) poſtremis vitæ ſuæ curis adornaverat, Romæ 1661. mox ab obitu illius impreſſam. Hanc porro, ut vere præcipuam editionem, nec non aliam Einſidlenſem forma minima, quam affirmant editores ad XXX. codices alios caſtigatam, ope Viri Docti nobisque multo conjunctiſſimi, accurate cum Keroniana editione contulimus, variasque inde excerptas ſtudioſe ſub finem cujusque paginæ ſubnotari curavimus: literis indicatas a, b, c. ne cum curis Scherzianis permiſcerentur, quæ Arabicos numerorum characteres 1, 2, 3. retinent. Hæc cum innocue ſint ad ornandam editionem geſta, non malis, ſpero, reip. literariæ gratiis nos feciſſe. Adjectæ inſuper ab eodem Amico noſtro haud abs re ſunt explicationes vocum inuſitatiorum, in Regula S. Benedicti occurrentium, quas laudatus ſupra Holſtenius Indiculo peculiari Codicis Regularum abs ſe editi ſubjunxit. Omiſſa vero cum fuerit ad caput I. Regulæ p. 19. eximia obſervatio de Sarabaitis, ſerius deprehenſa, nihil obſtat hic illam poſtliminio apponi. *Sarabaitæ* (ſic Holſtenius) *ſunt Monachi vagi, nulli ſubjecti. Vox eſt Ægyptiaca, a verbo ſignificante renuere: quod hi recuſent Abbatem habere cui ſubſint. Vid. Hugo Menardus ad Concordiam Regular. p. 104. ſeq. 141.* Sed ſatis tandem de Kerone & Regula S. Benedicti, Monachorum præcipui per occidentem veluti Patriarchæ: ſi modo adhuc illud lectorem monuerimus, non eſſe quod expectet a nobis recentiorem inſuper Regulæ Benedicti verſionem, quam in Theſauri Conſpectu promiſeramus. Quid enim eſſet nunc opus ea, poſt vetuſtam?

Index Evangeliorum. Succedunt inde libelli duo minutuli, Index Evangeliorum Dominicalium & Feſtorum apud Anglo-Saxones, & Calendarium Alemannicum: de quibus pauca præfabimur. Fuiſſe jam pridem in Eccleſia vetuſta moris, ut Evangelicæ per annum pericopæ ordinarentur Dominicis aut feſtis diebus prælegendæ ac explicandæ, liquido ex Homiliis Petri Chryſologi, & Gregorii M. Seculis V. & VII. Ravennenſem & Romanam regentium Eccleſias, apparet. Multo adhuc luculentius ex Homiliario Albini Flacci Alcuini, qui Caroli M. Imp. juſſu nono Seculo unicuique Dominicæ, ſed & feſtis diebus, colligebat Homilias Patrum antiquorum, ſingulis Evangeliorum pericopis accommodatas. Mox ſecutæ etiam Evangelicæ pericopæ extra ordinem: v. gr. contra Judices male agentes: in adventu Epiſcopi, Principum, Judicum: ad ſponſas benedicendas: in Litaniis tempore belli: pro fertilitate terræ, ad pluviam poſtulandam: &c. quarum numerum non contemnendum annotat è MSS. Codice Colbertino *Steph. Baluzius ad Kapitularia Regum Francorum* p. 1155. Ex ordinariis pericopis conficiebantur *Lectionaria*, quæ Evangelia & Epiſtolas per anni circulum ordinata continebant. Inſeruit librum talem vetuſtum *Jac. Pamelius Tomo II. Liturgicorum* ſuorum. Exſtant vero etiam paſſim hujus generis plura MSSta; unum præ multis inſigne adſervat apud nos *Bibliotheca illuſtris Krafftiana.* Eccleſiæ Syriacæ tabulam Evangeliorum & Apoſtolicarum Lectionum dedit, obſervante Schiltero, *Moſes Meredineus* ſeu *Mardenus* ad Syriacum Novum Teſtamentum Viennæ 1562. per *Jo. Alb. Widmanſtadium* ſumtu plurimo & nitidiſſimis typis curatum. Occurrit & talis in N. Teſtamento Æthiopico: prout ex *Kircheri Prodromo Copto* idem noſter Schilterus ad marginem annotavit hujus, quem nunc ex voluntate ipſius damus, *Catalogi Evangeliorum & Lectionum* apud Anglo-Saxones. Ubi eum repererit, affirmare certo non auſim. At quo minus, ut ipſe, vetuſtiſſimum cenſeam ſeculi forte noni ſcriptum, facit mentio Feſti Trinitatis, quod in Eccleſia ſpeciali die coli, ut & Dominicæ poſt Trinitatem numerarentur, moris tam antiqui non eſt, ut *Joannes Fronto* ad Kalendarium Romanum obſervat: (Opuſculorum Hamburgi recuſorum p. 112.) Multo minus vetuſtum eſt Kalendarium è Codice MSS. ſeculi XIII. à Schiltero deſcriptum. Fuerunt alias Kalendaria Eccleſiarum ſatis uſitata jam priſco tempore, ut *parvorum Martyrologiorum* ſubirent vicem, uti *Franciſcus Maria Florentinius* loquitur, qui ad calcem *Martyrologii Hieronymiani* tale Calendarium e pervetuſtis Lucenſibus membranis dedit p. 1049. ſqq. Aliud, & quidem *Romanum Kalendarium* nongentis annis antiquius publicavit Pa-

Kalendarium Germanicum.

riſiis

risiis 1652. *Joh. Fronto*, Cancellarius Academiæ Parisiensis (Hamburgi non ita pridem recusum) cum doctissimis Prænotatis, Annotationibus, & Dissertatione de diebus festivis: e quibus multa disci possunt in rem præsentem. Cum vero *Theodoricus Ruinartus* in Præfatione ad *Acta Martyrum Genuina* notet, p. LXIX. ed. nov. in fol. fuisse quoque peculiaria Ecclesiis Kalendaria cuique sua, non multum est a vero absimile, tale etiam esse præsens Schilteri Kalendarium angustum & parcum: cum multo amplius sit, multoque vetustius illud, quod sub *Martyrologii Germanici* titulo Doctissimus olim Vir b. m. *Matthias Frid. Beckius*, Augustæ 1687. cum commentario in lucem emisit.

Monumenta Catechetica.

Majus operæ pretium feremus haud dubie e Catecheticis Teutonum Veterum & nationum septentrionalium monumentis, quæ Kalendarium qualecunque insequuntur. Non hic locus est, non animus, modum veteris Ecclesiæ quem tenuit in Catechesibus suis aut rudibus catechizandis recensere: id alii libris integris egerunt, aut observationibus ad scripta Patrum plurimis illustrarunt. De Germanorum Theotisca Catechesi num omnem, ut sub Francis aut Alemannis, nedum sub Gothis fuerat, habeamus, dubito, quidquid aliis videatur. Egit annis abhinc non multis de argumento gravi & elegantissimo Celeb. Jo. Georg. Eckardus diligenter, apud quem plura poterunt videri.

Interim sparsa hinc inde monumenta Catecheseos Germanicæ variis e nationibus vastæ Gentis, & variis dialectis, qui colligunt, laudem utique haud vulgarem merent. Sunt in omnium ore nomina *Joach. Vadiani*, qui primus aliqua collegit non pœnitenda T. II. ap. Goldastum: *Marq. Frebert*, cujus catechetica præclaris cum notis edita pridem suo de Origine Ecclesiarum German. libro inseruit B. Jo. Henricus Ursinus: nuperrime recudi curavit eruditissimus Eckardus: *Marci Zuverii Boxhornii*, ob Rudimenta Religionis Christianæ antiquissima Saxonum, Lugd. B. 1650. edita: *Diderici Stadenii*, cui ut alia plurima, ita & Catechetica linguæ Theotiscæ Monumenta *Specimini Lectionis Antiquæ* addita & illustrata debemus. Alios nunc autores & collectores mitto. Quemadmodum vero Schilterus noster mox post Psalterium Notkeri Orationem Dominicam, Symbolum Athanasianum similiaque merito, ut in illo codice reperta subjecit: quæ credibile est omnia Notkeri esse: Ita dignum erat, ante finem Voluminis hujus, quidquid fuit ex autoribus librisque, sive vetustis sive recentioribus, impigro labore congestum, justo ordine per capita Catecheseos digeri atque exhiberi.

Omissa studio.

Colloquium Christi cum Samaritana muliere maluimus post editionem Palthenianam omittere, quippe exiguum, & ibi rectius quærendum. Multo minus dignus fuit Rab. Samuelis liber de apparitione Messiæ hoc volumine, eo, quod in Bibliothecis Patrum Latine ubivis habetur, Germanicæ vero translationis nulla neque gravitas nec antiquitas apparet, quæ monumentis nostris reliquis responderet.

Rhythmus de S. Annone.

Solus ergo restat & agmen claudit totius Voluminis Rhythmus de Vita S. Annonis. Quis Anno iste, quærendum diu non est: Archi-Episcopus erat Colonienſis seculo XI. jam adulto. A. C. 1075. juxta Sigebertum Gemblacensem defunctus. Rexit non modo Henrici IV. Imp. pueritiam, sed & primas in aula partes diu tenuit potentia & autoritate summa. Certe ad ipsius confugit opem *Petrus Damiani*, Alexandro Pontifici adversus Antipapam Cadaloum opem & auxilium quærens (*Epist. VI. libri III.*) nec frustra. Ad eundem Henricus ipse Imperator literas dedit potentiæ viri magnæ testes, queis auxilium adversus Hildebrandum efflagitat, pene demissas: *(in Fasciculo Rer. Expet. Orthuini Gratii fol. 50. sq.)* Offensus autem Imperator cum nihil impetraret, mox pro hoste habuit Præsulem qui antea solus omnia gubernaverat. Forte non absque causa. Siquidem jam olim fuisse multos Annonis reprehensores ob immoderata studia pro partibus Hildebrandi, seu Gregorii VII. Papæ, ne quidem Baronius diffitetur, *ad Martyrologium Rom. d. 4. Dec.* At non eapropter scriptores & encomiastæ Annonem deserunt, vitia accusantes Henrici, ipsum laudibus in cœlum ferentes: quos inter disertissimus ejus seculi historicus *Lambertus*

Digitized by Google

Schaffnaburgenſis prolixo Annonem elogio cohoneſtat, *(fol. 210. ſq. edit. Schard.)* ſanctitatem vivi, ſigna & prodigia ad ſepulcrum demortui facta fuſe commendans. Simul & in laudis haud poſtremæ partem trahens, quod *Colonienſis nominis Majeſtatem & ſecularem pompam ambitioſius pene, quam aliquis ex præceſſoribus ejus oſtenderit ad populum. Conſtitiſſeque apud omnes indubia plane fide, ex quo Colonia fundata eſt, unius nunquam Epiſcopi ſtudio in tantum opes & gloriam creviſſe Eccleſiæ Colonienſis.* Talis ergo admirator Annonis fuerit etiam neceſſe eſt anonymus Rhythmi præſentis autor: cujus carmen cum ſeculo pene integro abhinc *Martinus Opitius* e membranis antiquis primum edidiſſet Gedani, 1639. 4. cum notis doctiſſimis; tametſi ab eo tempore in repetitis omnibus Opitianorum carminum editionibus illud rurſus compareat, dignum tamen cenſuit B. Schilterus, quod & ſua verſione Latina & annotatis aliquibus illuſtraret; queis nunc Scherzianus inſuper accedit labor tam eximius, ut gratiis novis condecoratus Anno ſibi merito plaudat.

Atque hæc jam ſunt, Optime Lector, præſtantiſſimi voluminis Monumenta: quæ dum Schilterianus tibi Theſaurus divite manu ſubminiſtrat, quid ſperemus aliud quam ampliſſimum favorem tuum? votis noſtris, & quem res maxime tangit, Bibliopolæ, Viri Candidi, induſtrii, ac publico rei literariæ commodo ſedulo, & maſcule, ſi quis alius, ſuo ſumptu adlaborantis exſpectationi pleniſſime ſatisfacturum. Nam ita non ſolum ſtare poterit ſed & ſtabit prompte promiſſis noſter Bartholomæi, tum in Paſcha proximum ſecunda Theſauri parte; cui adcurandæ jam ſerio inſudat novis curis Celeberr. Scherzius: tum in Gloſſario, quod tantopere expetitum Deo Propitio duce, comite fortuna, Tuoque Lector, favore manum porrigente, intra ſpatium unius anni certo dabit.

Vale.

Series Monumentorum
Primo hoc Theſauri Schilteriani Tomo
contentorum.

I. OTFRIDI Monachi Wizamburgenſis *Volumen Evangeliorum*, in libros V. diſtinctum, Francicis Rhythmis. Cum Verſione Latina, Notis & Emendationibus JOANNIS SCHILTERI: Novis item ad Codd. Vett. caſtigationibus & Annotationibus plurimis Jo. GEORGII SCHERZII.

II. NOTKERI TERTII LABEONIS *Pſalterium Davidicum*, è Latino in Barbaricam Theotiſcam verſum, & Paraphraſi illuſtratum: E MSS. Codice *Dn. de la Loubere*, quem è Sangallenſi vetuſtiſſimo deſcribi juſſerat, *nunc primum* in lucem editum cum interpretatione & Notis *Joannis Schilteri.* Præmittitur *R. P. Bernardi Francklii* Diſſertatio Hiſtorico-Critica, de Notkero Pſalterii hujus vero Auctore.

III. WILLERAMI, Abbatis Eberſpergenſis in Bavaria, *Paraphraſis Gemina in CANTICUM CANTICORUM:* prior Rhythmis Latinis, altera ſine rhythmo, Francica ſeu Alemannica Vetus: è Codice Vratislavienſi, tergemina ſingularum paginarum facie eleganter exhibita: cum Variis Lectionibus *Pet. Scriverii* & Gothardi Vœgelini; *ſ. Marqu. Freheri.* Notisque *Pancr. Caſtricomii* & *Franc. Junii* ſelectis: integris vero *Jo. Schilteri* & *Jo. G. Scherzii.*

OTFRI-

Digitized by Google

OTFRIDI WEISSENBURGENSIS

VOLUMEN EVANGELIORUM,

IN

Quinque Libros Diſtinctum,

A

JOHANNE SCHILTERO,

Polyhiſtore & JCto Argentinenſi Celeberrimo,


Latinitate donatum ac eximiis Obſervationibus exornatum,

Collatum autem cum Codice Manuſcripto Vindobonenſi & Emendationibus ex Codice Manuſcripto Vaticano deſumtis ; ac præterea Notis auctum

à

JOH. GEORGIO SCHERZIO,

Juris Profeſſore P. Ord. in Univerſitate Argentoratenſi.



ULMÆ,

Sumptibus DANIELIS BARTHOLOMÆI,

M DCC XXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

JO. SCHILTERI
PRÆFATIO
AD
OTFRIDI
LIBROS EVANGELIORUM.

§. I.



QUum ea humani generis sit conditio, ut posterorum progenies ab avita probitate fere declinet in deterius: divina Naturæ benignitas huic malo obvians, singularem aliquam & admirandam Antiquitatis suæ & familiis & cuique genti populoque venerationem & quendam quasi cultum insevit, eo potissimum fine, ut posteri majorum sapientia instituta, probosque mores, æmulentur, ac de utrisque certent. Porrò quantumvis singulis Nationibus antiquitatis suæ studium suave atque acceptum sit: aliæ tamen præ aliis magis id secutæ sunt, atque iterum aut historicâ magis cognitione, veluti Græci, aut morum æmulatione, ut majores nostri Germani, aut utraque, sicuti Romani veteres. Atque de majoribus nostris, etsi quoad bonos mores, majorum æmulos eos fuisse, luculentus testis sit C. Tacitus: tamen ἐν τῇ θεωρίᾳ antiquitatis suæ studium non penitus neglexisse, ex eodem constat. Quandoquidem vero illud duabus cernatur positionibus, unâ circa res Majorum civiles, alterâ circa res eorundem sacras: de illa alio loco atque tempore, si Dominus voluerit, dicemus; de hac in præsenti ratio instituti nostri postulat.

Antiquitatis patriæ studium à naturâ

estque duplex sacrum & civile.

§. II.

Itaque in rebus sacris sicuti nihil nobis antiquius esse debet Verbi Divini auctoritate, cum perfectus sit scripturarum Canon, sibique ad omnia satis superque sufficiat, ut cum Vincentio Lirinensi loquamur, pag. 317. Edit. Baluz. ita antiquitatis studium quam maxime hîc commendat sese, posterosque in fide suâ atque Intellectu Verbi Divini confirmat, quoties deprehendunt, se ab his sensibus nullatenus recessisse, quos Sanctos Majores, ac patres suos celebrasse manifestum est. *Servemus igitur*, S. Ambrosius *L. 3. de Fide ad Imp. Gratianum, c. 7.* admonet, *præcepta Majorum, nec*

Sacrum.

Digitized by Google

hereditaria, ſignacula auſi rudis temeritate violemus: Quæ cum ita ſint, & mihi ab incunabulis fere, ut ita dicam, dulce fuerit, & quaſi congenitum, antiquitatibus patriæ noſtræ, Germaniæ ſtudere, iisque excolendis aliquid pro modulo ingenii conferre; itaque circa res civiles quidem tum Jus Alemannicum, Feudale ex ſqualore ſuo reduxi per Dei gratiam, tum circa Jus Provinciale Alemannicum & Saxonicum idem attentavi. Sed & alia monumenta antiqua Germanica, veluti Anonymi Poëtæ fragmentum de Bello Hiſpanico Caroli M. contra Saracenos, & Burchardi Libellum de eodem, itemque Carmen triumphale Ludovico Regi Franciæ conſecratum ob victoriam contra Normannos, atque alia quædam Fragmenta nondum edita, unà cum Gloſſario in hos & alios jam editos ſcriptores Germanicos Veteres, ad uſum publicum paravi per DEI Benignitatem.

Civile.

§. III.

Circa res ſacras vero præ omnibus OTFRIDI EVANGELIORUM Libros, à M. Flacio olim quidem, ſed valde corrupte editos, nitori ſuo, quantum pote, reſtituere, atque latina interpretatione κατὰ ῥητὸν illuſtrare, notis quoque neceſſariis adjectis, animo inſedit noſtro. Alios veteres Auctores, veluti prædictæ hiſtoriæ de Bello Hiſpanico Caroli M. aut Ludovici pronepotis contra Nortmannos, aliosque nondum editos, editosve, comendat amor patriæ, comendant varii veterum mores ibi deſcripti: comendat veteris idiomatis cognitio: ſed Otfridum noſtrum comendat præter Antiquitatem, eamque ſacram, etiam ſanctitas Argumenti, Vitæ Salvatoris O. M. commendat Auctoritas & teſtimonium Evangelicæ interpretationis in primæva Francorum & Germanorum Eccleſia: commendat denique Moralitas ſubinde elicita & inculcata, quæ eò magis afficit movetque, quemadmodum efficacius eſſe ſolet monitum venerandi alicujus ſenis, quam Juvenis: & doctoris domeſtici, quam extranei & peregrini. Mihi quidem incredibilis quidam Amor erga hunc librum ſeſe inſinuavit, ut non ceſſarim per horas ſucciſivas atque ſacras, conari & emendationem & interpretationem ſuperare, quod ipſum tandem per divinam Gratiam ipſo die S. Joanni Baptiſtæ ſacro anno MDCXCIII. contigit.

Otfridus.

§. IV.

Erunt forte, qui hunc auctorem non Poëtam, ſed Hiſtoricum potius judicabunt; quum etiam nobiliſſimus Poëta Gallicanus *du Bartas*, tale judicium à Scævola Sanmarthano, & Dan. Ge. Morhovio evitare haud potuerit: Quanquam Nicolaus Catharinus in Antediluvianis ſuis longe aliter de eodem judicet, eumque veteribus Poëtis comparandum utique cenſeat. Verum enim vero diſcrimen hîc faciendum inter Poëtas arbitror, qui *ſacram* hiſtoriam carmine complexi, & eos, qui fabulas aut Romanas, quæ vocantur, componunt, quibus libertati fingendi utique fas eſt indulgere: ſed hoc in ſacris nefas; veritati enim in his ſoli litandum & inhærendum, niſi quod circumſtantias probabiles & non indignas rebus ſacris adjicere queant. Id quod nec noſter Otfridus intermiſit. Sic quum S. Gabrielem Archangelum ad S. Mariam Virginem acceſſiſſe refert, adjicit has circumſtantias, quod eam offenderit tenentem Pſalterium in una manu, & altera texentem ſubtilia lintea. Porrò etiam fas eſt hîc exprimere aliquem ſenſum verborum myſticum, præter intentionem quidem agentium ſæpe aut loquentium verba illa, ſed quem tamen aut DEUS intendit, aut ſecundum fidei analogiam elicere poſſumus: idque ad ædificationem & doctrinam legentium. Hoc Otfridus egit *Lib. IV. C. XXVII. 49.* quum de titulo Cruci à Pilato affixo tractat; Sicut & ipſe Spiritus Sanctus præter Caiphæ intentionem, votum ſuffragiumve ejus in Senatu, ut vaticinium myſtice interpretatur, *Joh. XI. 51.* Verum ultra hanc veritatem myſticam non fas fuerit Poëtæ hiſtoriam ſacram decantanti evagari extra oleas. Præivit hac in re *Nonnus* Ægyptius, Poëta, Carmen paraphraſticum in Evangelium S. Johannis conſcribens, quem merito ab Angelo Politiano, magni judicii viro in Miſcellaneorum libris *mirificum Poëtam* eſſe appellatum, judicat Fr. Sylburgius in Præf. ad ipſum. Itemque *Apollinarius* ex Laodicea Syriæ, temporibus Conſtantini M. qui Sozomeno teſte, ad Exemplum Poëmatis Homerici, veterem Hebræorum hiſtoriam usque ad Regnum

an Poëta?

Digitized by Google

gnum Saulis carmine Heroico conscripsit: & totum opus in XXIV. partes distribuit, singulisque singularum literarum Græcarum nomen imposuit, numero earundem & ordine omnino servato. Refertur porrò inter Epicos Poëtas Constantinus Manasses, scriptis Annalibus Græcis carmine Heroico, â Meursio editis. Itemque Georg. Pisidas, qui Hexaëmeron seu opus creationis: & Tzetzes, qui carmina Historica conscripsit. Juvencus, Hispanus Presbyter, sub Constantino M. quatuor Evangelia hexametris versibus pene ad verbum transtulit, ut S. Hieronymus loquitur lib. de script. Eccl.

§. V.

Imò verò neque rerum civilium verâ narratione Carmina naturam aut nomen perdunt suum. Neque enim propterea *Nævius* atque Ennius apud Romanos Poëtarum nomine ac numero defraudantur, quod Annales carmine scripserint. Neque apud Græcos *Scymnus Chius* atque *Heracleotes*, qui orbem terræ carmine descripserunt. Certè *M. Annæus Lucanus*, Cordubensis, de bello civili Cæsaris atque Pompeji Poëma fide historicâ composuit. Quod quidem Petronius Arbiter in Satyrico taxat: *Non enim*, inquit, *res gestæ versibus comprehendendæ sunt, quod longè melius historici faciunt: sed per ambages, Deorumque ministeria, & fabulosum sententiarum tormentum, præcipitandus est liber spiritus; ut potius furentis animi vaticinatio appareat, quàm religiosæ orationis sub testibus fides.* Atque Servius ad L. 1. Æneid. ait: *Lucanus ideo in numero Poëtarum esse non meruit, quia videtur historiam composuisse, non Poëma.* Unde & J. C. Scaliger inter Poëtas noluit referri: quum tamen multa fabulosa veræ historiæ immiscuisse eum inculcet, id quod ipsum tamen Poëtam potius faceret, secundum Græcorum & Latinorum opinionem. Atque hæc privatorum quorundam judicia communem gentium sententiam non infringere potuerunt, quin Lucanus Inscriptione publicâ, hodieque in marmore Romæ conspicuâ, Poëtis accensitus sit. *Poësis civilis historica.*

M. ANNÆ LUCANO
CORDUBENSI POETÆ
BENEFICIO NERONIS
FAMA SERVATA.

Et confer defensorem Lucani Heinsium, de Laude Asini. Qui etiam Silium Italicum edidit, bellum Punicum egregio carmine complexum.

§. VI.

Atque videndum itaque inprimis est, quæ sit Natura Poëseos atque Carminis ex Gentium moribus ac institutione, in eâ quidem formalitate, quâ etiam atque cumprimis Poësin sacram comprehendit, quippe quæ & vetustior civili est, & præstantior, utpote digniori occupata argumento. Porro naturam cujusque rei ex ejus origine & incunabulis incrementisque potissimum cognoscere possumus. Atque eodem laudato Morhovio judice, est Poësis vetustissima artium, atque apud omnes gentes prima omnium loco historiæ usurpata, *Part. 2. c. 6. pag. 280.* Aristoteles inter Problemata & hoc habet: An Poësis Historiæ anteferenda? quod quùm neget Castelvetrus, Morhovius ex Torquato Tasso *Lib. 1. de Poëm. Heroic.* ita conciliationem instituit, ut historia quidem naturâ prior sit, sed tempore Poësis, cui etiam adstipuletur Ang. Mascardus, *dell' arte historica Tratt. V. c. 4, 1.* Quicquid tamen sit de isto problemate, & quanquam vetustissimus originum Mundi atque Historiæ sacræ scriptor divinus, Moses, non carmine eam, sed prosâ scripserit: certum tamen est, priscos mortalium apud plerasque omnes gentes veritatem historicam atque res gestas majorum suorum non prosâ, sed carminibus reliquisse posteris. Atque si Auctor Historiæ Jobi ipsi coævus est, certè conficitur, Poëseos usum antiquiorem Mose esse, in historiis componendis. Ea enim mens majoribus fuit, ut Heroum suorum facta, gesta vera, non ficta, posterorum memoriæ carminibus traderentur, tanquam digniori charactere impresso. Nota sunt, quæ de Germanis Tacitus scribit: *Celebrant carminibus antiquis (quod unum apud illos memoriæ & annalium genus est,) Tuistonem &c. Fuisse apud eos & Herculem memorant, primumque omnium virorum fortium, ituri in prœlia canunt. Sunt illis hæc quoque carmina, quo-* *Poëseos origo & natura.*

na, quorum relatu, quem Barditum vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipso cantu augurantur. Jornandes Episc. Ravennas *lib. de Gothor. orig. cap. IV.* de migrationibus Gothorum per Ulmorugos, Vandalos ac Scythas, memorans, idem ait etiam *in priscis eorum carminibus penè historico ritu in commune recoli.* Atque ut hoc officium Poësis præstet, facit conjunctio, quam cum Historia habet, *sunt verba Ferdinandi Episc. Paderborn. in Præfat. Monum. Paderb.* quemadmodum ab Agathia nobili Historico in Proëm. præclarè ex Floridoti viri eâ ætate præstantis judicio scriptum est; *Historiam à Poëtica non multum distare, sed hæc duo gemina affiniaque esse, ac solo propemodum rhythmo inter se discrepare.* Ut altera prorsus alteri in conservandis illustrandisque antiquitatum monumentis opem ferre nata sit.

§. VII.

Partitio in Barbaram & Græcam.

Hæc sunt judicia priscarum Gentium de Poëtica, inter quas Celtæ atque Germani, & quæ ad hos â Tacito referuntur, eminuerunt, & Germani adhuc eminent. Atque hæc historica Poëseos species omnium antiquissima est, & Poëtis sacris, Mosi, Davidi, Assapho, Salomoni, Isaiæ aliisque non incognita. Græci demum atque ab his Romani Poësin illam simplicem fabulis suis atque figmentis deorum dearumque involverunt: sed & numeros pedum ac Syllabarum in quolibet versu adjecerunt. Unde Aristoteles Poëticam Græcanicam ad strictiores leges restrinxit, neque historicum tamen & Poëtam carmine & solutâ oratione designari ait, *solùm* scilicet, sed alia præterea requirit. Lib. de Poëtica cap. III. Poëtices originem â duabus causis arcessit, iisque naturalibus, ab *Imitatione* & â *Rhythmo* metra esse particulas Rhythmorum. Grandiores Poëtas honesta facta imitari: humiliores facta turpium. Initio natam extemporaneam Poësin, Comœdiam, Dithyrambum. Historicum & Poëtam non eo, quod aut metris adhibitis, aut sine metris dicant, differre. Licere enim Herodoti scripta in metra ponere, sed nihilominus historiam quandam esse: verum hoc discrepare, quod historicus dicat, ea, quæ facta sint: Poëta autem, quæ fieri debuerint. Perspicuum igitur esse ex his, quod Poëtam magis oporteat fabularum esse effectorem, quam versuum: quum Poëta sit per imitationem: quamvis etiam res factas Poëta pangat, nec propterea Poëta esse desinat, inter verisimilia enim Poëtarum posse etiam vere facta esse. Cæterum Episodicas fabulas pessimas esse, h. e. eas, quæ neque verisimilia neque possibilia continent, easque esse malorum Poëtarum, atque Histrionum in gratiam fieri. Hæc Philosophus; qui & *Lib. III. Rhetor. c.* 3. elocutionem Poëticam diversam & posteriorem Oratoriâ asserit: id quod naturâ, non tempore & scripturâ verum fuerit. Cæterum, quod de *Imitatione* & *Rhythmo* ait, duas esse causas Poëseos, utique verum est, sed diversimode. Rhythmus est causa primaria omnis Poëseos: sed quum hæc sit duplex, simplex ac primæva, altera fabulosa; Rhythmus quidem utriusque fons est nativus: sed Imitatio sive fictio est fabulosæ atque Græcanicæ imprimis propria.

§. VIII.

Metrum non ad Barbaram.

Omissâ itaque Imitatione, de Rhythmo videamus, antiquæ nostræ Poëseos fonte. Nam quod metrum attinet, nec Aristoteles hoc adæquat causis istis, sed subordinat. Atque quod Jo. Piccardus Toutrerianus *Lib. II. Celtopædiæ pag.* 76. ait, Carminis appellatione indignum esse, quod non prius temporum, Syllabarum, pedumque congruentiâ certâ, ac definitâ quantitate multiplicetur ac profluat: certè id neque ad Bardorum & Celtarum, neque ad Hebræorum, de quibus tamen ei sermo ibi est, poëmata quadrat. Enimvero Philo de Essenis tradit: Μέτρα γὰρ καταλελοίπασι ποιηταὶ ἐπῶν τριμέτρων, προσοδίων, ὕμνων, παρασπονδείων, παραβωμίων, ϛασίμων, χορείων ϛροφαῖς πολυϛρόφοις, ἐνδιαμεμετρημένων. Et Josephus *L. 2. Antiq. c. VII.* ait: Moses carmen Hexametro versu composuit, ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ συντίθησιν. Julianus Apostata Eusebio exprobrat, quod voluerit apud Ebræos ἑξάμετρά τινα extare pag. 222. Atque S. Hieronymus *Præfat. in Lib. Job.* asserit: *à verbis Job usque ad finem Hexametri versus sunt, dactylo spondæoque currentes, & propter linguæ idioma, crebrò recipientes & alios pedes, non earundem Syllabarum, sed eorundem temporum. Interdum quoque Rhythmus ipse dulcis & tinnulus fertur numeris pedum solutis, quod metrici magis, quam simplex lector, intelligunt.* Et mox: *Quod si videtur*

Digitized by Google

detur incredulum, metra ſcilicet eſſe apud Hebræos, & in morem Flacci, Græcique Pindari, & Alcæi & Sapphus, vel Pſalterium, vel Lamentationes Hieremiæ, vel omnia ferme ſcripturarum cantica comprehendi, legat Philonem, Joſephum, Origenem, Cæſarienſem Euſebium, & eorum teſtimonio me verum dicere comprobabit. Verum enim vero Eruditorum Princeps Joſ. Scaliger contradocet, & in Animadverſ. in Euſeb. aſſerit; *Hebraiſmus nullo modo ad metrorum Græcorum aut Latinorum regulam reduci poteſt, etiamſi cœlum mari miſceatur.* Et quamvis adverſarius poſt obitum ipſius repertus, Adr. Scrieckius Rodornius Lib. 1. Adverſar. c. XVII. contendit, *tam Philonem, quam Joſephum, primævæ linguæ Hebraicæ non penitiſſimè gnaros fuiſſe, & in Syriasmo hæſiſſe; patere id enim in impropriis multis eorum interpretationibus primorum nominum*, & hactenus neminem extitiſſe, etſi plurimi in id incubuerint, qui metrum ad Hieronymi regulas expoſuerit: Ipſe tamen omnibus modis contendit, ſe ſolum atque primum poſt Hieronymum id deprehendiſſe: ejusque rei ſpecimina aliquot ibidem exhibere voluit. Sed credo, apud Eruditos hactenus applauſum non invenit. Præterquam enim, quod Puncta Rabbinorum penitus explodere vult, lectionem & pronunciationem receptam textus Hebraici plane rejicit, & aliam venditat, ex qua, & imaginariâ conſonantiâ linguæ Belgicæ hodiernæ, etiam metrum iſtud ſe adinveniſſe gloriatur. Sed hæc paradoxa, affectata, abſurda & ridicula dimittamus: & ſolidiora ex S. Auguſtino afferamus.

§. IX.

Is Lib. III. de Muſica cap. I. & II. inter Rhythmum & metrum utique diſcrimen faciendum docet atque idem explicat. Rhythmum autem hîc non homœoteleuton, quod nec in Hebræorum, nec veterum forte Celtarum Carminibus reperitur; ſed pedum certorum numerum incertum, ut fere etiam apud Comicos Romanos cernere eſt: qui numerus ſi certus ſit menſurâ, Metrum dicitur Græcis & Romanis, haud obſervatum à Priſcis Celtis atque Francis. Hæc ſecundum Auguſtini ſententiam, quam Beda uberius explicans: *Rhythmus*, inquit, *eſt metris conſimilis verborum modulata compoſitio, non metricâ ratione, ſed numero Syllabarum ad judicium aurium examinata, ut ſunt carmina vulgarium Poëtarum. Et quidem Rhythmus ſine metro eſſe poteſt, metrum vero ſine Rhythmo eſſe non poteſt.* Idem: *Metrum eſt ratio cum modulatione, Rhythmus modulatio ſine ratione. Plerumque tamen caſu quodam invenies etiam rationem in rhythmo, non artifici moderatione ſervatam, ſed ſono & ipſa modulatione ducente, quem vulgares Poëtæ neceſſe eſt faciant ruſticè, docti faciant doctè.* Ex his perſpicuum eſt, qua ſignificatione Hieronymus metri vocabulo uſus fuerit, rhythmum ſcilicet intellexit, in quo invenias & metri rationem, ſed non perpetuam & certam, ſed fortuitam quaſi, unde ipſe addit: *Et propter linguæ idioma crebro recipientes & alios pedes, non earundem Syllabarum, ſed temporum. Interdum quoque Rhythmus ipſe dulcis & tinnulus fertur, numeris pedum ſolutis.* En fatentem reum! aut potius conſentientem auctorem, qui anxietatem iſtam Rodornianam nunquam deſideraverit.

Sed Rhythmus.

Hier. explic.

§. X.

Ut itaque quod res eſt, dicamus. Quatuor ſunt inter ſeſe bene ſeparanda, quò veterem Poëſin à nova rectè diſcernamus. Primum fundamentum eſt, quo à proſa poëma differt, ſtylus atque *character* ſpiritusque poëticus, quem per cantus aliamque poëſin infinita antiquorum geſta exornans, poſteros exſtruere, dicit Plato in Phædro, quo de vide *V. Cl. Joh. Joach. Zentgravii Diſſ. de Furore Poët.* Atque ſicut hinc materia ſuggeritur menti quaſi divinitus, ita in formam peculiarem redigit eandem. *Rhythmus*, qui diffuſam aliàs narrationem reſtringit, & coërcet ad verſuum dimenſionem & repetitionem: adhuc tamen ſine metro, & ſine homœoteleuto. Accedit poſtea his ſubſtantialibus cujuslibet Poëmatis, *Homœoteleuton*; quod tinnulum & auribus non ingratum ſonum exhiberet, ſed & memoriæ canentium ſuccurreret. Id quod in vetuſtis Sueonum carminibus nondum invenitur, quæ *Eddæ* titulo veniunt, necdum edita ſunt. Inter quæ ſolis Carmen Sæmundi ita incipit:

Poëſeos gradus.
1.
2.
3.

Digitized by Google

Fe ok fiervi
Rænſi firthakinâ
Sa himm grimmi Greppur:
Yfr tha Gautu,
Er hann Warthathi
Nathi einginn kwikur komaſt. i e.

Pecuniâ & vitâ
Spoliavit hominum prolem
Sæva illa mors;
Trans illam ſemitam,
Quam ipſa cuſtodivit,
Potuit nemo vivens venire.

Idem obſervavi in lingua Hibernica adhuc hodie, ex Ms. quodam, quod nactus ſum. Taxat denique Cl. Salmaſius, quod finem Rhythmi vocemus Rhythmum, *in Hiſt. Aug. pag.* 352. Conf. Menag. *dict. Etymol. Gall. voc. Air de chanſon.* Denique adinventum fuit & *Metrum* ſive numerus Syllabarum in quolibet verſu. Hic numerus porro vel incertus eſt, idque primis in poëmatibus ita fuit, hodieque etiam in Comicis Romanorum cernitur. Similiter hæc metri ſpecies eſt, quam Joſephus & Hieronymus Carminibus ſacris tribuunt. Tandem Græci, & hos ſecuti Romani, numerum certum cuique Carminis generi conſtituere voluerunt. Sed Teutones retinuerunt priſcam ſimplicitatem, neque ad definitum pedum ac Syllabarum numerum ſe alligarunt. Quamobrem non dubitamus Poëtarum rem & nomen priſcis Hebræorum vatibus, Celtarum, Gallorum, Germanorum, Brittonum, Hibernorum Bardis, ſed & cumprimis Otfrido noſtro jure optimo maximo vindicare. 4.

§. XI.

Otfridi Editio I. Illius primus Editor fuit Matth. Flacius Illyricus vel & Gaſſarus, ſed inciderunt in MScriptum aliquod non ſatis accurate deſcriptum, ſed & ipſi idioma hoc vetuſtum nondum, in quantum oportuiſſet, calluerunt: unde nec corrigere amanuenſis errores, aut vi criticâ in eos animadvertere vel ſaltem conjecturis emendare voluerunt. Gratiæ tamen iis debentur, quod non ſuppreſſerint, aut neglexerint, ſed edi, prout invenerunt, curarint. Majorem vero gratiam Lambecius V. Cl. iniiſſet, ſi ipſe edidiſſet noſtrum correctiorem ex optimo MS. Bibliothecæ Cæſareæ, quod utique ſalivam movit & collationes variasque lectiones inde hactenus, ſed fruſtra deſideravi. Laudandus interim eſt, quod & titulum Libri genuinum & finem quoque in Flaciano Codice deficientem, ex eodem MS. nobis reliquit. Neque ſuâ laude hac in parte defraudandus eſt inſignis & J. C. & Polyhiſtor, Marqu. Freherus, qui varias lectiones ex MSS. annotaverat, quas Gotthardus Vœgelinus poſt mortem illius an. MDCXXXI. Wormatiæ edidit, & hæc inter alia præfatus: *M. Freherus tam linguæ quàm poſteritatis Teutonicæ intereſſe arbitratus eſt, ſingulares â ſe notas & emendationes, quâ vitioſa eſſet Baſileenſis editio, partim è Codice MS. partim è Germanica Criſi ſuâ (in quo eruditionis genere præ omnibus ante ſe mortalibus antecelluit,) nobis relinqui.* Has itaque notas Freheri & animadverſiones ſingulis locis adjecimus, verùm uti iſtæ non ſuffecerunt, ita infinitis in locis textus fuit deprehenſus corruptus & emendandus adhuc aliunde. Cum itaque copia MScripti Cæſarienſis denegata fuerit, nihilominus ex locis parallelis ipſius auctoris, tum ex aliis ſcriptoribus vetuſtis & coævis, plurima vitia fuerunt ſublata, & textus reſtitutus, atque interpretatione Latinâ, notisque brevibus illuſtratus.

§. XII.

Tit. emend. Titulus libri, monente ita P. Lambecio *Lib. 2. Biblioth. Cæſar. c. V. pag.* 417. imprimis fuit emendandus, Vulgatus Latinus erat: *Otfridi Evangeliorum Liber.* At ipſe Otfridus in Præfatione ad Liutbertum Archiepiſcopum, Moguntinum ait: *Volumen iſtud in quinque libros diſtinxi.* Atque ad librum tertium ita præfatur:

Mit

Digitized by Google

Mit ſelben Chriſtus ſegenon
Uuil ih hiar nun redinon
In einan li-vol ſuntar
Thiu ſeltſanun uuuntar.

Per ipſius Chriſti gratiam
Ego hìc nunc enarrabo
In libro ſeorſim
Rara miracula.

Et ratio facit, quod Volumen in quinque Libros diviſum non poſſit dici Liber ſingularis. Titulus porro Teutonicus à Flacio confictus fuit: *Evangelien-Buch, in alt Fränckiſchen Reimen, durch Otfriden von Weiſſenburg, Münch zu S. Gallen &c.* Et falſum eſt, quod Otfridus fuerit Monachus Cœnobii Benedictini S. Galli in Helvetia; ſed fuit Cœnobii Benedictini Weiſſenburgenſis in Alſatia, quod nunc ſub titulo Præpoſituræ ad Epiſcopatum Spirenſem pertinet. Aliam denique Inſcriptionem profert Flacius hujus Voluminis in præfatione ſuâ: GRATIA THEODOSISTÆ: in quo præeuntem habuit Trithemium de Scriptor. Eccles. cum Conr. Gesnero, Jo. Jac. Friſio in Bibliotheca Univerſali & Ant. Poſſevino in Apparatu Sacro. Sed errorem retexit Lambecius ex Inſcriptione Libri I. prout ea extat in MS. Cæſareo.

§. XIII.

Porro Otfridus ſecutus fuit in interpretatione, tum verbali, tum myſticâ, Latinam ſive Vulgatam præcipue Verſionem Bibliorum, ſicuti & Anglo-Saxones: quum Gothica verſio magis Græcum ſequatur textum, obſervante Mareſchallo & Junio. Inter Patres Eccleſiæ videtur præprimis ſecutus S. Gregorium, & S. Auguſtinum, id quod ſubinde annotavi. Ipſe non diffitetur Lib. V. cap. 14. v. 49 ubi vide. Idem de ſeſe quoque paulò ante Otfridum faſſus eſt Alcwinus, Magiſter Caroli M. Imp. qui in Præfat. Comment. in S. Jo. Evangel. Lib. I. pag. 382. ait: *Nec ex quolibet paternæ poſſeſſionis prato mihi flores colligendos eſſe cenſeo, ſed multorum Patrum humili corde, prona cervice, florida rura peragranda mihi eſſe video; ut ſine periculo nominis mei ſatisfaciam ſanctiſſimæ voluntati veſtræ. Primoque omnium S. Auguſtini ſuffragia quærens, qui majori ſtudio hujus Sancti Evangelii exponere niſus eſt ſacratiſſima verba. Deinde ex opuſculis S. Ambroſii ſanctiſſimi doctoris aliqua trahens: nec non ex Homeliis præcipui Patris Gregorii Papæ, vel ex Homeliis B. Bedæ Presbyteri, multa aſſumens, aliorumque ſanctorum Patrum, ſicut invenire potui, interpretationes poſui &c.* Hinc eſt, quod Otfrido in multis cum Alcwino convenit, ut hinc inde obſervavimus, quanquam & hunc ipſum quoque Otfridus ſine dubio adhibuit. Certe Quatuorviratum ſequens ætas attribuit his Doctoribus. Ita Jacob. de Kœnigshou. Chron. cap. 3, 33. Sanctum Gregorium Papam vocat, *der vier Lerer einen*: unum ex quatuor doctoribus Eccleſiæ. Et cap. 2. §. 86. S. Ambroſium inter eos refert, *Sant Ambroſie Byſchof zu Megelon, der vier Lerer eine*, i. e. *S. Ambroſius Epiſcop. Mediolani, unus ex quatuor doctoribus.* Prodiit hac de re ſuperioris ſeculi anno quinquageſimo octavo liber cum hac inſcriptione:

Fontes & DD. quos ſecutus Otfridus.

Quaternio: ein ſchœner Tractat: in welchen CXXV. Stück von vier Dingen, aus Thoma von Aquin gezogen.

SUPPLE-

Digitized by Google

SUPPLEMENTUM

Præfationis Schilterianæ in Otfridum, partim ex ſchedulis SCHILTERI, partim ex propria penu deſumtum, atque additum â JO. GEORGIO SCHERZIO, Profeſſore Juris Argentinenſi.



Modus interpretandi Otfridum, quem B. SCHILTERUS adhibuit, eſt plane ſimplex & elegantiis carens, ita quidem, ut, ceu fieri decebat, κατὰ ῥητὸν verba verteret, magisque ad idiotiſmum Germanicum, quam Latinum, reſpexerit; quod eo fine factum eſt, ut vis cujusvis vocabuli facile poſſit intelligi, etiam ab eo, qui linguæ Germanicæ plane eſt ignarus.

Cæterum de diſtinctione verſuum notandum, eam in codicibus MSS. & Vindobonenſi & Vaticano aliter ſe habere, ac tum â Flacio, tum â Schiltero exhibetur. Scilicet, quæ hic ſiſtuntur τετράσιχα ibidem ſunt forma διςίχων expreſſa; ex. gr. Principium Dedicationis ad Ludovicum Regem, quod hac facie prodit apud Flacium.

Ludouuic ther snello
Thes uuisduames follo,
Er Oſtarriche rihtit all
So Frankono Kuning ſcal.

In MSS. modo dictis hac ratione repræſentatum occurrit:

Ludouuig ther snello. Thes uuisduames follo.
Er Oſtarriche rihtit all. So Frankono Kunig ſcal.

Quod ipſum jam olim monuit Stadenius in ſpecimine Lectionum Antiquarum Francicarum in Præfat. ut & in Epiſtola ad Eggelingium, quam exhibet Dominus â Seelen in Memor. Staden. pag. 261. Maluimus autem modum â Flacio uſurpatum, & â Schiltero retentum, ideo ſervare, quia in Gloſſario aliisque Scriptis Schilterianis verſus juxta Hypotheſin τετραςίχων numerati allegantur; & præterea alii Eruditorum, qui ad Otfridum provocant, hanc numerandi citandique rationem ſequuntur.

Præterea notandum in ſupra laudatis MSS. plurima occurrere Puncta, & notas diſtinctionis; quæ tamen omnia hîc imprimi neceſſarium non duximus. Quæ autem ſit illorum punctorum ratio, Viri quondam Ampliſſimi & Conſultiſſimi, Dn. Jo. Phil. SCHMIDII, Argentinenſis, & Conſiliarii quondam Lejnienſis, ſeu teſtis αὐτόπτου, verbis exponere liceat. Ille in ſuis animadverſionibus ad P. Lambecii Obſervationes ſuper Codicem MS. Voluminis Evangeliorum Otfridi, (quas ſcriptas ad me an. 1714. ſponte ſua miſit) pag. 24. ita loquitur.

Ratione punctorum in genere obſervandum, per univerſum opus Otfridianum ea regulariter non adhiberi, niſi ad unum Tetraſtichon in medio verſu ab altero ſeparandum; finito enim verſu nulla aut rarius adhibita cernas puncta. Quæ vero hoc præcipue loca frequentiora ſpectas in mediis Tetraſtichis, ea ultra hunc locum vix alibi taliter occurrunt, minime quidem tali frequentia. Unde non facile fuerit dictu, an â Scriptoris, an Reviſoris vel aliusvis manu, aut in quem uſum fuerit hic cumulata: Cum tamen character literarum hoc ipſo in loco atque circa initium hujus exordii appareat aliquanto minutior ab inſequentibus Tetraſtichis, differentia manus ſcribentium iſtud omne attribuendum eſſe cenſuerim. Præter iſtum vero Segregationis uſum in Te-

Digitized by Google

IN OTFRID. ADDITUM.

in Tetraſtichis Operis hujus Otfridiani, inſignis alius quoque deprehenditur in ſeparatione vocum atque literarum, quæ uti ſcribæ incuriâ junctæ, vix, imò plane non aliquibus locis fuiſſent diſcretæ, locumque maximis dubiis difficultatibusque reliquiſſent, niſi exquiſitiſſima Reviſoris, Otfridi forte ipſius, cura atque diligentia ea omnia nunc cernere liceret complanata; cujus rei exemplum ſuo, ni fallor, loco oculis ſubjectum apparebit. Alius iterum Punctorum uſus eſt, quando præter ſupra in præcedentibus dictam Eliſionis notam, pro literis, ſyllabis aut verbis integris, Scribæ incuria omiſſis, ſuis quibusque locis reponendis, inſertionis notam quoque conſtituunt: Aliter iterum Subſtitutionis notam gerunt literarum, nempe unius pro alia. Aliter iterum, non eliſionis ſaltem poëticæ, ſed omnimodæ deletionis literæ vel ſyllabæ in mediis vocibus, notam repræſentant. Inſertionis nota in hoc præſertim capite habetur verſu 29. ubi vox irreínoc, *correcta eſt in pluralem, hoc modo* irreínco. *Subſtitutionis exemplum eſt in verſu ſeq. atque voce* Theheinâga, *ubi legendum* Thehemiga, *vocali nempe* i, *pro vocali* a *ſubſtitutâ. Plena deletio ſubpunctatione fit literarum, nulla alia ſuperpoſita. Priori uſui in Tetraſtichis diſcernendis affinis eſt ille, quo Orationi in ſua commata ſecandæ inſerviunt, ubi rurſus differentia apparet in eorum appoſitione, qua nempe alia regulariter inferiori literæ lateri ad calcem verborum apponuntur, alia vero ſuperiori lateri ad modum τῶν κώλων Græcorum, velut in hoc ipſo ſuperius allegato ſpecimine apparet, poſt verba* ġaleize· breittin· gu·allicho· *Tandem vero inſerviunt quoque Puncta ſignis Interrogationis, veluti* (؟) *vel alterius nondum certi uſus, veluti* (.,) *vel* (!) *conficiendis; quorum ſuis locis dabuntur exempla.*

Uti autem Puncta, ita & *Accentus* plurimi vocabulis Otfridinis inſcripti reperiuntur in ſæpe nominatis MSS. De iis iterum audiri meretur *D. Joh. Phil. Schmidius* in ſupra allegatis Animadverſionibus pag. 25.

Circa Accentus notandum, uniusmodi ſaltem in Otfridianis Evangeliis, quemadmodum in cæteris ejus vetuſtatis Monumentis Alamannicis iſtos deprehendi, omnes nempe ad modum Acutorum apud Græcos, niſi quod alii magis acutiores ſpectentur, hoc modo (ˏ) *alii magis incurvati, hac forma* (ʻ) *Hi fere regulares ſunt, nominibus, verbis aut etiam particulis ordinarie ſuperimpoſiti, acutiores fere ſolummodo dictionibus ex duabus ſyllabis mere vocalibus conſtantibus applicatas deprehendas, veluti voculis* íá, ío *&* iú, *aliisque his annexis & ſimilibus. Ubi peculiariter adhuc circa has vocuſculas notandum, iſtarum vocalium unamquamque ſuo accentu regulariter inſigniri, quandoque & ſæpiuſtamen voculas illas tribus accentibus cumulatas, rarius uno ſaltem notatas, rariſſime, absque omni accentu reperiri. Obſervari licet & aliud Accentuum genus, qui duplicati ſunt, in unum tamen acumen infra deſinentes, hoc modo* (◠) *quales ſuper voculis monoſyllabis* io, iu *& ſimilibus ſaltem impoſiti reperiuntur. Quis vero in genere Accentuum horum in Dictionibus Germanis Uſus, & num ſolummodo depreſſioni, vel elevationi vocis, vel Syllabis brevibus aut longis efficiendis, qui maximus tamen, & minime temnendus juſtæ lectioni veteris linguæ Teutonicæ aſſequendæ eſſe poterit, inſerviant, penes vetuſtatis iſtius magis ſcitos Teutonas eſto judicium. Quemadmodum vero proxime de Punctis dictum, quod ſignis quibusdam conflandis adhibita inſuper fuerint, ita præprimis accentuum concurſu iſta ſigna effici videmus, niſi quod tamen aliquando accentum pure & absque puncto, hac ratione* (ˊ) *pro ſigno exhiberi deprehendatur.*

Licet autem Adjectio Accentuum non omni caruiſſet utilitate, attamen illi, ne nimis caro veniret hoc opus, ſua jam natura ſumptuoſum, anxiè curandi non fuerunt. Sine magno autem damno omitti potuiſſe ſummorum in hisce literis Virorum, STADENII, & EGGELINGII ſententia fuit. Ille in literis ad Eggelingium de die 28. Novembris anno 1707. ita loquitur: *Cum itaque jam codice tuo Flaciano, & indice erratorum in eo toto libro inſtructus ſim, nihilque fere obſcurum mihi ſit in eo intelligendo, id unum editionem remoratur, quod accentus, de quibus ſatis magnifice loquitur Lambecius, in Codice Flaciano non ſint appoſiti, niſi rariſſime, cum, ut ex Supplementis Lambecianis apparet, ii omnibus lineis incumbant. Ego, ut dicam, quod ſentio, eos ſupervacuos eſſe ſtatuo, & Otfridum ſuo tempore iis, æque ut nos hodie, carere potuiſſe: ſcanſio & ſenſus æque bene ſine iis pr[illegible]t: & more ſui ſeculi ſolum abreptum fuiſſe Otfridum, palam eſt. Id unicum animadverto, [illegible]s hos in vocibus polyſyllabis illi ſyllabæ, quæ radicalis [illegible], impoſitos eſſe, qui uſus tamen eſt exi[illegible] præſertim parum exercitato. Conſtat enim facile, quæ Syllabæ ſint præfixæ, quæ terminationes. Ut vero perſpecta radice, dubium tamen maximu[illegible]que ad radicem vocis non pertinenanet in ſignificato eruendo, ad quod accentus nil confert.*

Cui reſpondit ipſis Nonis Januarii anni 1708. Eggelingius : *De Accentibus vero in codice Otfridi Lambeciano vel potius Cæſareano, quid dicam, fere neſcio. Hoc tantum poſſum : ſuſpicor Otfridum ipſumnllos non addidiſſe : neque enim tunc temporis vel Græcis, vel Germanis, vel Runis, vel Belgis apices erant cogniti, ſed ut pleraque Gloſſaria vetuſta Teutonica, in gratiam Monachorum, clauſtra Germanica inhabitantium, hujus autem linguæ ignarorum, conſcripta reor, ideoque eos, quo facilius hæc addiſceretur & concinnius pronunciaretur, additos; ſic eandem ob rationem Otfridianis, quamvis â recentiori manu, fuiſſe adpictos : etenim Theotiſcam illam linguam ſine accentuatione olim â peregrinis æque difficulter potuiſſe legi & intelligi, ut hodie Chinenſium â Miſſionariis Europæis.*

Nunc dicendum venit, quid circa opus Otfridinum hac in Editione fuerit præſtitum. Primo quidem Schilterus exhibet Textum Editionis Flacianæ, partim ex ingenio, partim ope eorum, quæ Lambecius in Bibliotheca Vindobonenſi & Freherus in variis lectionibus MSS. annotaverat, correctum, & in linguam latinam verſum ; deinde Notas ad Textus illuſtrationem aut confirmationem facientes ſubinde exhibet. Miſerat quidem ad B. Schilterum Vir de bonis literis egregie meritus B. Dn. Schmidius, jam an. 1704. 25. folia, ex codice MS. Vindobonenſi deſcripta, imo depicta; ſimile quoque fere officium eidem præſtiterat Dn. Frid. Roſtgaard, Danus, mittens ipſi an. 1699. *Emendationes Otfridi ex antiquiſſimo Codice MS. Palatino-Vaticano* Romæ â ſe collectas ; ſed neutrum horum Schilterus, partim aliis negotiis impeditus, partim morte præventus, cum Flacianâ Editione contulit. Poſtquam itaque modo laudatus Dn. Schmidius ſingulari hujus ſtudii amore actus, reliqua 27. folia, ex Codice Viennenſi ſumma cum cura deſcripta, ad me miſiſſet, Roſtgaardiique etiam Emendationes in manus meas veniſſent, nolui deeſſe petito Viri de re literaria eximie merentis, *Dn. Danielis Bartholomæi*, Bibliopolæ Ulmenſis famigeratiſſimi, quo id agebat, ut, quæ deeſſent labori B. Schilteri, ipſe pro viribus ſupplerem. Eo promtius autem oblatum munus ſuſcepi, quo majori in has literas amore feror, quoque honeſtius eſt, Publico ſimul & Famæ fideliſſimi Præceptoris ſervire.

Contuli itaque Textum, qualis â Schiltero exhibetur, integrum cum toto Codice Vindobonenſi & Emendationibus Roſtgaardi, decerptis ex Codice Vaticano. Imo & contuli ipſum illud MS. quod Typographis inſerviebat, cum Flaciana Editio imprimeretur, quodque nunc Illuſtre orbis literarii Decus, Generoſiſſimus Dominus, *RAYMUNDUS de KRAFFT â Delmenſingen, Libera S. R. J. Civitatis Ulmenſis Conſularis meritiſſimus, Patronus meus Optimus Maximus*, nunc poſſidet. Licet autem non facilis ſim ad lapſus aliorum, inprimis Præceptorum ſub cenſuram revocandos, tamen Publici boni amore raptus, non potui, quin, uti B. Schilterum humani aliquid paſſum eſſe deprehendi, per notulas quasdam ſubjunctas medicinam afferre tentarem. Quod an feliciter ceſſerit, æquis rerum arbitris judicandum relinquo; ſimulque peto obſecroque, ne quis hunc conatum imputet carpendi vel (quod pejus eſt) injuriandi libidini.

Cæterum meliora ſine dubio ad poliendum Otfridum noſtrum afferri potuiſſent, ſi quæ B. *Dn. Dietericus* à STADE, Vir quondam in Antiquitatibus Germanicis verſatiſſimus, magna Eruditione, ac labore ſummo Otfridi illuſtrandi cauſa compoſuit, inſpicere licuiſſet, ſed hanc Corinthum adire mihi non contigit. Quid autem â Stadenio (cui res Germanica plurimum debet,) in hoc ſtudiorum genere, vel affectum, vel perfectum fuerit, diſcere licet ex *Memoria Stadeniana*, quam Dn. Jo. Henr. *â Seelen*, Rector Gymnaſii Lubecenſis meritiſſimus hoc demum anno edidit. vid. cap. IV. p. 138. qui etiam nos docet, V. Cl. Dav. Hofmannum, de Otfrido, Monacho Weiſſenburgenſi, quatuor Evangeliorum Interprete, egiſſe in eleganti Diſſertatione, Helmſtadii anno 1717. habita.

Vale, benevole Lector, & conatibus noſtris fave. Scribebam Argentinæ d. IV. Cal. Nov. 1725.

DEDI-

Digitized by Google

DEDICATIO

MATTHIÆ FLACII, ILLYRICI.

Nobili genere ac Virtute Viro D. Adolpho Hermanno Rideſel in Eiſenbach, Marſchalco Haſſiæ hæreditario, Domio & Patrono ſuo, optat M. Flacius Illyricus ſolidam ſinceræ Chriſti religionis cognitionem, Zelum, ac conſtantem Confeſſionem.

NObiliſſime & Clariſſime Vir, ac Patrone pluri- *Libri hujus commendatio.*
mum obſervande, Theſaurum hunc egregium antiquitatis (ut hoc præclariſſimum monumentum Beatus Rhenanus vocat) Theutonum gentis regione & hominum frequentia ampliſſimæ ob plures cauſas, magno labore tum repertum, tum etiam â quodam doctiſſimo & pientiſſimo viro deſcriptum jam diu in publicum evulgare, multos ſollicitando & orando, ſedulo conatus ſum, ac tandem *& tandē* etiam vix perfeci: quas cauſas hic non tam ideo enumerare libuit, ut facti mei rationem, tibi alioqui non ignotam redderem, quam ut tanto pluris hoc opus Germani aliique, facerent, majoresque etiam fructus inde perciperent. Prima ſane ea cauſa eſt, quam etiam ipſe Otfridus, hujus libri Auth- ſibi ſcribendi fuiſſe dicit: ut qui vel canendo vel legendo occupantur, aliis v- inutilibus, vel etiam noxiis cantilenis aut ſcriptis, inde ad ſalutarem tractatio-em, lectionem, cantionem, ac meditationem Scripturæ & Sacroſancti Evangeli Chriſti, quod hic Rhythmis vertitur, invidentur ac retrahantur: quam quidem eximium planeque divinam utilitatem, nunc etiam eccleſiaſticæ vulgaris linguæ cantilenæ, maxima ſpiritus energia, potiſſimum â Luthero compoſitæ, egregie præſtant. *cauſa I. Divina utilitas.*

Secunda eſt, quod cum omnes vetuſtas res, etiamſi ſint tantum lapides ſculpti, vetera ædificia, arma, picturæ, numismata, aliæve res, ob ſolam earum antiquitatem admiremur: quanto magis par eſt, cunctos hoc vetuſtiſſimum monumentum, ſacram inſuper doctrinam continens, magnificere. *II. Antiquitas.*

Digitized by Google

III. Exemplum lectionis in vernaculo. Tertia est, qiod cum nunc acriter controvertatur, an liceat sacras literas â mul-tituline, idque præsertim vulgaribus quarumvis gentium linguis legi: hic habemus illustrem quæstionis istius decisionem, quod olim tempore Christianissimorum Cæsarum, Caroli M. & Ludovici Pii, cum Episcopi essent adhuc literatiores, & Ecclesiæ religioque nonnihil magis florerent, quam postea, quando hoc opus compositum publicatumque est, non tantum fas piumque est habitum, vulgi manu sacras literas teri, sed etiam vulgaribus Rhythmis vulgo passim decantari & celebrari.

IV. Linguæ monumentum. Quarta causa est, quod cum omnes homines merito, ac secundum Dei mandatum suos parentes, & quosvis majores antecessoresque ac ipsorum etiam quasvis res, monimentave magnificiant: quanto æquius est omnes Germanos suorum majorum linguam monimentaque aut libros eam continentia magnificere? Eorum igitur studiis votisque gratificari voui: ut & in hac parte meam erga Germaniam voluntatem testatam facerem: præsertin autem gratitudinem, ob acceptam inde veram religionem doctrinamque; & diutinum hospitium, ac insuper ductam hinc uxorem, & genitos XVII. liberos, quorum IX. jam ad Dominum commigrarunt: præsertim vero, quia Deus voluit, me in hac gente, de sua hisce postrenis temporibus ex ingenti misericordia, instaurata veritate, contra multiplices corruptelas nebulasque, quæ ei offunduntur, contraque instaurationem veterum tenebrarum, testimonium publice dicere, quoquo demum modo Satan ejusque organa, vel etiam alii hominum filii de me blaterent: quorum oblatrationes, Deo & bona conscientia fretus, floccipendo.

V. Germanorum nobilitas & vetustas. Aristot. Linguæ Constantia. Quinta causa est, quod hinc cognoscitur hujus gentis nobilitas, vel potius ingens Dei erga illam beneficium. Aristoteles enim dicit: *Nobilitatem esse veterem hereditariamque virtutem, aut veteres divitias.* Hæc quoque sane non parva nobilitas, & simul ingens Dei beneficium est, quod jam ut minimum duobus millibus annorum hæc gens hasce sedes, & hanc linguam semper fermè florens ac regnans, certè nunquam diu serviens, retinuerit. Etsi enim pronunciatio & terminationes vocum non parum variaverint, sicut etiam in vicinis regionibus dialecti variant, tamen voces sunt pleræque omnes eædem: cum contra aliæ gentes aut sint ex diversissimis populis confusæ, aut ex aliis sedibus in alias subinde propulsæ, vel abactæ, aut etiam linguam prorsus mutaverint, & ex diversis conflarint, & denique diutissime alienum jugum passæ misere servierint. Quod autem eadem lingua verbaque maxima ex parte jam olim fuerint, quæ nunc quoque sunt in usu, testantur luculenter nomina propria hominum, qui olim ante Christum fuerunt, quorum etiam nunc Etymologiæ notæ sunt, & communi linguæ respondent. De qua tota re ac præsertim de Vetustate gentis & linguæ Germanicæ, vide Aventinum libro primo suorum Annalium. *Aventin.* Admoneantur igitur hoc ipso suo vetere monumento nobiles, & quasi αὐτόχθονες Alemanni, non solum de hoc ipso immenso Dei beneficio: cui nunc etiam illud longe majus accessit, quod filius Dei in hac gente, & per ejus gentis homines, in hisce horrendis tenebris primum veram religionem instauravit: sed cum etiam videant, vicinas olimque nobiles ac florentes nationes, Græcam, Illyricam, Pannonicam, Belgicam, Livonicam, alasque horribiliter, partim in miserandam servitutem redigi, partim etiam plane aboleri; evigilent tandem statuantque, se quoque mensuram peccatorum suorum egregiè impleviſſe & etiamnum multiplicibus malefactis sibi iram in die iræ cumulare. Non profecto tantum in bonum, tam citatemque hominibus instauratur prædicatio divini verbi, & ista evidens Dei visitatio: sed mortis est etiam eritque odor mortis: & plerumque sane ea tunc demum â Deo ordinantur, cum jam securis iræ divinæ ad radicem arboris posita est. Christus petra scandali, conterensque adversarios insanientes, *Psalm.* 2. & 110. nunc accedente fine mundi, de cœlesti monte deorsum ruens, sicut jamdudum caput, pectus, ventremque & fœmora & tibias mystici gigantis Danielis contrivit, Antiochumque istum patefecit, & fregit prostravitque; ita etiam tandem reliquum pedum digitorumque, exultante interim illo blasphemo cornu bestiæ, conteret, donec tandem omnia adversa pedibus suis subjiciat. Agnoscant ergo Germani tempus istius admirabilis visitationis, contemplantes etiam proximarum gentium, Gallicæ, Brabanticæ, Danicæ ac Suecicæ tristissimas iræ divinæ acerbissimasque flagellationes, diligenter secum illam historicam Christi regulam meditantes: *Nolite putare, quod illi sint peccatores præ vobis. sed nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.*

Sexta

Digitized by Google

Sexta causa est, quod cum hæc lingua multas habeat propagines, aut certe plurimas voces aliis linguis communicarit, ut Italicæ, Gallicæ, Hispanicæ, Anglicæ, Poloniсæ, Bohemicæ & aliis, quæ nunc vel sono ipso, vel etiam illa veteri notione minus notæ sunt, cognita non nihil hac vetustiore forma istius sermonis, tanto clarius illis ipsis peregrinis gentibus illarum vocum origines simul, & significationes innotescent. Narrat Julius Cæsar, sacerdotes Gallorum (qui, ut Aventinus probat, olim etiam Germanicè sunt locuti) vocatos esse *Druidas*, cujus vocis Etymologiam liquido hic liber indicat, cum totis *Trutin* * vocat Deum: ut Druidæ idem sint, quod divini viri, aut Dei ministri. Trutin autem ideo putant aliqui Deum dici, quod sit fidelis, verax ac constans, sicut etiamnum ista locutio celebratur: der treue GOtt, & Paulus inquit: *Fidelis Deus.* Nomen *Marsalck* facile ex hoc libro intelliges significare, ministrum equorum aut rei equestris, cum hinc animadvertes *Salch* significare ministrum aut famulum, nempe ministrum principis, qui rem equestrem, equitesque & aulam curet aut regat. Omnino plurimum hujus libri sermonisque cognitio proderit ad cognoscendas Etymologias & origines vocum Germanicarum, & plane ad plenius cognoscendam hanc linguam. Nam & propagines variarum vocum ex illis primis thematibus, aut (ut Hebræi Grammatici loquuntur) radicibus deducuntur: & ex illo veteri vocum usu præsens istarum vocum significatio ususque & abusus plenius cognosci potest, plane non dubitanter possis statuere ac dicere, quod sine hoc quasi Etymologico linguæ hujus, nemo eam plene perfecteque cognoscere possit.

VI. Usus in aliis linguis inde ortis.

Druidæ.

Marscalk

Septima, navavit bonam operam Avenarius in suo Hebræo Lexico, monstrans tres istas primarias & originarias linguas, Græcam, Latinam, & Germanicam habere suas originales voces ex Hebræa. Idem de Illyrica aut de Slavonica aut Vandalica monstrari haud difficulter posset, quæ itidem latissime per Europam, â mari Adriatico, usque ad Balthicum, aut etiam Hyperboreum Oceanum & Euxinum extenditur. Porro ejusdem Hebrææ Linguæ propagines esse Chaldæam, Arabicam, Punicam & Turcicam, etiam facilius esset monstrare, quod illæ multo magis ad matrem accedant. Istud vero ipsum de Origine hujus Linguæ ex Hebræa, multo etiam magis ex hac vetustiori forma, aut dialecto Germanici sermonis demonstrari posset, cujus primaria themata propius ad illam sono & sensu accedunt. Vox *Kerle* olim significavit hominem, sicut & adhuc in Suecia & in Saxonia: quam vocem si ad Hebræam Linguam referas, præclarissimam profecto Etymologiam habet: notat enim invocatorem & Cultorem Dei, quod idem est, ac si dicas, hominem esse filium & imaginem Dei, quæ vera primariaque hominis ratio, natura ac forma est.

VII. Origo linguæ ex Hebræa.

Kerl.

Monstrata vero sic vetustate Hebrææ Linguæ & Gentis (quod etiam Hebræa nomina Græcarum literarum testantur) ultro inde consequeretur non tantum veritas istius sacræ Historiæ, de linguarum dissipatione deque omnium gentium origine, â Noacho & filiis Hebraice loquentibus, sed etiam Historiæ illius totius, ac insuper Religionis vetustas simul & veritas. Utinam autem aliquis ocioſior doctiorque ac diligentior hanc sibi operam desumat, aut accuratius pleniusque ostendat, omnium linguarum originem & præsertim originalia themata ab Hebræa exorta esse. Incœperam ego quidem ipse istud opus tentare jam ante annos 23. sed postea gravioribus rebus, curis ac laboribus retinendi cœlestis depositi impeditus, illud omisi Ad quod argumentum faceret etiam, quod pleræque gentilium tandem corruptæ fabulosæque historiæ, sicut & ritus sacrorum corrupti & etiamnum circumcisio Mahometanis usitata monstrari possunt, habere suam originem ex veris sacrarum literarum monumentis, historiisque Hebræorum.

Octava causa hujus editionis est, quod aliqua indicia purioris religionis (quantumvis jam tum valde incœperit declinare) hinc haberi possunt: Cujusmodi est, quod dixi, omnibus tunc licuisse *vulgari lingua* sacras literas lectitare & cantillare, deque iis cum aliis loqui & conferre. Præterea, quod fuerit tunc adhuc magnum studium cognoscendi verum Deum, ejusque voluntatem ex ipsismet literarum fontibus, seu ex scrutatione sacrarum literarum, non ex *hominum traditionibus* & putribus lacunis, quibus frustra Deus agnoscitur & colitur. Ipsum profecto solum nomen GRATIÆ ** hisce libris pro titulo im-

VIII. Veritas Religionis.

* Thrutin, Druchtin, DEUS, Dominus: diversa vox â *Drut*, fidelis. vid. Gloſſar. noſtrum.

** Sed vide Petri Lambec. Lib. 2. Biblioth. Cæsar. c. v. p. 417.

Digitized by Google

lo impoſitum, ſatis liquido teſtatur, Chriſticolas adhuc tum temporis ſacroſancta Evangelia, quæ in hoc opere verſu convertuntur, pro lætis quibusdam nunciis gratiæ ac favoris Dei per Chriſtum parti habuiſſe, non pro ſevera legum ac mandatorum exactione, minarumque, iræ ac pœnarum Dei denunciatione: ut poſtea plerique perperam de Evangelio, tanquam nova, exactioreque quadam lege ſenſerunt & diſſeruerunt, Chriſtumque pro mero Legislatore, & auſteriore Moyſe, quam ille prior fuerit, habuerunt.

Quin etiam ipſe Author ſcopum hunc omnium Evangeliſtarum titulumquè & fidem ſuam pientiſſimis verſibus, aſſerentibus gratuitam juſtificationem contingentem ſine noſtris meritis, expoſuit. Id enim ipſum in Præfatione inter alia de hoc ſummo ſalutis noſtræ Dogmate canit, ut mox in ſequente Epiſtola ejus verſus adſcribemus. Illud quoque in hac parte non negligendum eſt, quod hoc opus tantum ſuo Archiepiſcopo examinandum & probandum commendat, non id pontificis beatorum * pedibus & Romanæ Eccleſiæ ſubjicit, ſicut poſtea fieri neceſſe fuit, & etiam nunc (proh pudor) adulatorie paraſiticeque à plerisque factitatur: & in ſuper pro fidei articulo habetur doceturque. Tanta erat adhuc tunc libertas Eccleſiarum & Paſtorum, quam poſtea contraria extrema prorſus tyrannis eſt conſecuta.

Nec illud profecto etiam leve indicium veſtigiumque purioris doctrinæ eſt, quod tunc ſacerdotes aliique Doctores judicaverunt, utile eſſe, omnia ſacra myſteria omnibus Chriſtianis eſſe notiſſima, ſicut & olim ſancti Apoſtoli docuerunt, eoque vulgari ac plane intelligibili ſermone multitudini ſacra ſcripta propoſuerunt. At poſtea perinde ſibi ſolis clavem ſcientiæ rapientes ſpirituales iſti (uti ſe vocant) omnia ſacra myſteria occultarunt, ſicut Cicero ſcribit, veteres Romanorum ſacrificos & legulejos in occultatione faſtorum factitaſſe. Quo ſcilicet vulgus hominum omnium illorum myſteriorum ignarum & ſemibrutum ipſis tanto magis obnoxium foret, ſibique quidlibet, vulgo ob imperitiam non reclamante, liceret.

IX. Regnum Chriſti. Nona cauſa eſt, ut hinc appareat, Chriſtum ſemper ad dextram Patris glorioſe regnare, & ſubinde in omnibus gentibus mittere ac largiri dona hominibus, excitando ſuos miniſtros, qui ſacras literas illuſtrent, & per eas homines ad ardens pietatis cultusque divini ſtudium excitent inflammentque: atque ita tum hominum ſalutem, tum & gloriam Dei amplificent & inſigniter promoveant.

X. Praxis Pietatis. Decima cauſa eſt, ut & inſtruantur lectores hujus libri doctrina, & inſuper exemplo ipſo pii ſtudii illuſtrandi ſacras literas, & promovendi veram pietatem omnes excitentur, ad parem diligentiam ardoremque rerum ſacrarum ſuæque propriæ ſalutis, & gloriæ Dei, nec degenerent in Epicuream profanitatem, quo nunc ſub finem mundi plerique mortales, proh dolor! maximo impetu degenerant, ruuntque ac currunt. Pulchrum enim ſane eſt, veteres, præſertimque majores ſuos, imitari in re bona, & non in pravis ſtudiis: quo fine jam ante annos 300. Leopoldus de Bebenburg ſcripſit utillem libellum, de zelo ſtudioque pietatis veterum Germanorum.

XI. Libri conſervatio. Poſtrema cauſa eſt, ut ipſe etiam liber extet, hiſtoriaque facti, aut dudum evulgati hujus libri habeatur: atque adeo ut cognoſcatur, jamdudum antea ſæpius ſacras literas in vulgarem Germanorum ſermonem converſas fuiſſe. Nam primum Ulphilas Epiſcopus Gothorum (qui itidem Germani fuerunt) mox poſt Nicenum Concilium, circa annum Domini 370. teſte Theodoreto & Sozomeno convertit ſacrum codicem in Gothicam Linguam, ejusque divini inſtrumenti ope gentem eam, maximo ſub periculo, ad fidem Chriſtianam convertit, quod quidem factum eſt ante D. Hieronymi popularis mei tempora. Hunc vero ajunt etiam in Illyricam aut Sclavonicam linguam, idem ſacroſanctum volumen convertiſſe. Unde forte eſt Moſcouitica verſio ejusdem linguæ, cujus vetuſta exemplaria etiamnum reperiuntur, & aliqua ejus fragmenta, ſicut & Servianæ (cujus gentis idem ſermo eſt) ipſemet in Bibliotheca D. Antonii Venetiis conſpexi. Unde quoque eſt, quod ea tota gens, & Serviana & Moſcovitica, vulgari lingua in ſacris religioneque utitur. *Æneas Sylvius.* De qua re narrat Æneas Sylvius, aut Pius II. olim in quadam Romana Synodo acriter

* beatis.

Digitized by Google

ter disputatum esse, an id sit in ea parte Illyriæ ferendum, ubi Pontifex imperitavit, & tandem esse auditam cœlitus vocem: *Omnis lingua laudat Dominum.* Verum de hac quæstione dogmateque Spiritus Sanctus jam olim 1. *Cor.* 14. disertissime pronunciavit, & multi hactenus luculenter in eo veram sententiam demonstrarunt.

Postea quoque tempore Caroli Magni tres docti viri, *Strabo*, *Rabanus*, & *Haimo* idem sacrum volumen in vulgarem linguam convertisse leguntur: quorum tamen opus tam cito interiisse, valde sane dolendum est. Sed nimirum hoc quoque fraude Satanæ & hypocritarum factum est, qui salutarem verbi Dei lucem pusillis Christi fulgere ferre nequeunt. Sane ipsummet Carolum Magnum patriæ linguæ, quæ fuit Germanica, illustrandæ studiosum fuisse, notissimum est, adeo ut & Grammaticam de ea conscripsisse referatur. Matthæus Paris, Anglicus Historicus, qui longe ante hæc tempora vixit, narrat: Germanos jam olim ante Christi tempora scriptis præsertim rhythmicis, suas historias conscribere fuisse solitos, & quosdam ejusmodi libros nominatim indicat. Idem etiam refert, probatque Joannes Magnus in suo opere. Atque hæc priorum versionum Scripturæ veterumque morum gentis Germanicæ in consignandis suis monumentis, studiaque sacrarum literarum, historia digna est, quæ sciatur, tam ut Dei gloria eluceat, qui in omnibus gentibus præclara ingenia excitat, tum etiam, ut posteri ad majorum suorum virtutem industriamque imitandam exuscitentur.

Matth. Paris.

Jo. Magnus.

Hæ aliæque complures causæ, & præsertim publicæ utilitates, tum ad Dei gloriam ac hominum salutem, tum etiam ad gloriam gentis Alemanicæ, ac denique etiam ad commoda ejusdem, & præsertim Ecclesiæ Dei spectantes, me impulerunt, ut (sicut & prius dixi) jam longo tempore sim conatus, seduloque laboraverim in promovenda impressione hujus operis. Quo quidem me etiam non parum impulit doctissimi viri, beati Rhenani Seletstadiensis gravissimum testimonium & præconium hujus ipsius operis, cujus verba paulo post adscribemus.

Plurimum sane hanc editionem adjuvit eruditione & pietate clarissimus vir D. D. Achilles Gassarus, tum describendo, tum & Lexicon veterum hujus sermonis vocum conficiendo, quo publicæ utilitati & suo ardenti erga patriam & veram Ecclesiam studio satisfaceret: cui ab omnibus ingenuis Germanis Christique fidis Cultoribus gratiæ debentur & habebuntur.

Achilles Gassarus.

Tibi vero, Vir Genere ac Virtute clarissime, hoc Opus dedicare ob plures causas volui, præsertim autem quod & ursisti hanc editionem, & tuam liberalitatem ad eam promovendam promisisti: & denique, quod spero complures Germanica nobilitate atque adeo etiam ex superioribus ordinibus, & præsertim literatis hominibus, ob tuum nomen Librum hunc studiose complexuros esse, & linguam etiam hanc porro illustraturos.

Quod si hoc opus eo studio favoreque excipietur â suis Germanis, quo certe par est, forte aliquando etiam illud alterum majusque volumen edetur, mihi â Te communicatum, in quo Veteris Testamenti Historiæ itidem rythmis ante annos 300. conscriptæ sunt. Sane indigni fuerint, qui de nomine, Genteque Germana glorientur ac nominentur, qui non dignabuntur hoc sacrosanctum vetustatis suæ monumentum habere & cognoscere, suamque maternam linguam & avitum sermonem degustare: præsertim cum ad eum conatum tanta hic præsidia habeant, tum vocum cum præcedentibus congruentiam, tum præfationis versionem, tum Dictionarium adjunctum, tum denique etiam Latinum Evangeliorum textum ad singula loca annotatum, ex cujus collatione facile sensus rhythmorum deprehendi ubique possit. Juvat nos, laudique etiam datur, cognovisse, aut saltem degustasse peregrinas aliquas linguas, unde nullum unquam fructum sis percepturus: quanto vero honestius præclariusque fuerit suorum majorum sermonem exactius cognoscere. Quapropter Tu & hoc Opus, Dedicationemque ejus benigne excipito, & literarum, præsertimque sacrarum, non tantum studiosus, sed & Fautor Promotorque esse pergito: idque omnino agito, ut non postremo loco regnum cœlorum quæras, sicut plerique homines solent, (tametsi & in hoc injuriam eis facio. Plurimi enim nullo prorsus loco & nunquam regnum cœlorum quærunt aut curant) sed primo plane loco illud, juxta mandatum unici nostri Servatoris ambias & secteris.

V. T. rhythmice MS.

Et

Digitized by Google

DEDICAT. MATTHIÆ FLACII, ILLYRICI.

Et quoniam pro tua Dignitate, Prudentia, Virtute & aliis eximiis donis ſæpe ad ſummos Germaniæ proceres aditum habes, id omni ſtudio conatuque apud eos agito, monendo & urgendo, ut *præſentes controverſiæ religionis* non violento furore opprimantur, ſed potius legitima cognitione dirimantur. Sed bone Deus, quantus eſt Satanæ furor, quantaque in genus humanum potentia, quod cum etiam in minimis litibus, ubi de paucis aliquot nummis rebusque vilibus contenditur, omnes putant placide quieteque ac legitime progrediendum eſſe, uti auditis recta ratione partibus, probeque omnibus ad cognitionem facientibus perveſtigatis ac examinatis, tandem ſervato omni juris proceſſu pronuncietur, executioque debita ratione fiat. At in religionis controverſiis contra nunc plerique temere ac non lectis cognitisque utriusque partis ſcriptis, dictis ac teſtimoniis, judicant, pronunciant, clamant ac vociferantur, horrendis convitiis infamationibusque confeſſores veritatis proſcindunt, & denique qui poſſunt, etiam violentiam adhibent. Olim in omnibus difficultatibus controverſiisque religionis & hæreſibus ſecundum Chriſti ordinationem præceptumque ſoliti ſunt ſacerdotes & epiſcopi, promoventibus id principibus & regibus convenire, ibique ex verbo Dei recta ratione conferre ac diſputare & verum â falſo ſecundum ſcripturam diſtinguere. At nunc, proh dolor! contraria potius omnia fiunt. Quæ cum & triſtia horrendaque ſint, & ab omnibus cernantur, commemorare non eſt neceſſe, atque adeo etiam ob eorum fœditatem cruciatumque animi cordique mei inde orientem longe acerbiſſimum non libet.

Tu vero, Vir Præſtantiſſime, qui ſcias Te nomen Chriſto ad iſtam ipſam ſacroſanctam militiam dediſſe, perge in ea ſtrenue, nec moveare Epicureis ſermonibus Nimbrodicorum iſtorum venatorum, qui tantum gentiles Deos, Bacchum, Venerem, Martem, Plutum & Deliam Mercuriumque colunt, tantumque ſua ſtudia moresque magni faciunt, & Chriſtum cum ſuo cœleſti regno contemnunt, & ab eo viciſſim contemnuntur: ſciens Te ampliſſimam remunerationem ab illo ſummo, victorioſiſſimoque Duce, cum in extremo judicio ultimum illum ſuum cœleſtemque triumphum de omnibus hoſtibus ſibi pleniſſime ſubjectis, nempe de Satana, peccato, morte & toto mundo, aget, recepturum eſſe.

Dominus JESUS Eccleſiam ſuam religionemque, & omnes ſuos fideles potenter ſuo S. Spiritu regat & conſervet, contra omnes Satanæ & impiorum nequiſſimas machinationes ignitaque tela tueatur, ob miſericordiam & veritatem ſuam, Amen. Vale in Chriſto unico mundi Servatore, ſemper feliciſſime: Argentinæ, anno Adventus Meſſiæ unici Servatoris totius mundi 1571. Calendis Septembribus.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO GERMANICA
MATTHIÆ FLACII, ILLYRICI.

Dem Geſtrengen und Ehrenveſten Herrn Adolph Herrmann Riedeſel in Eiſenbach Erb-Marſchalk in Heſſen meinem günſtigen Herren und Patron wünſche ich Matthias Flacius Illyricus vollkommene Erkandtnus der reinen Religion und Lehre Chriſti ernſten Eyffer ſampt beſtändiger Bekandtnus.



Dominus accumulet ipſi Bonum,
atque exhilaret ipſi jugiter animum.
Accumulet ipſi gratiam,
atque omnia tempora bona. (felicia)

Er Is

1) Flacius reddit: *Uber Franckenland gizalt.* Unde patet lacunam eſſe in textu & excidiſſe verbum *gizalt* vel *gizal*, ut infra I, 1, 197. quod claritudinem, celebritatem, & deprædicationem ſignificat, à *Zelen*, prædicare, dicere. *Schilter.* Dubito an *gizalt* hic ſit inſerendum, cum in Cod. MS. Vind. non occurrat, nec ad rem facit, quod Flacius in Verſione hanc vocem habeat; ipſe enim eam addidit ὁμοιοτελεύτου cauſâ. Sane in MSt. ex quo editio Flaciana fuit impreſſa, hoc vocabulum non extat. Cæterum hic nota, quod integræ hujus Dedicationis Verſionem Latinam ediderit Stadenius in Specimine Lectionum Antiquarum Francicarum p. 1. ſqq. *Scherz.*

2) Flacius: *Das regieren ſo ich dir erzelle*
Das ſint ſein gevalt alle.
rectius: *Das regiert was ich dir ſage*
Dieſe ſeine gevalt alles. Schilter.
Optime Stadenius reddit: *Hanc regit, ut tibi refero, hæc ejus poteſtas omnis.* Scherz.

3) Flacius legit: *Thur muat*, & reddit: *mit mut.* ſed MSt. Vind. ſi recte attendas, habet, *thaz muat.* Unde textus emendandus.

4) *Gimuato*, non eſt *gemüthe*; & *hohemo* non ſignificat *hohem*, ut reddit Flacius; ſed *Höhe ihm genade*; apprecatur Regi diuinæ gratiæ augmenta.

5) Flac. legit: *rihi*, & reddit: *Ja alle reiche güte.* Sed Cod. MS. Vind. Cæſar. *Ziti* habet; ſcilicet bona tempora, eorumque felicitatem exoptat Regi ut ℣. 65.

Er allo ſtunta freuue ſih,
thes [6] thigge io mannogili H.
Oba ih thaz iruuellu
the ih ſinaz lob zellu,
Zi thiu due ſtunta mino,
theih ſcribe dati ſin O.
Vbar mino mahti
ſo iſt al thaz gidrahti.
Hoh ſint, ſo ih thir zellu,
thiu ſinu [7] thinckan ell V.
VVanta er iſt edil Francko,
uuiſero githanko,
Vuiſera [8] redinu,
thaz duit er al mit ebin V.
In ſines ſelbes bruſti
iſt [9] herza filu feſti,
[10] Managfalto guati;
bithiu is ſinen er gimuat I.
Cleinero [11] githanko,
ſo iſt ther ſelbo Franko.
So iſt ther ſelbo edelin C.
ther heizit [12] auur Ludouuic.
Offto in noti er uuas in uuar,
thaz [13] biuuankota er [14] ſar,
Mit Gotes ſcirmu ſcioro,
[15] joh harto filu zior O.

Is omnibus horis gaudeat,
hoc voveat unusquisque.
Etſi ego hoc proponerem,
ut ipſius laudes recenſerem,
Ad hoc collocarem horas meas,
ut ſcriberem facta ejus.
Supra meas vires
utique eſſet omne hoc intentum.
Grandia ſunt, quæ ego tibi narro,
ejus facta omnia.
Namque ipſe eſt nobilis Francus,
ſapientum cogitationum,
Sapientum ſermonum,
Idque facit is omne cum æquanimitate.
In ſuo ipſo pectore
eſt cor multum ſtrenuum,
Multiplex benignitas;
ideoque eſt ſuis gratioſus.
Subtilium cogitationum,
ſic eſt ille ipſe Francus.
Sic eſt ille ipſe Nobilis,
qui appellatur rurſus Ludovicus.
Sæpe in neceſſitatibus is fuit revera,
eas ſuperavit illico,
Per DEI protectionem certe, (commode)
& maximo cum decore.

Oba

Quodſi

6) Flacius: *das bedingen ich ja menigklich*, ſine ſenſu. Vitioſa eſt lectio. MS. Cæſar. ſeu Vind. habet *thigge*; id non ſignificat *thingen*, bedingen, paciſci; ſed *vovere*, *optare*, *petere*, ut infra l. 4, 25. vid. Gloſſar. Freherus: *Thes thigge jo mannogilib.*

7) C. Vind. habet *thinck*ſ ellu.

8) Flacius legit: *Wiſer an endinu*, & reddit: *Weiſer obn ende.* Sed Cod. MS. Vind. *wiſera redinu.*

9) Flac. legit: *Iſt herro filu feſti*; ſed Cod. Vind. *iſt Herza.*

10) Flacius in interpretamento inſerit *bey*; *bey manigfalter güte.* Sine cauſa & fundamento. Dependet à priori verſu. Perperam autem diuiſa ab eo eſt particula *Bithiu*, & in interpretatione translocata ex parte; ſequitur enim in eadem: *Iſt ſein ehr gemute.* Imo Textus eſt: *Bithiu iſt ſinen er gimuati, idcirco eſt ſuis ille benignus*; quia ſcilicet anteceſſit: *Multiplex Benignitas & Clementia reſidet in corde ejus.*

11) *Cleinero*, omittit interpretamentum Flacius. Denotatur hic ſubtilitas. vide Gloſſar. Freherus: *Von ſubtilen ſcharffſinnigen, hohen gedancken.*

12) Alter Ludovicus poſt Ludovicum Pium, & II. Imperatores.

13) *Biuuankota* Flacius videtur accepiſſe, quaſi eſſent duo Vocabula. Unum interpretatur *bewand*, & alterum omittit ductâ Virgulâ. Vid. Gloſſar. voc. *Wank.*

14) *Sar*, recte, etſi apud Lambecium legatur *far*; videtur eſſe mendum Typographi.

15) Flacius: *ja hart vil ziere.* rectius: *mit* (repetendum ex priori verſu) *ſehr groſſer* (vieler) *Zierde.* Schilter. *Zioro* hic non eſt ſubſtantivum, ſed adverbium, uti & præcedens *ſcioro*; unde recte vertit Stadenius: *præclare atque valde decore.* Hickeſius in Theſauro Lingu. Sept. in Gramm. Francico-Theot. p. 106. hujus verſus verſionem à Schiltero factam mutat hoc modo:

per audaciam maxime decoram (laudabilem) male: *harto* nunquam denotat audaciam. *Scherz.*

16) Fla-

Oba [16] iz uuard io uuanne
in not zi fehtanne,
So uuas er io thero redino
mit Gottes kreftin obor
Riat [17] Gott imo offto in nötin
in ſuaren arabeitin.
Gigiang er in zala [18] uuergin thar
druhtin halff imo ſa
In notlichen uuerkon;
thes ſcal er Gotte thanckon
Thez thancke ouh ſin [19] gidigini
jo unſus [20] mahu nidir
Er uns [21] ginadon ſine uualt
thaz ſulichan Kuning uns [22] ghidalt.
Then ſpar er nu zi libe
uns allen io zi liab
Nu niazen wir dio guati,
joh fridoſamo ziti,
Sines ſelbes uuerkon;
thes ſcullun Gotte tanko
Thes mannilich nu gerno
ginada ſina fergo.

Von

Quodſi fiebat aliquando,
in anguſtiis ut dimicaretur,
Tamen erat is ea in cauſa
per DEI potentiam ſuperior.
Conſuluit ipſi DEus ſæpe in neceſſitatibus,
in gravibus laboribus.
(Si) verſabatur is in periculis forte;
DOMINVS juvabat ipſum illico
In anguſtis rebus;
propterea debet DEO gratias agere.
De hoc etiam gratias agat ejus comitatus,
atque noſtri fratres humiles.
Qui (DEVS) nobis gratioſe ſervet ipſius potentiam,
ut talem regem nobis ſalvum ſervet.
Hunc conſervet in Vita
nobis omnibus ad favorem.
Nunc fruimur his bonis
& pacatis temporibus;
Ejus ipſius factis. (operibus)
de hoc debemus DEO gratias agere.
Quod quilibet nunc lubenter
gratias ejus ambiat.

A DEO

16) Flacius: *Ob es ward ja etwen die not zu fechten, So was er ja der redlichheite mit Gotes krafft obere bereite.* Sed *Redino* denotat rationem, orationem & cauſam. Vide Gloſſar.

17) *Riat*, Riedt, Flacius, h. e. conſulebat; *rathen*, conſulere. Kero: *Kirati*, conſilium. Præterea & Auxilium reale & operam ipſam ductumque aliquem notat, aggreſſionemve & incidentiam; à quo noſtrum *gerathen in etwas*, er gerieth in das oder jenes. Sed ſenſus hic eſt: GOtt hat ihn berathen, geholffen in not. vide ℣. 85. h.

18) *In zala wergin.* Flacius in zal. ——— *zala* eſt periculum Keroni; *wergin* eſſent opera, facta. Sed rectius videtur legendum *uuegin*, unec, ueg, via. Mox enim ſequitur: uuerckon. Neutrum verum. Freherus: *Wergin*, irgend. Schilt. conſentit Frehero Stadenius, qui *uuergin* reddit per *alicubi*. Scherz.

19) *Gidigini.* Flacius: *des dancke auch ſein güte.* Omnino fallitur. *Gidigini* vel *Gitbigini* denotat famulitium, Satellitium & Comitatum. Vide Gloſſar. Et idem Freherus obſeruauit.

20) *Joh unſus mah uuidir*, ita legit Flacius, ſed mendoſe id fieri oſtendit vel Litera ultima Acroſticha, quæ hic eſt J, non R. Jgitur una vox eſt reſcribenda *Mahuuidii*. Sed quæ iſta & an genuina? haud dixerim ſine ope MS. Vindobonenſis. Ne tamen nihil conjiciamus, an legi poſſit interim? *Unſus mage wihidi.* i. e. noſtri ſocii (fratres) conſecrati. Uno verbo: Clerici. Nam & Eccleſiaſticos & Seculares &c. Ordines Regni ad Publicam Lætitiam Otfridus incitat. ſed MS. Vind. legit: *Unſus mahu nidiri. Schilt.* Stadenius recte videtur verſum 51. & 52. ita vertere:

Propterea gratias agant & ejus miniſtri
Atque noſtri æqualium humilitas.

Mah, denotat ſocium, conjunctum, æqualem. Gloſſ. Boxh. *Gimahida*, Contubernium. *Kimahhida*, Copula, *Kimahhidon*, Connubia. Kero: ſi *kimahchot*, conjungatur. *Gimachon*, *Gimachun*, Conjuges, apud Otfrid. & Tatianum. Hickeſius in Theſ. Linguar Septentr. in Gramm. Francico-Theotiſcâ p. 106. arbitratur rectius legendum: *Unſere* vel *Unſe mahe.* Scherz.

21) Flacius: *Er uns genedig ſein wolt.* ſed *walt* eſt Imperium, poteſtas. *Sine* non *ſin eſſe*, ſed *ſua. Schilt.* In MSC. Vind. eſt: *ſin enriat*; ubi *en* ſeparandum à *riat*, & conjungendum *cum ſin*, ut mens ſit: *Ille* (DEus) *gratiâ ſuâ nobis conſuluit:* ceu recte beneque vertit Stadenius. *Scherz.*

22) Flacius: *das er ſolchen König uns erthailt.* dedit. ſed ſenſus non cohæret: eſt enim votum & de futuro, non de præterito, ſermo, ſed *ghidalt* vitioſe ſcriptum eſt pro *gihalti*, h. e. ſeruet, *erhalte*, ut infra I, 1, 80. *Schilt.* In MSC. Vind. eſt *gibalt*, quod non incommode exponi poteſt per *ſervavit.* Scherz.

Digitized by Google

Von Gott er muazi haben munt
joh uueſan lange giſun
Allo citi guato
ſo leb er io gimuato,
Ioh bimide [23] io zala
thero fianto [24] fal
Lango, [25] liobo druhtin min,
laz imo thie daga ſin.
Suaz imo ſin lib al,
ſo [26] manger emo ſca
In imo irhugg ih thrato
davides ſelber dato;
Er ſelb thulta ouh in noti,
io manago arabeit
Vuant er uuolta man ſin,
[27] thaz uuard ſid filu ſcin,
[28] Thegan ſin in uuaru,
in [29] manigeru zal
Manag leid er tulta
[30] umm thaz to Got gihanta
Ubaruuuant er ſid ſar fram
ſo Gottes thegane giza
Riat [31] imo io gimuato
ſelbo druhtin guato,
Thaz ſagen ih thir in ala uuar;
ſelbo maht iz leſan [32] tha
Eigun uuir thia guati,
gilicha [33] thegan rihti;
In theſſes [34] ſelben muate
zi managemo guat

T. 65.
A.
70.
L;
I. 75.
V. 80.
M;
85.
R.
90.
E.

A DEO is obtineat protectionem
& ſit diu incolumis.
Omnibus temporibus bonis (felix) ſemper Auguſtus
vivat hic gratioſus;
Et evitet pericula
inimicorum inſidias.
Longam vitam, Domine mi,
fac ei dies ſuos.
Edulca ipſi ſuam vitam omnem,
quam varia (ea) debeat (eſſe);
In ipſo recordor valde
Davidis ipſius factorum;
Ipſe quoque toleravit in neceſſitatibus
& variis laboribus.
Namque volebat Virum ſe præſtare;
hoc fiebat mox in magnum exemplum,
Militi ſuo revera,
in magnis periculis.
Multiplicem mœrorem toleravit,
eo quod DEVS permiſerat;
Superavit tamen poſtea admodum longe,
ſicut DEI miniſtrum decebat;
Conſuluit ipſi benigne
ipſe Dominus bonus,
Hoc dico tibi revera;
ipſe poteris id legere ibi.
Habemus & nos hanc gratiam,
ſimilem Heroëm rectum;
In illius animoſitate
ad varii generis bonum.

Gi- Certe

23) Flacius: *Ja vermeide die zale*
der feinden fale.
zala eſt periculum. *Schilt.*
24) Cod. Vindob. pro *fala* habet *far*, quod idem fere denotat.
25) Poſt *lango* ponendum eſt comma, non poſt *liobo*; ut itaque ℣. 69. & 70. vertendi ſint:
Diu, chare domine mi,
ſine ipſi dies (vitam) *eſſe.*
Liobo, non denotat *vitam*, ſed *dilectum.* lieber hodie dicimus. *Scherz.*
26) Pro *mangeremo* Cod. Cæſ. habet: *man guetemo*, ut mens ſit, *ut bono fieri debet.*
27) Rectius: *Hoc poſtea ſæpe manifeſtum fiebat.* Scherz.
28) Stadenius ita transfert: *Miniſter eſſe verus in magnis periculis.*
29) Cod. Vind. *manegeru*; res eodem redit.
30) Lege ex Cod. Vind. *Unz thas tho Got gihangta.* donec DEus &c.
31) Flac. *Riedt im gemüte*
Selber Got der gute
vide ſupr. n. 4. & ℣. 105.
32) In Hiſtoriâ ſacrâ de Dauide.
33) Pro *thegan rihti*, eſt in Cod. Vind. *theganheiti* quæ vox etiam occurrit infra I, 3, 35. ubi de Dauide dicitur:
Er quam mit theganheiti
zi ſulichem guati.
Perveniebat virtute
ad talem Præſtantiam ſ. dignitatem.
Verte itaque verba: *gilicha theganheiti*, ſimilem virtutem. *Scherz.*
34) *In theſes ſelbun muate*, mallem reddere cum Stadenio: In hujus ipſius (Ludovici Regis) animo. *Scherz.*
35) Sam-

Digitized by Google

Giuuiſſo thaz ni hiluh thih
thultate er [35] ſammolih
Arabeito ginua
mit tulti [36] iamer ouh firdruag.
Niliaz er imo thuruh thaz
in themo muate then haz
Er mit thulti, ſo er biga
al thie fiantha uberuuan;
Oba es iaman bigan,
thaz [37] er uuidar imo uuan,
Scirmta imo io [38] gilich
druhtin lioblicho
Riat [39] im io in notin,
[40] ſuarin arabeitin;
[41] Gilitha imo ellu ſinu Ja
thiu nan thuhtun filu ſuar.
Vnz er nan [42] gilereta,
ſin rih imo gibreita.
Bithiu [43] mag er ſo ena lit
thera Davides ſlachon;
Mit ſo [44] ſammeliche.
ſo quam er ouh zi riche.

Certe non celabo te
toleravit ille ſimiliter
Laborum ſatis
cum patientia ſemper quoque pertulit.
Nec ſinebat ſibi propterea
in mente odium,
Ipſe patientia, quoties aggreſſus
omnes hoſtes vincebat;
Etſi quis auſus
ut contra Ipſum ſentiret,
Protexit tamen eum ſtatim
Dominus amicabiliter (gratioſe)
Auxiliatus ipſi in neceſſitatibus,
gravibus laboribus;
Traduxit ipſi omnes ſuos annos,
qui ipſi videbantur multum graves.
Usque dum ipſum docuerat,
ejus regnum ipſi ampliaverat.
Propterea poteſt ſic inducere
Davidis prælia.
Æquali ratione
Pervenit quoque ad Regnum.

Uuas Erat

35) *Sammolich.* loco ejus in Cod. Vind. extat: *Samalib.*
36) Pro *jamer* C. Vind. habet *ſama*, ſimul.
37) Flac. *das er wider in war.* Sed *wan* eſt ſententia, placitum, *wider einen wanen*, eſt contrariari, *Schilt.* Rectius videtur hoc *wan* deduci à *winnen*, quod eſt pugnare, certare. vid. infra I, 25, 55. adde Staden. in Spec. antiq. Francic. p. 7. §. 26. *Scherz.*
38) Freherus: conjunge poſtrema duo, ut ſit *Jogilicho*, Codex tamen Vind. ſeparat ea.
39) Imo. C. Vind.
40) Pro *Suarin.* C. Vind. habet: in *ſuuaren.*
41) Pro Gilitha C. Vind. habet *Gilihta*, quod idem eſt ac hodiernum geleichtert, leicht gemacht; unde verſus 107. & 108. ita ſunt vertendi:

Leues efficiebat illi omnes ſuos annos
Qui ipſi videbantur valde graves.

In Verſione Tatiani Harm. Evang. c. 67. §. 67. §. 9. Chriſtus dicit: *min joh iſt ſuazi, inti min burdin iſt lihti*, jugum meum ſuave eſt, & onus meum leue.
42) Pro *gilereta* habet Cod. Vind. *Gileitta*, quod verti debet per *duceret.* apud Keronem eſt: *Keleitta*, deduxit.
43) Flac. *Bei dem mag er* ——
der Davids ſchlachten.
Locum ſine dubio corruptum interpretari non potuit. *Sonnalitu* verbum eſſe oportet, & modi infinitivi, unde *ſonnalitun* legendum; ſic etiam Rhythmus requirit. Sed quidſit, adhuc latet. Videntur duo eſſe Vocabula, *ſuna* vel *ſouna litun*; vel rectius: *ſo analitun.* Kero: *Analeleiton*, induxiſti. Sic & *ſclabon* eſt vox vitioſa; *Slabon* Keroni eſt occiſio; ſic & Flacius accepit. *Schilt.* Codex Vind. docet pro *Sonnalitu* legendum eſſe *ſin in athu*, pro *ſclabon* autem *slahtu*: recte itaque verſum III. & 12. ita vertit Stadenius:

Propterea poteſt cenſeri
eſſe Davidici generis.

id eſt, eſſe Ludovicum ſimilem Davidi. *Ahton* ſignificat, cogitare, æſtimare. vid. infra II, 4, 56. & I, 13, 36. & III, 24, 241. eodem ſenſu hodie dicimus *achten. Slahtu* denotat genus. Lipſius in Gloſſ. *Slahta, Generatio & ſlahten, ſemini. Nos compoſite geslächt. Allero slaghto*, omnis generis eſt apud willer. cap. III. p. 46. ubi etiam occurrit: *manigar slaghta.* varii generis. conf. infra I, 1, 176. non opus itaque eſt Hickeſii conjecturâ, qui in Theſ. Linguar. Sept. Gram. Francico-Theot. p. 108. conjicit legendum hic eſſe *Bithiu mag er ſona liton Thera Davides Sclahon*, propterea poteſt cito transire (transcendere) Davidis victorias. *Scherz.*
44) Flac. *Mit ſo Samencklichen*
kam er auch zum Reiche.
Idem per idem. *Samelich* à *Sam, ſama*, æqualitatem & comparationem denotat, vid. Gloſſ. Pro *ti* lege *zi.* Illud eſt Saxonicum, hoc Alemannicum. *Schilt.* In Cod. Cæſ. legitur: *ouh zi riche.*

45) Flac.

Uuas Gottes druter filu fra M,115. *Erat DEI fidelis maxime, (David)*
so uuard ouh therer [45] so gizam *sic erat etiam, hic ipse prout decebat.*
Rihta [46] gen er scono *Gubernabat ille pulchre*
thiu Gotes liuti in frono, *DEI populum in publico;*
So thuit ouh therer ubar [47] Ja R *Sic facit & hic per annos,*
so in Gotes [48] zimet, thaz ist uuar. 120. *ut eum DEUS eo condecorat, hoc verum est.*
Emmizen ziu [49] guate, *Perpetuo ad bonum,*
joh heilemo muate, *& salutarem animum,*
Fon Jare zi Jar E, *De anno in annum,*
thaz sagen ih thir zi uuare. *hoc dico tibi vere.*
Gihialt David turuh not 125. *Observabat David cum cura*
thaz ime druhtin gibot *quod Dominus ipsi mandabat*
Joh gifasta [50] sinu ting *Atque stabiliebat sua judicia*
ouh selb thaz al umbirin G. *ac ipsum regnum undiquaque.*
In thes emo ist ouh sin [51] hafft *In hoc eodem est etiam hujus occupatio*
so fram [52] sinan lazit rhita krafft? 130. *quam diu ipsi fuit concessa regni potestas,*
Thaz [53] er isto io innoti *Ut is primarius sit in rebus angustis*
Gote thionant I *DEO serviens.*
Selbar [54] rihi sina zal *Ipse regni sui partes*
rihtit scono so so er scal; *regit tam pulchre, quam debet;*
Ist [55] ellenes guattes: *Est omnigenæ bonitatis:*
joh uuola quekes muate S,135. *& vere vivi (alacris) animi;*

Ja *Imo*

45) Flac. *So ward er auch der Eer gezam*; sed *therer* mox etiam occurrit ℣. 119. quod Flacius ipse ibi per *der* interpretatur. *Schilt.* In C. Vind. est *therer.*

46) *Rhitagen* habet Flacius; nec habet, ut reddat. Sed vitiosa est lectio, & emendanda per transpositionem tantum literulæ, *Rhita gener scono.* Post *in frono* est: in publico, non adjectivum ad populum pertinens, ut Flacius: *die Gottes leute fron. Schilt.* In Cod. Vind. manifeste legitur: *Rihta gener scono*, Regebat ille pulchre *in frono:* Stadenius reddit: in sanctitate. Utrumque potest admitti; *fron* enim & sanctum & publicum denotat. *Scherz.*

47) Flac. *übers jar.* Sed non loquitur Ottfridus de futuro, ast de præterito. *Schilt.* Stadenius reddit per *quotannis.*

48) Flac. legit: *So in Gotes zimmet*, & interpretatur: *so euch Gott zimmet.* Lectio sic restituenda: So in Got es zimet. *Schilt.* In Cod. Vind. est: *So iz Gote zimit;*

49) Pro *ziu* est in C. Vind. *zi.*

50) Flac. *ja gefassete sein ding.* Sed *gifasta* non est fassen, sed vesten, bevestigen. Vid. Gloss. *Ting:* & placitum seu statutum significat & judicium, utrumque hic potest intelligi.

51) *Sin hafft* vitiose. lege ex C. Vind. *scinhaft*, manifestum.

52) Flac. *So fram sie inen lasst* ——— *krafft.* Occurrit iterum *rhita*, quod non est interpretatus., sed literis transpositis legendum: rihta, richtakrafft i. e. Imperii jus, jus vel potestas Regia Regni Germanici. *So fram, so inan*, tam diu, quam ipsi; *lazit*, lassen, concedere, tradere, sed neutraliter hic ponitur, concessa est, Rihta Krafft, jus regni. Intelligit enim transactionem & divisionem Imperii Romano-Francici inter Ludovici Pii Imperatoris filios; de quâ alias. MSC. Vind. legit: *so fram so inan lazit thiu Krafft. Schilt.* Stadenius reddit: *si vires permittunt.*

53) Flac. *das erste* ja innoti, das sie Got dieneti. Lectio vitiosa non potuit non dare interpretationem vitiosiorem, sensu omni destitutam. *Schilt.* Cod. Vind. legit:

Er ist jo in noti
Gote thiononti.

quod verto: *Est certe in periculis*
Deo serviens. Scherz.

54) Flacius: *Selbst reiblich sein zal*
Richte scon wie so er sal.

Nescio de quo numero ceperit hunc versum, qualis de carnificibus vulgo fertur, qui cum certum numerum maleficorum capite multaverint, maculam notæ suæ eluant. *Zal* partes etiam significat, ut zwo zale eines sects. vid. Glossar. & frequens locutio Francicorum Scriptorum de *partibus* Regni, de *partibus* Saxoniæ &c. In Cod. Vind. est: *selbaz Richi sina zal.*

55) Flac. Ist etwas gutes, ja wol kekes mutes; videtur legisse: etteues; impressum tamen est ettenes. Sine ope MSCti aut loci paralleli vix poterit corruptus locus sanari. Occurrit autem Pa-

Digitized by Google

Ia farentu [56] nan konti,
in anderon binoti.
Thiſu kuningrich
Joh iro guallichi;
Tho habet [57] therer thuruh not
ſo Truhtin ſelbo gibot:
Thaz fiant uns in gagini
thiz faſto [58] binagilit.
Simbolon [59] bispenit
Vns uuidaruuert ni [60] merrit.
Sichor mugun ſin uuir the
lango [61] unſer libes.
Allo ziti thio [62] tho ſin,
kriſtus [63] io komo in thaz muat ſin.
Bimide ouh [64] allu pin
Gott [65] frouue ſela ſina.
Lang ſin daga ſine,
zi [66] them euuinigen libe.

Imo progrediuntur ipſi ordinate,
in alia ſtudioſe.
Hæc regna ſua
& eorum magnificentia;
Hic habet illam ſollicite
ſicut DEUS ipſi dedit:
Ut hoſtis nobis ne obviet,
hoc firmum clavis figat. (i. caſtris)
Semper diſſideat
nos hoſtis ne vinciat.
Securi poſſimus eſſe de hoc,
per omnem noſtram vitam.
Omnibus temporibus, quæcunque ſint,
Chriſtus veniat in mentem ejus.
Avertat quoque omnes calamitates.
DEus exhilaret animum ejus.
Longi ſint dies ejus,
ad æternam vitam.

Bimi- Evi-

Parallelus Lib. IV. 13. 60. *ellenes guates, ellu* eſt omne; *ellenes*, omnigenum. Itaque hic legendum, *ellenes guates*, omnigenæ bonitatis. Atque ita legit MSC. Vindobonenſe:

Iſt ellenes guates,
Ja wola quekes muates.

Schilt. Stadenius vertit *eſt: in certamine bonus:* notatque ex Rhabani Mauri Gloſſis: *Ellen* eſſe agonem ſubjungit tamen: poſſent etiam verba hæc: *ellenes guates*, exponi per *bonæ virtutis, fortitudinis*, cum *Ellen* Anglo Sax. ſit virtus, vis. *Scherz.*

56) Flacius hic tacet. Lege: farentu nan knoti, id eſt, progrediuntur ipſi, vel comitabantur ipſum ordinate. Imò MSC. Vindob. legit: Ja farent uuanconti. *Schilt.* Stadenius ita Vertit:

Imo proficiſcuntur in expeditione
In alia, ſi opus ſit,
Hæc Regna,
Eorumque Vires,
Attamen hic, ita ut oportet,
Ut Dominus ipſe præcepit.
Ne hoſtis nobis occurrat,
Hoc firmiter occluſit.

Non omnino hæc ſatisfaciunt; cum in MSC. Vind. ℣. 137. legatur: *ja farent wankonti,* & ℣. 141. *Tob*, quod idem eſt ac *attamen*, doch, ita hæc reddenda videntur. *Imo, quando proficiſcens in alias terras, ſi opus ſit, abeſt,* (ſc. Ludovicus) *Hæc regna, eorumque gloriam tamen* (etiamſi ſit abſens) *ſuſtinet, ſicut oportet, ſicut DEus ipſe præcepit*, &c. *Scherz.*

57) Flac. *da bat er eer durch not.* id eſt, *billich* wo GOtt ſelber gebot.
Vid. ſup. n. 45. in MSC. Vind. eſt *therer.*

58) Staden. vertit: ne hoſtis nobis occurrat, hoc firmiter occluſit, *Scherz.*

59) Pro biſpenit lege ex C. Vind. *bisperrit*, quod & ſenſus & Rhythmus confirmat. *bisperrit* idem eſt ac *clauſit.* Imperfectum *biſparta*, claudebat, reperire eſt infra III, 12, 28. *Inſperre*, aperiat, eſt infra I, 5, 64. ſupereſt nobis: ſperren, einſperren, verſperren. die Sperr. Rectius itaque ℣. 145. vertitur: *ſemper clauſit;* quod etiam fecit Stadenius. *Scherz.*

60) *Merrit*, idem eſt, ac *impedit.* Hoc ſenſu occurrit *merren* infra I, 27, 32. adde III, 7, 144. & II, 4, 130. *Ungimerrit*, non impeditus. infra V, 12, 51. Verte itaque ℣. 140. *nos adverſarius non impedit ſeu turbat.*

61) Flac. *Lang nuz er des lebes.* Sine ſenſu, ſed locus corruptus eſt. Pro *nuzer*, legendum, *unzer* vel *unſer* h. e. unſer lebenslang. *Schilt.* In Cod. Vind. eſt *niazer libes*, quod vertendum: fruatur vitâ, vivat.

62) C. Vind. habet *thio the ſin.*

63) In C. Vind. eſt: *Kriſt lokomo* thaz muat ſin. *Lokomo* pro *Loko imo*, medeatur ipſi. *Lokon, Lochon* idem eſt ac mederi, ſanare. Infra IV, 37, 36. *giloko*, ſanavit, & V, 20, 157. *ir eigul gilocbot*, medicati eſtis. in Gloſſ. Rhab. Maur. *Lohot*, fouet, fouit. Gl. Ker. *Lachida*, Medicamina, apud Tatian. c. 56. §. 4. *Laches*, Medici, & c. 60, 3. *Lachin*, Medicis. Gothis, *Læknir, Læik* Medicum denotat. vid. Verel. Ind. Ling. Goth. & omnino Stiernhielm in Gloſſar. Ulphila-Gothic. adde Staden. in Spec. antiq. Franc. pag. 8. *Scherz.*

64) Pro *Allu* C. Vind. habet *Allo.*

65) Pro *Frouue* C. Vind. & Vat. habet *Freuue.*

66) Pro *them.* C. Vind. & Vat. habent *themo.*

67) Flac.

Bimide ouh zalonoh [67] fa
thaz uuir ſin ſichor ubaral.
Vuanta thaz iſt funtan,
vnz uuir haben nan [68] gifuntan,
Thaz leben [69] auur, ſo ih mein
mit freuui ioh mitheilu.
Simbolon gimuato,
joh eigun ziti guate.
Niazer oh mammunte
ni [70] breiſte in euuon imo thes.
Allen ſinen kindon
ſi [71] nehinam mit minnon.
Si [72] zi Gote ouh minn
thera ſelbun küninginna.
Euuiniga [73] drutſcaf
niazen ſe iamer, [74] ſo ih quad,
In himile zi uuar
mit Ludouuige thare.
Themo [75] dihton ih thiz buah
Oba [76] er thaz habet ruah.

L,155.

V

S

A

E

Odo

Evitet quoque pericula aut caſus,
ut ſimus ſecuri ubique.
Namque hoc fuit acquiſitum,
poſtquam ipſum invenimus,
Statum nempe, quem deſigno,
cum lætitiis & ſalute.
Semper æquanimi,
& habemus tempora bona.
Fruatur is quoque deliciis,
nec deficiant in æternum ipſi hæ.
Omnibus ejus liberis
ſit ſucceſſio cum caritate.
Sit apud DEum itidem amor
ipſi Reginæ.
Æterna ſocietate (amicitia)
fruantur illi perpetuo, quos dixi,
In cœlo certe
cum Ludovico ibi.
Huic meditor (dedico) hoc volumen,
ſi quam ejus habeat curam.

Aut

67) Flac. *Vermeide auch des unfalls zal*; ſic enim legit: *zal obno fal*; & hinc fingit *unfal*, & denique *Unfalszal*, id eſt, infortuniorum cumulum. Sed tum temporis non ſcripſerunt *obno* pro *un*, nec ſimile quid in Otfrido; ſed literula turbata reſtituit rem; legendum ſine dubio: *Bimide ouh zalo nob fal.* nam *zalo* pericula denotat, & *nob* Otfrido ſæpe eſt, *aut. Schilt.* In Cod. Vindob. & Vat. melius legitur: *zalono fal*, periculorum inſidias ſeu damna. *Scherz.*

68) Freherus: pro *gifuntan* pone *giſuntan.* Schilt. *giſuntan* habet & Vindob. & Vat. MSC. Stadenius verba: *wanta thaz iſt funtan*, vertit, *Quia hoc eſt certum*, non male. *Scherz.*

69) Flac. das leben aber ſo ich meine. Meinu non opinionem ſignificat hic Otfrido, ſed antecedentem narrationem. *Schilt.* In MSS. Vind. & Vat. pro *auur* invenitur *uuir*: unde cum Stadenio p. 157. ad 162. ita vertendum judico:

Quia hoc eſt certum,
Quamdiu habemus eum ſalvum,
Quod viuamus, ut ſtatuo, (vel uti dixi)
Cum gaudio & ſalute,
Semper ſimus bono animo,
Atque habeamus bona tempora. Scherz.

70) Pro *breiſte* legendum *breſte*, ceu patet ex utroque MSC.

71) Flac. *Sey nahe —— mit minnen.* id eſt, liebe. *Nehinam* eſt Erbnam; der nechſte nimmt das erb; eſt Regula Juris noſtri. Precatur ſcil. liberis Regiis ſucceſſionem, eamque pacificam magis, quam Patris & Patruorum fuerat. Sed Freherus pro *nehinam* legit *richduam. Schilt.* In Cod. Vind. eſt *Richiduame*; in Vat. *Richduam.* Verte itaque: *Omnibus ejus Liberis*

Sit Imperium cum amore i. e. pacificum; ſine lite.

in Verſ. Tatian. c. 13. §. 1. *in themo finftazehenten jare thes* rithuomes *Tiberii des Keiſores*, Anno quintodecimo Imperii Tiberii. *Scherz.*

72) Flac. *Sei zu Gott auch minna* (i. e. amor, fiducia) *deſſelben küninginna. Schilt.* Stadenius vertit. *ſit erga Deum.* Scherz.

73) Flac. *Die ewige Drutſchafft, id eſt, familiarum, Nieſſen ſie immer als ich ſprach.* Videtur *familiaritas* legendum. Cæterum non de præſenti aut præterito, ſed futuro loquitur Autor. Loccen. in Lexico Juris Sueo-Goth. exponit Regnum. Sed vide Gloſſarium noſtrum. *Schilt.*

74) Cod. Vind. & Vat. habet: *So ſo ih quad.*

75) Pro *dihton* habet Cod. Vat. *tihton*; ſed Flacio conſentit Cod. Vind.

76) Flac. *Ob er deſſen wirt haben ruch.* Sed *ob* non tantum *an*, ſed & utinam denotat Otfrido, nec dubitat hic ille de pietate Regis, ſed precatur potius & modeſtiâ utitur. *Ruach* autem curam ſignificat. Freherus: *Ob er deſſen begert.* Schilt.

77) Flac.

Digitized by Google

Odo [77] er thaz guuinet ſci
thaz er ſa [78] lezan heizit.
Er hiar in theſen redion
mag hören Evangelion.
Uuaz Chriſtus in then gibiet
Frankono [79] thiete
Regula thero buachi
vns zeigot Himelrichi:
Thaz niaze Ludouuig iotha
thiu euuinigun Gotes jar.
Niazan muazi thaz ſin muat,
jo thaz euuiniga guat.
Thar ouh iamer, druhtin mi
laz mih mit imo ſin,
Allo ziti guato
leben [80] thar gimuato.
Irliuhti [81] imo thar uuunn
thiu euuiniga ſunna.

Aut ut obtineat tempus,
ut illud legi jubeat.
Ipſe hîc in his ſermonibus
poteſt audire Evangelium.
Quid Chriſtus in iis præcipiat
Francorum Populo.
Regula horum librorum
nobis monſtrat cœlorum regnum:
Ut fruatur Ludovicus illic
æternis DEI amis.
Frui oporteat hoc ejus animum,
& æterno bono.
Iſthic etiam perpetuo, Domine mi,
ſine me cum ipſo eſſe,
Omnibus temporibus bonis
vivere ibi lætabundum.
Illuſtret ipſum iſthic gaudium
Aeternus ſol.

77) Flac. *Oder er deſz gewinnet*
Daſ er ſie leſen habe zit.
Transpoſitio eſt. *Scit, Cit, Zit* varie ſcribitur, & tempus, horam notat. Sed *beizit* non erat transfundendum in *habe zeit*. Freherus: Lege: *Odo er thaz geweizit. Schilt.* Cod. Vind. habet giuueizit. Concordat Vat. *Giuueizit* idem eſt ac probat, approbat. infra I,1,134. *iſt giuueizzit*, probatum eſt, II,16,51. *giuueizzent*, probant, & II,7,74. *giuueizen*, probare. *Scherz.*

78) Pro *lezan* ſcribe *leſan* ex Cod. Vind. & Vat.

79) Flac. *den Frenekiſchen thieten*, id eſt, *belden.* ſed *Thiot, Thiete*, populus eſt uniuerſus Nationis Francicæ, aut Imperio Francico ſubjectus.

80) Pro *Leben* eſt in C. Vind. & Vat. *Leb er*, Vivat ille.

81) Pro *Irliuhte imo thar* legitur in modo dictis MSS. *Inliuhte imo jo thar.* Freherus arbitratur reponendum: *Inliuhtemo thar uuunna.* Scherz.

De LVDOVICO,
cui hæc Dedicatio eſt inſcripta.

CÆterum ad quem *Ludovicum* hæc præfatio directa fuerit, facile apparet. Inſcribitur illa *Ludovico Orientalium Regnorum Regi.* Ubi nomine *Orientalium Regnorum* nihil aliud intelligi debet, quam terræ, quæ nomine *Franciæ Orientalis* ſeu *Germaniæ* comprehendebantur. Cum autem hic liber ſcriptus fuerit, cum *Hartmuotus* nondum eſſet Abbas S. Galli (quam dignitatem ipſe demum A. 872. poſt mortem Grimaldi fuit conſecutus, vid. Ratpert. de Caſibus Monaſt. S. Galli c. 9.) ſed Monachus adhuc, (ceu apparet ex Epilogo, qui Hartmuoto & Werimberto, Monachis Monaſterii S. Galli eſt inſcriptus) in proclivi eſt videre, quod per Ludovicum hic deſignetur *Ludovicus Germanicus*, Lodovici Pii filius, Lotharii Imperatoris & Caroli Calvi Regis Galliæ frater; cui, uti Regino Abbas Prumienſis p. m. 41. edit. Piſtor. tradit, Anno dominicæ incarnationis 842. in diviſione cum fratribus obtigere *Orientalia Regna*, ſcilicet *omnis Germania usque ad Rheni fluenta & nonnullæ (Moguntia, Wormatia & Spira) civitates cum adjacentibus pagis trans Rhenum propter vini copiam.* Scherz.

Digitized by Google



Dignitatis culmine, Gratia Divina, præcelso LIVTBERTO,
Moguntiacensis Vrbis Archiepiscopo, Otfridus, quamvis indignus, tamen devotione Monachus, Presbyterque exiguus, æternæ vitæ gaudium optat semper in Christo.

Ratio susceptioperis

VEstræ Excellentissimæ Prudentiæ præsentis libri stylum comprobare transmittens, in capite causam, quâ illum dictare præsumpsi, primitùs Vobis enarrare curavi, ne ullorum fidelium mentes, si vilescet, vilitatis meæ præsumptioni deputare procurent. Dum rerum quondam sonus inutilium pulsaret aures quorundam probatissimorum Virorum, eorumque sanctitatem laicorum cantus inquietaret obscœnus, à quibusdam memoriæ dignis fratribus rogatus, maximeque cujusdam Venerandæ Matronæ verbis nimium flagitantis, nomine Judith, [1] partem Evangeliorum eis Theotisce conscriberem, ut aliquantulum hujus cantus lectionis ludum secularium vocum deleret, & in Evangeliorum propriâ linguâ occupati dulcedine, sonum inutilium rerum noverint declinare: petitioni quoque jungentes queremoniam, quod gentilium vates, ut Virgilius, Lucanus, Ovidius, cæterique quamplurimi suorum facta decorarent linguâ nativâ, quorum jam voluminum dictis fluctuare cognoscimus mundum; nostræ etiam sectæ probatissimorum Virorum facta laudabant Juvenci, Aratoris, Prudentii cæterorumque multorum, qui suâ linguâ dicta & miracula Christi decenter ornabant: nos vero quamuis eadem fide, eâdemque gratiâ instructi [2] diuinorum verborum splendorem clarissimum proferre propriâ linguâ [3] dicebant pigrescere. Hoc dum eorum charitati importune mihi instanti negare nequivi, feci non quasi peritus, sed fraterna petitione coactus; scripsi namque eorum precum suffultus juvamine Evangeliorum partem Francisce [4] compositam, interdum spiritualia moraliaque verba permiscens, ut qui in illis alienæ linguæ difficultatem horrescit, hic propriâ linguâ cognoscat sanctissima verba, Deique [5] legem suâ linguâ intelligens, inde se vel parum quid deviare mente propriâ pertimescat. Scripsi itaque in primis & in ultimis hujus libri partibus inter quatuor Evangelistas incedens medius, ut modò, quid iste, quidue alius cæterique scriberent, inter illos ordinatim, prout potui, penitus pœnè dictavi. In medio verò ne graviter forte pro superfluitate verborum ferrent [6] legentes, multa & parabolarum Christi & miraculorum ejusque doctrinæ, quamvis jam fessus (hoc enim novissime edidi) ob necessitatem tamen prædictam prætermisi invitus [7] & non jam ordinatim, ut cœperam, procuravi dictare, sed qualiter meæ parvæ occurrerunt memoriæ. Volumen namque istud in quinque libros distinxi, quorum primus Nativitatem Christi memorat, finem facit baptismo doctrinaque Johannis. Secundus jam accersitis ejus discipulis refert, quomodo & quibusdam signis & doctrinâ suâ præclarâ mundo innotuit. Tertius signorum claritudinem & doctrinam ad Judæos aliquantulum narrat. Quartus jam, qualiter suæ passioni propinguans, pro nobis mortem sponte pertulerit, dicit. Quintus ejus resurrectionem; cum discipulis suam posteâ conlocutionem, ascensionem & diem judicii memorat. Hos, ut dixi, in quinque, (quamvis Evangeliorum libri quatuor sint) ideò distinxi, quia eorum quadrata æqualitas sancta nostrorum

ex malis moribus & carminibus obscœnis.

& Occasio

Ratio Dispositionis.

1) Imperatricem asserit Morhof. P. II. de Ling. Germ. c. 7. p. 317. Fuit etiam Judith filia Caroli Calvi, uxor Edilulphi, Regis Anglorum. Baluz. ad Lup. p. 356. Sed Venerandæ Matronæ titulus, nec Imperatrici, nec Reginæ æqualis.

2) Fl. *instructa.*

3) Lib. I. c. I. v. 65.

4) Fl. *Franciſce*, cum quo consentit. C. MSC. Vindob. ast in MSC. Vaticano legitur: *Franzisze.*

5) *Dominique.* Fl.

6) Fl. *Ferre.* sed melius legitur: *Ferrent*, quod & occurrit in Cod. Vind.

7) Fl. *manus*; sed male, ut ex MS. Vind. & connexione liquet.

8) Fl.

Digitized by Google

rum quinque ſenſuum inæqualitatem ornat, & ſuperflua in nobis quæque non ſolum actuum, verum etiam cogitationum vertunt in elevationem cœleſtium. Quidquid viſu, olfactu, tactu, guſtu audituque delinguimus, in eorum lectionis memoriâ pravitatem ipſam purgamus. Viſus obſcuretur inutilis [8] illuminatus Evangelicis verbis; Auditus pravus non ſit cordi noſtro obnoxius; Olfactus & Guſtus ſeſe à pravitate conſtringant, Chriſtique dulcedine jungant, cordisque [9] præconia lectiones has *Theotisce* conſcriptas ſemper memoriâ tangent.

Linguæ Theotiſcæ natura quoad Gramaticæ Regul.

Hujus enim linguæ barbaries [10] ut eſt inculta & indiſciplinabilis, atque inſueta capi regulari freno Grammaticæ artis, ſic etiam in multis dictis ſcriptu [11] eſt propter literarum aut congeriem aut incognitam [12] ſonoritatem difficilis. Nam interdum tria *uuu*, ut puto, quærit in ſono, priores duo conſonantes, ut mihi videtur, tertium vocali ſono manente. Interdum verò nec *a*, nec *e*, nec *i*, nec *u* vocalium ſonos [13] præcanere potui, ibi γ Græcum mihi videbatur adſcribi. Et etiam hoc elementum lingua hæc horreſcit interdum, nulli ſe chara Aeri aliquotiens in quodam ſono niſi difficile jungens. *k* & *z* ſæpius hæc lingua extra uſum latinitatis utitur, quæ Grammatici inter literas dicunt eſſe ſuperfluas. Ob ſtridorem autem dentium interdum, ut puto, in hac lingua *z* [14] utuntur; *k* autem ob faucium ſonoritatem. Patitur quoque metaplasmi figuram nimiùm, non tamen [15] aſſidue, quam doctores Grammaticæ artis vocant ſinalipham, [16] & hoc niſi legentes prævideant, rationis dicta deformius ſonant, literas interdum ſcriptione ſervantes, interdum verò *Ebraicæ linguæ* more vitantes, quibus ipſas literas ratione ſinaliphæ in lineis, ut quidam dicunt, penitus amittere & transilire moris

Rhythmus.

habetur; non quo ſeries ſcriptionis hujus [17] metricâ ſit ſubtilitate conſtricta, ſed [18] Schema omœoteleuton aſſidue quærit. Aptam enim in hac lectione & priori decentem & conſimilem quærunt verba in fine ſonoritatem, & non tantum per hanc inter duas vocales, ſed etiam inter alias literas ſæpiſſime patitur conliſionem ſinaliphæ, & hoc niſi fiat, extenſio ſæpius literarum ineptè ſonat dicta verborum. Quod in communi quoque noſtra locutione, ſi ſolerter intendimus, nos agere nimium invenimus. Quærit enim linguæ hujus ornatus, & à legentibus ſinaliphæ lenem [19] & conliſionem lubricam præcanere, & à dictantibus omœoteleuton; id eſt conſimilem verborum terminationem obſervare. Senſus enim hîc interdum ultra duos vel tres verſus vel etiam quatuor in lectione debet eſſe ſuſpenſus, ut legentibus, quod lectio ſignat, [20] apertius fiat. [21] Hîc ſæpius *i* & *o*, ceteræque ſimiliter cum illo vocales ſimul inveniuntur inſcriptæ, interdum in ſono diviſæ vocales manentes, interdum conjunctæ, priore transeunte in conſonantium poteſtatem. Duo etiam negativi, dum in Latinitate rationis dicta confirmant, in hujus linguæ uſu pænè aſſidue negant, & quamvis hoc interdum præcavere valerem, ob uſum tamen quotidianum, ut morum ſe locutio præbuit, dictare curavi. Hujus [22] enim linguæ proprietas nec numerum, nec genera me conſervare ſinebat. Interdum enim maſculinum Latinæ linguæ in hac fœminino protuli, & cætera genera neceſſarie [23] ſimili modo permiſcui. Numerum plurarem ſingulari, ſingularem plurali variavi, & talimodo in barbarismum & ſolœcismum ſæpius coactus incidi. Horum ſupra ſcriptorum omnium vitiorum exempla de hoc libro Theotiſce ponerem; niſi irriſionem legentium devitarem. Nam dum agreſtis linguæ inculta verba inſeruntur Latinitatis planitiæ, [24] cachinnum legentibus præbent. [25] Lingua enim hæc velut agreſtis habetur; dum à propriis nec

Negligentia Teutonum.

ſcri-

8) Fl. *inluminatis.* male. Rectius C. Vind. & Vat. *inluminatus.*

9) Fl. *præcordia.* ita etiam C. Vind. & Vat.

10) Vid. Mabillon de Re Diplom. lib. I. c. XI. §. 3. & Morhof. de Ling. Germ. Part. III. c. I.

11) Fl. habet: *ſcripto;* cui concordat Codex Vatic. ſed *ſcriptu* habet Cod. Vindobonenſis.

12) Fl. *incongruam*, ſed *incognitam* eſt in Codd. Vind. & Vat.

13) Ita & C. Vind. & Vat. aſt Fl. *ſonus.*

14) Ita C. Vind. & Vat. aſt Fl. *utimur.*

15) Fl. *tam.* At vero C. Vind. & Vat. exhibent: *tamen.*

16) συναλοιφήν.

17) Vid. S. Auguſtin. lib. 3. de Muſicâ c. I. & 2. de diſcrimine inter metrum, rhythmum & verſum. *Rhythmum* dicit *eſſe pedum certorum numerum incertum; qui, ſi certus ſit menſurâ, metrum dicitur.* Beda: *Rhythmus eſt metris conſimilis verborum modulata compoſitio, non metricâ ratione, ſed numero ſyllabarum ad judicium aurium examinata, uti ſunt carmina vulgarium Poetarum. Et quidem rhythmus ſine metro eſſe poteſt, metrum vero ſine Rhythmo eſſe non poteſt.* Idem: *Metrum eſt ratio cum modulatione. Rhythmus modulatio ſine ratione. Plerumque tamen caſu quodam invenies etiam rationem in Rhythmo, non artifici moderatione ſervatam, ſed ſono & ipſa modulatione ducente, quem Vulgares Poëtæ neceſſe eſt ut faciant ruſtice docti faciunt docte. Ab hoc Rhythmo diverſi ſunt Rhythmi noſtri vulgares ὁμοιοπλωτοι καὶ ὁμοιοτελευτοι, quos ex Leoninis Hexametris, quæ vocant, efſinximus*, ait Joſ. Scalig. Animadverſ. in Euſeb. p. 7. quem vide.

18) Codd. Vind. & Vat. *Scema*, ſed melius legitur: ſchema, σχῆμα Græcum.

19) Fl. ut & Cod. Vind. habent: *lenam.*

20) Ita etiam C. Vind. aſt Vatic. & Fl. habent: *apertior.*

21) Vid. Morhof. de Lingu. & Poëſ. Germ. P. III. c. X. p. 614.

22) Abutitur hoc loco Opitii Annotator ad Proſodiam pag. 82.

23) Ita Cod. Vind. aſt Fl. habet: *neceſſaria.* Vatic. *neceſſariæ.*

24) *Chachinnum.* C. Vind. male.

25) Niſi uſu conſueſcant legentes. Ita non verecundavit, ut Auctor loquitur, poſt ipſum Willeramus in Canticum Canticorum; Et longe poſtea Petrus Dresdenſis, cujus Cantiones Eccleſiaſticæ Latino-Germanicæ adhuc in Eccleſiis frequentantur. Sic in LL. Salicis Longobardorum, Bajuvariorum, Normannorum, &c. multa vocabula Germanica inſerta cernuntur.

Digitized by Google

ſcripturâ, nec arte aliquâ ullis eſt temporibus *expolita* [26] quippe qui nec hiſtorias ſuorum anteceſſorum ut multæ gentes ceteræ, commendant memoriæ, nec eorum geſta vel vitam ornant dignitatis amore. Quod ſi rarò contigit, aliarum gentium linguâ, id eſt, Latinorum vel Græcorum potius explanant; cavent aliarum & deformitatem non verecundant ſuarum. Stupent in aliis vel literulâ parvâ artem transgredi, & pæne propria lingua vitium generat [27] per ſingula verba. Res mira, tam magnos viros prudentiæ deditos, cautelâ præcipuos, agilitate ſuffultos, ſapientia latos, ſanctitate præclaros, cuncta hæc in alienæ linguæ gloriam transferre, & *uſum Scripturæ* [28] *in propriâ linguâ non habere.* Eſt tamen conveniens, ut qualicunque modo, ſive corruptâ, ſeu linguâ [29] integræ artis, humanum genus Autorem omnium laudent, qui plectrum eis dederat linguæ, verbum in eis ſuæ laudis ſonare, qui non verborum adulationem politorum, ſed quærit in nobis pium cogitationis affectum, operumque pio labore congeriem, non laborum inanem ſervitiem. Hunc igitur librum Veſtræ ſagaci Prudentiæ probandum curavi transmittere, & quia à Rhabano venerandæ memoriæ, digno veſtræ ſedis quondam Præſule, educata parum mea parvitas eſt, Præſulatûs veſtræ dignitati Sapientiæque in Vobis pari commendare curavi. Qui ſi ſanctitatis Veſtræ placet obtutibus & non dejiciendum judicaverit, uti licenter fidelibus Veſtra Authoritas concedat: Sin vero minus aptus, parque meæ negligentiæ paret, eadem veneranda ſanctaque contemnat Autoritas. Utriusque enim facti cauſam arbitrio Veſtro decernendam mea parva commendat humilitas. Trinitas ſumma Unitasque perfecta cunctorum Vos utilitati multa tempora incolumem, rectâque vitâ manentem conſervare dignetur.
Amen.

Dedicatio.

De hoc LIUTBERTO, AEpo Moguntino hæc notari merentur.

Liutbertus hic ſedi Moguntinæ præeſſe cœpit 11. Kal. Dec. A. C. 863. uti *Annales Pithœani* ad An. DCCCLXIII. referunt. Obiit autem VII. Id. Septembris Anno DCCCLXXXIX. ceu obſervat Vir Eruditiſſimus *Dn. Joannis* ad Serarii Rerum Moguntiacarum Libr. IV. p. 415. ubi etiam *Serarius* oſtendit illum à quibusdam *Lindbertum*, item *Ludibertum*, à Gratiano mendoſe *Lampertum*, *Hupertum* aut *Wipertum*; mendoſius etiam *Luithobium*, *Luthobium*, aut *Luithobium* appellari. Reperitur etiam, tanquam nomen ipſius *Leotpertus*, *Liutbrabt*, *Liutwardus*, *Luibbertus*, *Luidbertus*, *Lutbertus*, & *Lindroldus*, ceu probat modo laudatus *Dn. Joannis*. De hoc AEpiſcopo huc transferri merentur verba MSC. quæ recitat *Serarius* in Lindberto §. 2. Illa ita ſonant: *Luithbertus, Vir valde venerabilis, undecunque doctus, ſapiens, largus, patiens, humilis, benignus, & de omnibus bene meritus, à Ludovico Rege, morte fratruelis ſui compertâ, magno cum Populi & Cleri plauſu in Maguntiacenſis Eccleſiæ ſubvehitur Præſulem Octavum, qui curæ Paſtoralis officium geſſit proinde annis XXVI.* „ *Ad hunc AEpiſcopum, utpote virum doctum & literarum amatorem,* „ Otfridus, *Rhabani olim diſcipulus, monachus Wiſſenburgenſis, ſcripſit opus inſigne metricum, magnum & admirandum Evangelium.* „ Scherz.

26) Expolitam per ſcripturam, aut per Artem Grammaticam negat: non vero negat in ſcripturam & antea fuiſſe redactam, ſed rudi Minervâ. Certe Carolus M. vetera carmina in ſcripturam redigi juſſit, & colligi. Fragmentum quoque de Colloquio Salvatoris cum Samaritanâ. Imo Fragmentum Iſidori Hiſpalenſis ad Florentinam ſororem duobus fere ſeculis Otfridum ætate antecedit.

27) Fl. *generant.* male.

28) Scilicet, excultum & politum.

29) Fl. *lingua.* male.

SALO-

Digitized by Google



SALOMONI EPISCOPO
OTFRIDUS.

Si ſalida gimuati,
Salomones guati
Ther Biſcof iſt nu ediles
[2] Koſtinzero Sedale
Allo guati gidue, thio ſin,
[3] thio Biſcof er habent in
Ther [4] nan zithiu giladota,
in houbit ſinaz zuuiualt

S;

A.

Sit ſalus benigna
Salomonis bonitati! (gratiæ)
Qui Epiſcopus eſt nunc nobilis
Conſtantienſis ſedis;
5. *Omne bonum fiat ſuis,*
qui Epiſcopum evexerunt Eum!
Qui eum ideo vocarunt,
ut caput ſuum bifidum.

Lekza Volu-

1) Hujus Dedicationis Verſionem integram exhibet Vir de Literis Elegantioribus ſummopere meritus, Diedericus à Stade in *Specimine Lectionum Antiquarum Francicarum* p. m. 9.

2) Fl. *Koſtenzero*, ſed *Koſtinzero* eſt in Cod. Vind. & Vat.

3) Flacius ita reddidit,

Alle gute gedeyen die do ſind
Hat dieſer Biſchof inn.

Sed non aſſecutus eſt nec verba nec ſenſum: *Gedue* enim eſt verbum, idque modi vel Optativi vel Conjunctivi, ut Grammatici loquuntur, *duen* eſt *facere*, *gedue faciat*, & paſſive vel neutraliter, *contingat*, fiat; *ſin*, ſuus, ſui, non *ſunt* ſignificat; *thio ſin*, ſui, *die ſeinigen* hodie, hoc eſt, Capitulares. Freherus τὸ *Allo guati*, per *omnia bona opera*, exponit: id quod non placet. Verba: *Ther nan zithiu giladota in Haubit ſinas zuuiualta*, quæ in verſu 7. &8vo occurrunt, Flacius transtulit: *der In zu dieſem ladette*, *In ſeines haupts zwifalte*. Obſcurum æque per obſcurum. *Haubit* & Caput, & perſonam denotat. Hic videtur *virilem portionem Convivii Epiſcopalis poſt electionem exhibiti* denotare, quo facit Gloſſar. du Fresne, GEMINA, portiò cibaria monaſtica duplicata: double pitance. Adalhardus libr. 5. Statutor. Corbej. Monaſter. c. 3. *Cellarius junior omnibus fratribus* geminam *ſuam ſub æquali menſura anteponat*. Vocata etiam fuit *plena & optima refectio* in feſtivitatibus Eccleſiæ exhibita. Geſta Aldrici Epiſc. Cenom. §. IV. apud Baluz Miſc. lib. III. p. 14. Freherus vertit: *In verticis vel capitis ſui mitra Epiſcopali biſida*. conf. etiam regulam S. Benedicti cap. 2. *Schilter*. Cum in Cod. Vind. & Vat. verſ. 6. legatur: *biscofa er thar habetin*. hoc ipſum me movet, ut nec Flacii, nec Freheri, nec Schilteri nec Stadenii verſionem verſus quinti & trium ſequentium probare poſſim. Stadenius ita eos vertit: *Omnes bonitates faciat, quæ ſunt, quas Epiſcopi olim ibi habebant, qui ipſum ad hoc invitabat in mentis ſuæ dubio*. Ego ita transferenda hæc eſſe arbitror:

Omnes gratias faciat, quæ ſunt,
Quas Epiſcopi ibi olim habebant,
Ille, qui ipſum ad hoc (ſc. munus) vocavit,
In Caput ejus duplicatas.

Optat ſcilicet Otfridus Salomoni, ut Deus, qui ipſum ad ſedem Conſtantienſem vocavit, omnia bona, quæ ſunt, & quæ unquam priores Epiſcopi, Anteceſſores ejus, habuere, in caput ejus duplicata effundat. Forte in mente habuit illud petitum Eliſæ, quo voluit, ut de Spiritu Eliæ *portio dupla* ipſi obtingeret 2. Reg. 2. 9. *Scherz*.

4) Pro *nan* tum in Cod. Vind. tum Vat. eſt *inan*, quod etiam occurrit in Manuſcripto, quo Flacius uſus eſt.

Lekza [5] ich therera buachi.
ju ſentu in Suaborichi,
Thaz ir irkias et uberal,
oba ſiu fruma [6] uuertan ſca
Oba ir hiar findet ia uuicht thes,
thaz [7] uuurdig iſt thes Leſanes.
Iz iuer hugu iruuallo,
wisduames foll
Mir [8] uuaz uñ thio (io) uuizzi,
ju offto filu nuzzi,
Jueraz Uuisduam.
thes duan ih mihilan rua
Ofto irhugg ih muates
thes managfalten guates,
Thaz ir [9] mich lertut harto
[10] ju ſelbes uuort
Ni [11] thaz mino dehti,
giuuerkon thazio mohti,
Odo in then thingon
thio [12] guldi ſo gilungo
Iz datun gomoheiti,
thio iues ſelbes guati.

Jueraz

Volumen horum librorum
vobis mitto in Sueviæ Regnum.
Ut vos dijudicetis undique,
an illi utiles fieri debeant? (poſſint)
Si vos hic inveniatis aliquid ejus,
quod dignum eſt lectu.
Id veſter Intellectus judicet,
ſapientia plenus.
Mihi erat (fuit) curæ circa ſcientiam, (doctrinam)
vobis ſæpe multum utilem,
Veſtræ ſapientiæ.
cujus facio ego magnam laudem
Sæpe recordor ego animo
multiplicis boni,
Quod vos me docueritis valde
veſtris ipſorum verbis.
Non quod meæ vires (virtus)
operari hoc potuerint:
Vel in his rebus
prævalentia ſic contigerit.
(Sed) Id fecerunt humanitas,
(&) illa veſtra gratia.

Veſtrum

5) Flacius male transtulit: *Lis ich deren buche die do findim.* Nam verbum *Leckza* non eſt verbum *Leſe*, quod & ipſum Otfrido uſitatum. Sed quod Kero explicat, & corruptum eſt ex Latino: *Lectio.* Capitulum, pericope. Sed & illud *ju ſentu* perperam redditum, *die da ſint.* Nam *ju*, *vos*, *vobis* notat, & *ſentu*, mitto, *ſende. Freherus: Lectionem librorum tibi mitto in Sueviam. Schilter.* Hæc verſio Schilteriana melior eſt Stadenianâ. Stadenius ita vertit: *Edidici ego eos libros, vobis miſſos in Sueviam* &c. Sed male: Leckza, eſt ſubſtantivum & denotat Capitula, Lectiones, in quas libri dividi ſolebant. In Gloſſ. Keronis eſt *Lecza Lectio; Leczeom, Lectiones; Leczium*, Capitula; *Leczun, Lectiones.*

6) Pro *uuertan.* Cod. Vatic. & MSC. Flacii habent *weſan.* Vindob. *weſa*, ubi *n* videtur vitio ſcribæ omiſſum fuiſſe, unde in verſione pro *fieri* ſubſtituerem τὸ *eſſe.*

7) In Cod. Vind. & Flac. MSC. eſt *uuirdig* per ſimplex *i.*

8) Pro *waz uñ* Codd. Vind. Vat. & Flac. Mſcr. habent *warun.* Unde verſum 17. & 18. ita verto:

Mihi erant veſtræ regulæ ſeu ſcientiæ
Certe ſæpe multum utiles.

wizzi, *ſcientiam* denotare notum eſt. Speciatim pro *regulis* occurrit apud Noſtrum III. 7. 123. verſus duos hic ſequentes ita reddo:

Veſtræ ſapientiæ
Facio (ſeu tribuo) *magnam laudem.*

9) Pro *mich* in Cod. Vind. & Mſc. Flac. eſt *mih.*

10) In Mſc. Vind. eſt *jues*, in Vat. *ues* in Flac. *iuer.*

11) Flac. *Nit das mir gedehti*
Ja das gewircken mohti.
Sine ſenſu. *Theg*, *deh*, *dogta*, vires, virtutem, valorem, notat. *Mino* nunquam *mihi* denotat, ſed *meum.* Freherus: Non quod ego id meritus eſſem ullo facto vel dono. *Schilt.* In Cod. Vind. & Vat. pro *dehti* eſt *dohti*; quæ vox etiam in MSC. Flacii extat. Stadenius reddit: *mino dohti*, idoneitas mea, recte beneque. *Scherz.*

12) Thio *Guldi ſo gilangon.* Flacius: *ſo die gulde belangen*, caret ſenſu. *Guldi* eſt fere idem, quod *gedehti*, virtus, prævalentia à *gelten. Gilangon* ſine dubio eſt vitioſe ſcriptum. *Gilungon* verbum uſitatum Otfrido, *obtingere*, & hodiernum *gelingen*, Schilt. In Codd. Vind. & Vat. imò & in MSC. Flacii eſt *Huldi*, fauorem, in iisdem etiam eſt *gilangon*; verte: *favorem talem impetrare.* Scherz.

13) *Nalles.*

Digitized by Google

Jueraz girati;
nalles [13] mino dat
Emmizigen [14] uberal
ih druhtin fergon ſcal,
Mit Lon er iu iz firgelte,
jo ſines ſelbes uuort
Paradiſes feſti
gebe iu zi giluſti.
Ungelonet ni bileip
ther Gotes uuizzode klei
In himmelriches ſcone
ſo uuerdo iziu zi lone,
Mit [15] Godes ginuchti,
thaz ir mir datun zuht
Sint in theſemo buache,
thes gomo [16] thehein ruache,
Wuortes [17] oder guates,
thaz [18] tich in iues muate
Cheret [19] thaz in muate
bi thia zuhti iu zi guate:
Joh zellet thaz ana uuanc
all in [20] iueran than
Ofto [21] uuirdit oba guat,
thas mannes jungero giduat

I.

E. 35.

P. 40.

I.

45.

S;

50.

C.

Veſtrum Conſilium:
nequaquam mea opera.
10) M. Freherus pro *therna*, (quod Flacius habet) emendat: *ther namo thar*, quod & Homœoteleuton confirmat. Vnde *gispunot*, non à *spunne*, sed *gispuoni*, Suggestio. Schilter. Freheri lectionem firmat Codex uterque. *Scherz.*
11) Pro: *uuelich* uterque Cod. habet: *uueblib.*
12) Vers. 22. in versione omittendum erat vocabulum: *primogenitum.*
13) Pro *inhabeti* Codex uterque, ut & Flac. MS. legit: *ni habeti*; unde ℣. 25. & 26. ita sunt vertendi:

Ut interim hoc abstineret,
Ne in templo Dei preces funderet.
Scherz.

14) Fre-

Digitized by Google

14 Bithiu ni durafun thera ſun,
thiu thiarna noh ther ira Sun.
Si quam thoh ſo ſie ſcolta,
ſo ther 15 uuizodiz gizalta.
16 So thia fart iru ni uueri tun.
thia daga, thie uuir nu ſagemun;
Siu fuaron fon theru burg uz,
zi themo druhtines hus.
Thes gibotes 17 ſin githantun,
thaz kind ouh thara brahtun.
UUanta uuas iz thegan kind
thes uuibes eriſta kind.
Ih ſcal iu ſagan uuuntar:
iz uuas Gotes ſuntar,
Thaz ſiu ouh furi thaz kind ſar,
18 opphorotun Gote thar,
So ther Uuizod hiaz iz machon,
19 zua dubono gimachon.

Ideoque non indigebant hujus expiationis
hæc virgo nec ejus filius.
Veniebat ſicut debebat,
ut lex id referebat.
Itaque hoc iter ipſis non prohibebant
dies illi, quos diximus.
Proficiſcebantur â civitate
ad Domini domum.
Præcepti ipſius memores,
puerum quoque eo ferentes.
Nænque erat is primarius infans
mulieris primogenitus.
Debeo vobis dicere mirabilia,
quæ erant DEI peculiaria;
Ut ipſi etiam pro puero ſimul
offerrent DEO hic:
Uti lex jubebat id facere,
duas columbas apte.

De Obviatione & Benedictione Symeonis. Luc. 2.

CAP. XV.

THar uuas ein man alter
zi ſalidon gizalter:
Er uuas thiononti thar
Gote filu manag iar;
Er uuas goteforath al
joh rehto er lebeta uberal;
Beitota er thar ſuazo,
thero druhtines giheizo.
Ther Gotes Geiſt ther imo 1 ana uuas
ther gihiaz imo thaz,
Thaz 2 Chriſtus er druagi in henti,
er ſines dagas enti.

Et ecce homo erat in Hieruſalem cui nomen Symeon.

Reſponſum acceperat Symeon a Spiritu Sancto.

HIc erat *Vir Senex*
inter beatos numeratus,
Is erat ſerviens ibi
DEO permultis annis!
Erat DEum timens omnino
& recte vivebat per omnia;
Exſpectabat hic dulciter
Domini promiſſionem.
DEI Spiritus, qui ſuper eum erat
promiſerat ipſi hoc,
Quod Chriſtum portaturus ſit in manibus
Ante ſuæ vitæ finem:

Er

Nec

14) Freherus emendat:

Bithiu ni drafun tharaſun,
Quare non neceſſe habebat eo ire.

Sed *tharaſun* non ſignificat terminum *illuc*, ſed *huc*, idem quod *daher*, ut II, 7. 11. nec adeſt verbum, quod *ire* exprimat. *Schilter.* Pro Freheri Lectione militat uterque Codex, & MSC. etiam Flacianum: *tharaſun* autem ſignificare idem, ac *illuc*, *eò*, patet ex ipſo noſtro Otfrido. Ita II, 9, 80. de Abrahamo filium Iſaacum ad locum cædis deſtinatæ deducente dicitur:

Fuart er ſar tho tharaſun
Then ſelbon ſinan drut ſun.
Ducebat mox tunc eò (in locum cædis)
Illum ſuum charum filium.

Adde V, 18, 12. ubi de Chriſto in cœlum aſcendente legitur:

So er hinafuar nu tharaſun,
Uti abiuit (aſcendit) *nunc* eò.

Mylius in Archæologo Teutone p. m. 163. habet: *Tharaſun* Otfrido *illuc*; à *thar ibi* & *ſun*, particula ſignificante *motum ad locum.* theter Britannis idem, nec ad rem facit, quod in textu nullum adſit verbum, quod *ire* exprimat: nam τὸ *ire* ſæpiſſime per ellipſin omittitur & ſubintelligendum eſt; ita dicimus adhuc hodie: *ich darff nicht dahin*, quod idem eſt ac, *non cogor, vel etiam, non licet, eò, ire.* ubi etiam *gehen, ire* ſubintelligitur. *Scherz.*

15) Pro *uuizod.* Cod. Vind. habet: *Ullizzod*, Verſ. 34. ita reddo: *Uti lex id dicebat ſeu jubebat.* Scherz.

16) Verſus 35. & 36. aptius forte ſic transferuntur:

Cum iter hoc (ſc. ad templum) *ipſi non prohiberent,*
Dies illi, de quibus modo locuti ſumus.

Id eſt, cum dies illi quadraginta effluxiſſent. *Scherz.*

17) Verſ. 39, pro *ſiu* Cod. Vind. habet *ſiu* illi ſc. Parentes. *Scherz.*

18) Cod. Vind. & Vat. habent: *opphorotin.*

19) Verſus 47. ita eſt reddendus: *duas columbas conjuges*, ſeu *par columbarum.* In Verſione Tatiani cap. 7. §. 3. *Inti thaz ſie gabin obphar, after thiu giquetan iſt in euuû Truhtines zua* gimachun *turtilutubun edo zuei tubielin; Et ut darent hoſtiam, ſecundum quod dictum eſt in Lege Domini,* par *turturum, aut duos pullos columbarum.* vid. Palthen. ad Tat. pag. 309. *Scherz.*

Ad CAP. XV.

1) Pro: *imo ana uuas*, Cod. Vind. habet tantum: *mo ana uuas. mo* pro *imo*, per ἀφαίρεσιν ſæpiſſime ponitur. Mallem reddere: *ana uuas*, per: *inerat.* Scherz.

2) Pro: *Chriſtus*, Cod. Vind. habet: *Kriſt.*

3) Cod.

Digitized by Google

Er [3] thothes io ni choreti,
er er then throſt habeti:
Thiu uuihi Gotes Geiſtes
giuuerota inan thes giheizes.
[4] Tho quam ther ſaligo man,
In ſinen dagon uuas iz fram,
In hus, thaz ih nu ſageta,
thar er emmizigon betota.
Muatar thiu guata
thaz kind ouh thara fuarta,
Thar gaganta in gimuato
Symeon ther guato;
[5] Gineig er imo filu fram,
joh huab inan in ſinan arm,
Tho ſprah ouh filu blider,
ther alto ſcalc ſiner.
„ Nu laziſt thu mit fridu ſin, Nunc dimittis.
„ ſo gihiaz mir io thaz uuort thin,
„ Mit dagon ioh ginuhtin,
„ thinan ſcalc, druhtin.
„ UUanta thiu min ougun
„ nu thaz giſcouuotun:
„ Thia heili thia thu uns garotos,
„ [6] er thiu uuorolt uuorahtos.
„ [7] Lioht thaz thar ſcinit,
„ inti alla uuorolt rinit.
„ Joh guallichi githiuto
„ therero Lant liuto.
UUuntoroto ſih tho harto, Erat Pater JEſu & Maria mirantes.
thiu Muater thero uuorto,
Thiu allen then [8] ſtunton
giſprochano uuurtun.
Joh ther thar uuas in uuani
thes kindes fater uuari,
Bithat er ſiu io gilicho,
filu forahtlicho.
Tho uuihta ſiu ther alto,
thar forna iu ginanto,
Joh ſprah ouh zi theru muater
ther foraſago guater:
„ Nim nu uuort minaz
„ in herza Magad thinaz,
„ Joh huges harto vberal,
„ thu thiarna theih thir ſagen ſcal:

Nec mortem experturus,
antequam ſolatium haberet:
Benedictio DEI Spiritus
implevit ipſi promiſſum.
Tunc veniebat beatus vir
in ſuis diebus erat procul provectus (i. in ultima ejus ſenecta)
In domum, quam modo dixi,
ubi aſſidue orabat.
Mater illa bona
puerum etiam adducebat;
Hîc obviabat ipſis gratioſe
Simeon ille bonus,
Inclinatus ipſi è longinquo,
& tollebat ipſum in ſuum brachium,
Tunc dicebat multum lætabundus,
ſenex ſervus ejus:
Nunc dimittis in pace eſſe,
quod promiſit mihi verbum tuum,
Dierum jam ſaturum
tuum ſervum, Domine.
Namque hi mei oculi
jam id viderunt.
Salutem quam nobis præparaſti,
antequam mundum creaſti.
Lumen quod lucet,
& omnem mundum illuminat.
Et gloriam illuſtrem
hujus provinciæ populi.
Mirabatur hîc vehementer,
Mater iſta verba
Quæ omnibus his locis
dicebatur.
Etiam is, qui erat in opinione,
pueri pater (quod) eſſet,
Conſiderabat ea ſingula
multum obſtupeſcendo.
Tunc benedicebat eis ſenex,
antea vobis nominatus,
Et dicebat ad Matrem quoque
ille Propheta bonus:
Accipe nunc verbum meum
in cor, Virgo, tuum,
Et perpende valde per omnia,
Virgo, quæ tibi dicere debeo:

„ Thiz

Hic

3) Cod. Vat. habet: *tothes.*

4) Juxta ℣. 17. Codex Vind. in margine habet: *Et venit in Spiritu in templum.* Vatic. exhibet: *Et venit Spiritus in templum.*

5) Verſum 25. Stadenius in Explic. Voc. Germ. Bibl. p. 455, reddit commode: *Er neiget ſich tief vor ihm.* Scherz.

6) Pro: *er thiu* Cod. Vind. habet: *er du* Vaticanus autem: *er thu, antequam tu.* Scherz.

7) Græc. εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, in revelationem Gentium. Vetus translatio Teutonica MS. *ein liecht zu offenbarunge der Heyden.* h. e. lux, quæ revelabitur gentibus, den Heyden. Sic S. Petrus *I. Epiſt.* 2, 19. ſi quis διὰ συνείδησιν Θεοῦ *propter conſcientiam DEI ſuffert moleſtias.* i. e. *propter conſcientiam DEO* cognitam, vel ob conſcientiam innocentiæ Deo notæ, vel ob conſcientiam, qua Deo verſamur, ut S. Paulus loquitur *Act.* 23. 1. i. e. coram Deo. Ita lux mundi coram gentibus revelanda, non abſcondenda ulterius, ut luceat omnibus. *Matth. V, 15.* Itaque noſter per *illuminare* interpretatur, per Synecdochen effectus pro cauſa. Sicut & φωτίζω Græcis, & revelare & illuminare denotat. *Joh. I, 19.* τὸ φῶς ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον. Quod Joach. Camerarius in Vita Georgii Princ. Anhalt. §. X. ita παραφράζει: *Accenſa lux eſt veritatis cœleſtis ſermone Dei, in tenebris mundi hujus, & propoſita ad omnium illuminationem in natura noſtra, quam Filius Dei induens corpus humanum ſibi adjunxit. Eamque intuentes non aberrant: averſantes autem, aut conniventes, in maxima mala & interitum ipſum deferuntur & ruunt.* Addo: Qui luce hac abutuntur ad licentiam & ſecuritatem peccandi, eorum candelabrum removebitur. Joh. Apoc. 2, 5. & ſervus ſciens voluntatem domini, nec faciens, duplici pœna plectetur.

8) Verſ. 43. pro *ſtunton* Cod. Vind. habet *ſtuntun.*

„ Thiz kind iſt vntar manne Ecce poſitus eſt hic in ruinam.
„ zi manegero falle:
„ Joh then z'irſtantniſſe,
„ [9] thie zi libe ſint giuuiſſe. 60.
„ [10] In ceichan filu hebigaz Et in ſignum cui contradicetur.
„ tho firſprichit man thaz.
„ Thiu fruma iſt hiar irougit,
„ [11] ſo uuemo iz ni giloubit.
„ Druhtin iſt er guater, 65.
„ [65] joh thiarna iſt ouh ſin muater,
„ [12] Er tod ſih anauuentit
„ in themo thritten dage irſtentit;
„ Ferit er' ouh thanne
„ vbar himila alle, 70.
„ Vbar ſunnun lioht,
„ joh allan theſan uuorolt thiot.
„ Er quimit mit giuuelti
„ ſar ſo iſt uuarolt enti;
„ In uuolkon filu hoho, 75.
„ ſo ſcouuon uuir 'nan ſcono.
„ Mit imo iſt ſin githigini,
„ joh engilo menigi.
„ Er habet thar, ih [13] ſagan thir thaz,
„ thing filu hebigaz. 80.
„ Offan duat er [14] tharo,
„ thaz uuir nu helen hiare.
„ Iſt iz ubel odo [15] uuar,
„ vnforholan iſt iz thar.
„ Thie vngiloubige, 85.
„ thie abahont iz alle.
„ Firſprechent io zinoti
„ [16] thie uuundarlichon dati.
„ Joh [17] uuuntont ferah thinaz
„ uuaffan filu uuaſſaz. 90.
„ Bitturu pina Et tuam ipſius animam.
„ thia ſelbun ſela thina.
„ Thu ſihis ſun liaban.
„ zi martolonne ziahan.
„ [18] So riuzit thir thaz herza, 95.
„ thuruh mihila ſmerza.

Hic puer eſt inter homines
in multorum ruinam.
Et his in reſurrectionem,
qui vitæ æternæ ſunt certi.
In ſignum multum grave
etſi contradicitur ei.
Hoc bonum hic apparuit,
cuilibet non creditum.
Dominus eſt ille bonus,
& Virgo ejus mater.
Is mortuus revertetur,
in tertia die reſurget;
Aſcendet etiam exinde
ſupra cœlos omnes.
Supra ſolis lumen,
& omnes mundi gentes.
Is veniet cum potentia,
quamprimum erit mundi finis.
In nubibus prealtis,
videbimus ipſum pulchrum.
Cum ipſo erit ejus ſatellitium,
& Angelorum multitudo:
Exercebit ibi, ego dico tibi hoc,
placitum multo graviſſimum.
Apertum faciet ibi,
quod nunc celamus hic.
Sive ſit malum ſive verum
manifeſtum erit ibi.
Infideles
rejicient id omne
Contradicent imo vehementer
miraculoſis factis his.
Et vulnerabit animam tuam
enſis multum acutus.
Acre tormentum
eandem animam tuam.
Videbis filium dilectum
ad martyrium trahi:
Tunc rumpetur tibi cor
per ſummum dolorem.

„ Thar *Tunc*

9) *Giuuiſſe zi libe, certi de vitâ,* ſc. æternâ acquirendâ. Certitudinem hanc ſalutis S. Paulus ita docet, ad Epheſ. I, 13. Poſtquam credidiſtis in Chriſtum obſignati eſtis Spiritu Promiſſionis ſancto, qui eſt arrhabo hæreditatis noſtræ. Vid. Cap. VI. Tractatus noſtri de Paction. Diuini juris §. VI. *Scherz.*

10) Signum, ſcil. ſalutis; uti ſerpens in deſerto. Joh. 3, 14. Quod non ab omnibus recipitur, ſed reprobatur. Signum Filii Hominis eſt ipſe Filius. Matth. 24, 30. *Schilter.* Cod. Vind. habet: *zeichan*, pro: *ceichan.*

11) *So uuemo.* Forte rectius: *ſo uuem ſo*, h. e. cuilibet. Vel, *ſo uuer ſo, quilibet id non credit,* Sic ſupra I, 3, 66. *ſo uuerſo, quilibet, ſo uuas ſo, quodlibet.* V, 8, 20.

12) Verſum 67. ita redde: *Ille à morte ſe eripiet, liberabit.* Scherz.

13) Pro: *ſagan* Cod. Vind. & Flacius habent: *ſagen.*

14) Pro: *tharo* uterque Cod. habet *thare.*

15) In ℣. 83. *Uuar*, idem eſt ac *bonum.* Scherz.

16) Pro *thie* in Cod. Vind. legitur: *thio.*

17) *UUuntot* habet Cod. Vind.

18) Verſus 95. aliter eſt vertendus: *Riuzen* enim non eſt *rumpere*, reiſſen, ut B. Schiltero viſum eſt, ſed *flere, plorare.* Quo Senſu *riuzen, riazen, riozen* tum apud alios, tum apud Otfridum occurrit. De Chriſto ad ſepulchrum Lazari accedente dicit noſter infra III, 24, 25.

Quam tho Drubtin unſer
Thara riazanter.
Acceſſit Dominus noſter
Ibi plorans.

Et III, 1, 25.

Riuzit *mir thaz herza*
Thaz duat mir iro ſmerza,
Plorat *mihi cor*
Hoc facit mihi illorum (peccatorum) *dolor.*

In Verſ. Tat. c. 23. §. 3. eſt: *Ulle ju thie nu labbet bithiu uuanta ir uuofet inti* riozet; *Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis;* hinc *roz, flebat, lacrymas fundebat* infra V, 7, 2. Unde apparet in vanum dici, quæ habet Palthenius ad Tat. p. 352. Cæterum hos verſus ita ego verto:

Tunc plorabit *tibi cor.*
Propter magnum dolorem. Scherz.

19) Pro

Digitized by Google

„ Thar ſprichit filu manno,
„ thaz ſe er [19] in halun lango.
[20] Giborgan in diu manne, Ut revelentur ex multorum cordibus.
al ougit es ſih thanne. 100.

Tunc eloquentur multi homines,
quæ celarunt ante ſibi diu.
Occultum in hominibus
omne oſtendet ſe exinde.

De Anna [1] Prophetiza. Luc. 2.

Cap. XVI.

ANna hiaz ein uuib thar, [2]
ſi thionata thar manag Jar.
Alt uuas ſi iaro
joh filu manegero.
Si uuas foraſagin guat 5.
zi Gote rihta [3] ſinu muat.
UUitua gimuati,
gihialt ſi fram thio guati
Sid ſi tharben bigan Vixerat cum vito ſuo ſeptem annis. 10.
thes liobes [4] z'iro gomman,
So [5] habeta ſi in githahti,
uuar ſi then droſt ſuahti.
Zi themo Goteshus fuar ſi ſar, [6]
jo [7] leitta s'iro daga thar.
[8] Riuta thar thaz ira ſer, 15.
ni ruahta gommannes mer,
Deda ſi tho then githanc
zi Gotes thionoſte ana uuanc,
Joh thionota io gilicho
thar Gote [9] driunlicho. 20.
Si allo ſtunta betota,
ioh filu [10] oh faſteta:
Gottes uuillen huatta,
ioh [11] dionoſt ſinoz uuahta,
Dages inti nahtes 25.
fleiz ſi thar thes rehtes.

In

ANna dicebatur mulier ibi.
quæ ſerviebat iſthic multis annis.
Provecta erat annis,
iisque permultis.
Erat prophetiſſa bona
ad DEVM dirigebat ſuam mentem.
Vidua tranquilla
tenax erat maxime boni (juſti)
Poſtquam carere cœperat
dilecto honorato marito:
Habebat in cogitatione,
unde ſolatium quæreret.
Ad Dei domum ibat illico.
& ducebat ſuos dies ibi.
Pœnitebat ibi de commiſſis valde,
nec curabat virum ulterius.
Faciebat (hic) cogitationes (ſuas)
ad Dei cultum ſine ceſſatione,
Et ſerviebat æqualiter
ibi DEO trinuni.
Singulis horis orabat,
& multum jejunabat:
DEI voluntatem cuſtodiebat,
& cultui ſuo invigilabat,
Die noctuque
ſtudebat hic recto.

In

19) Pro *in halun* Cod. Vind. imò ipſe Flacius habet *iu halun*, & rectiſſime quidem: redde itaque Verſum 98. hunc in modum: *Quod antea Vos celarunt diu.* Scherz.

20) Verſum 99. & 100. ita exhibet Cod. Vind:

Giborgan nid in manne
Al ougit er ſih danne.

Quod ita transfero:

Occultum odium in hominibus
Omnino manifeſtabit ſe tunc. Scherz.

Ad Cap. XVI.

1) Pro *Prophetiza* MS. Flacianum habet: *Prophetizza*; aſt rectius God. Vind. *Prophetiſſa.*

2) In margine juxta Verſum primum pone ex Cod. utroque: *Et erat Anna Prophetiſſa.* Scherz.

3) Pro *ſinu* ſubſtitue ex Cod. Vind. *ſi iru.* Flacius habet: *s'iru.* Scherz.

4) Pro *z'iro* Cod. Vind. diſtincte: *zi iro.*

5) Pro *habeta* Cod. Vind. exhibet; *habata.*

6) In Cod. Vind. & Vat. ad marginem Verſus 13. extat: *Non diſcedebat de templo.*

7) Pro: *leitta s'iro* Codex Cæſareus habet: *leita ſi iru.*

8) Pro: *Riuta* Flacius habet: *Kuinta.* Sed legendum ex Cod. utroque: *Kumta: Kumen* idem eſt ac *flere*, hinc noſter infra IV, 26, 58. verba Chriſti: *Filiæ Jeruſalem nolite flere ſuper me*, ita exprimit:

Ni riazet ir thaz minas lib,
Ni kumet tod minan.

Non plorate meam vitam,
Nec flete mortem meam.

Ita V, 7, 37. Angelus ad Mariam, ob non inventum in ſepulcro corpus Chriſti plorantem, ita alloquitur.

UUib ziu kumiſt thar,

quo ipſo verba marginis; *Mulier quid ploras?* exprimuntur. Belgis: *kuymen*, eſt gemere, vid. Kiliani Etymol. Verſus itaque 15. hunc in modum eſt traducendus:

Deplorabat ibi ſuam infelicitatem. Scherz.

9) *Driunlicho* non habet Codex Vindob. ſed: *driulicho*, quod idem eſt ac, *fideliter*, *treulich*, ita ſupra I, 3, 90. *gidriuuen* habuimus pro *fidelibus.* Scherz.

10) Pro: *oh* legendum eſt: *ouh*, quod habet Cod. Vind.

11) Pro *dionoſt ſinaz uuahta* uterque Codex habet: *thionoſt ſinaz uabta.* Ipſe etiam Flacius legit: *uabta*, quod idem eſt ac: *ſervitium ejus exercebat.* Pro *Uabta* hodie dicimus *übte.* vid. I, 12, 58. *Scherz.*

Digitized by Google

In iugundi uuard ſi uuitua:
mit thiſu [12] ir altera
Tho quam ſi in theſen ſtunton
[13] th'ih zalta bi then alton.
[14] Thaz [15] kindlin ſi thar giſah,
ioh lob ouh [16] druhtine ſprach.
Si kundta tharſo s'z uuas,
thaz in thiu fruma queman uuas.
Salida zi libe,
gommann int uuibe,
Alte ioh iunge,
[17] in thiu er tharzua githinge,
Niotot er ſih libes,
joh euuiniges liobes.
So ſiu tho thar irfultun,
ſo in thio buach gizaltun,
Sie flizzun ſarthes ſinthes
thes iro heiminges.
Thaz [18] kinda uuahs vntar mannon
ſo lilia vntar thornon.
So bluama thar in crute,
ſo ſcono theh zi guate.
UUizzi thehe 'mo ana ſar,
thaz uuas [19] gilumflih in uuar.
Sih uuisduames irfulta,
ſo Gotes Sun ſcolta.
Gotes Geiſt imo anauuas,
ni [20] tharftu uuuntoron thaz:
[21] UUanta iz uuas imo ana henti
zi ſineru giuuelti.

Et hac ipſa horâ ſuperveniens.

Et ut perfecerunt omnia,

Puer autem creſcebat.

In juventate fiebat vidua:
in ſenectute hac ſua
Veniebat hac hora,
quam dixi de ſene (Simeone)
Puerum ibi videbat,
& laudem DEO dicebat.
Prædicabat hic quod erat,
quod eis ſalus veniſſet,
Salus vitæ,
viris & fœminis,
Senibus & juvenibus.
& quem is ad hoc invitet,
Fruatur vitâ
& æternâ gratiâ.
Quum itaque perfecerunt,
quæ in libro (ſacro) relata ſunt,
Operam dabant itineri
ad ſuam patriam.
Puer creſcebat inter homines
ut lilium inter ſpinas,
Ut flos in herba (gramine)
ſic pulchre prævalebat in bonum.
Intelligentia accreſcebat ipſi ſtatim,
hoc erat congruum profecto.
Se ſapientia implebat,
prout DEI filius debebat.
DEI ſpiritus in ipſo erat,
nec opus (eſt) mirari hoc:
Nam id erat ipſi in manibus,
in ſua poteſtate.

---

12) Pro *ir altera* Codex Cæſareus habet: *ir alteta.* Melius Vaticanus conjunctim: *iralteta*, i. e. *cum hoc*, ſeu *in hoc ſtatu* ſc. Viduitatis *conſeneſcebat.* Scherz.

13) Pro: *th'ih* Cod. Vind. diſtincte habet: *thi ih.*

14) Verſum 29. & 30. ita reddo:

Tunc veniebat illa eo tempore,
Quod nominavi, ad Senes.

nempe ad Simeonem; ut & Joſephum ad Mariam, qui reſpectu Chriſti, recens nati, Senes dicuntur. *Scherz.*

15) Pro: *kindlin* Cod. Vind. ſiſtit: *kindilin.*

16) Pro: *drubtine* idem Cod. habet: *drubtines.*

17) Verſum 38. & duos ſeqq. ita transfero:

Siquidem eò contendat, laboret,
Gaudet ille vitâ
Et æternâ gratiâ.

In thiu pro *ſiquidem*, etiam occurrit infra IV, 19, 24. ubi legitur: in thiu *ſies fragen wolles*, ſiquidem modo *illos interrogare velis. Githingen* eſt *contendere, laborare, collimare aliquo.* Ita legitur infra IV, 37, 65.

Job uuir thaz mari bringen,
Then thara zua githingen.
Ut etiam hujus rei nuncium afferamus,
Illis, qui eò contendunt.

Eodem ſenſu, *thingen* uſurpatur III, 1, 47. ubi legitur:

Ih muaz thingen *zi thiu.*
Debeo contendere, allaborare *eò.*

Nioton, eſt *gaudere, delectari, frui, nieſzen, genieſzen.* Infra V, 6, 27. occurrit: *Niot*, pro *gaudio, delectatione*, apud Willeram. II, 4. eſt: *Niedet mich, delectat me*, apud eundem II, 21. *aller niudeſt, ſuaviſſimum.* Hodie ſupereſt: niedliche ſpeis, cibus delicatus, ſuavis. *Scherz.*

18) Pro: *kinda uuahs*, uterque Codex, imò & MSC. Flacianum habet: *kind uuuahs.*

19) Cod. Vind. habet: *gilumplih.*

20) Pro: *tharftu* Cod. Vind. habet: *thar ſi thu.*

21) Pro: *uuanta* Cod. Vind. habet: *uuant.*

Digitized by Google

De Stella & Adventu Magorum, Matth. 2.

CAP. XVII.

N'iſt man nihein in uuorolti,
thaz ſaman al irſageti
UUio manag uuuntar uuurti
zi theru druhtines giburti,
Bi thiu thaz ih irdualta,
thar forna ni gizalta,
Scal ih iz mit uuillen
nu ſumaz hiar irzellen.
Thoh druhtin [1] Chriſtus giboran uuard,
thes mera ih ſagen nu [2] nit thar,
Thaz blidi uuorolt [3] uuurti
theru ſaligun giburti.
Thaz ouh gidan uuurti,
ſi in euuon ni firuuurti,
Iz uuas iru anan henti,
tho det es druhtin enti.
Tho quam [4] oftana in thaz lant,
[5] thie irkantun ſunnun fart.
Sterrono giruſti,
thaz uuarun iro [6] liſti.
Si [7] eiskotun thes kindes
ſar io thes ſindes
[8] Jo kundtun ouh tho mari,
thaz er ther kuning uuari.
UUarun fragenti,
uuar er giboran uuurti.
Joh batun io zinoti,
man in iz zeigoti.
Si zaltun ſeltſani,
joh zeihan filu uuahi,
UUuntar filu hebigaz,
uuanta er ni horta man thaz,
Thaz io fon magad burti
man giboran uuurtti.
Inti ouh zeichan ſin ſconaz
in himile ſo ſcinaz.
Sagetun, thaz ſie gahun
ſterron einan ſahun,

Cum natus eſſet JEſus in Bethlehem Judæa.

Joh

NOn eſt quisquam in mundo,
qui ſimul omnia enarret,
Quam multa mirabilia facta
in Domini nativitate.
Ideoque, quod ego tardavi,
ſupra nec recenſui,
Debeo ego libenter
nunc aliqua hic enarrare.
Cum Dominus Chriſtus natus eſſet,
(de quo plura dicere amplius non eſt)
Ut gaudens orbis fieret
de beata nativitate.
Ut etiam (ſatis) factum foret,
ille (mundus) in ævum ne periret:
(Ut) eſſet ei in manibus,
cum faceret id Dominus ad exitum (adimpleret)
Tunc veniebant (Magi)
qui recognoſcebant ſolis ortum:
Stellarum poſitus,
hæc erant ipſorum artes.
Hi ſcrutabantur puerum
imo & viam
Prædicabant quoque tum publice,
quod hic Rex ille eſſet;
Erant interrogantes
ubi is naſciturus eſſet.
Et petebant anxie
ut ipſis indiceretur.
Narrabant mirabilia,
& ſigna multa memorabilia,
Miracula multa magna;
nam ante nunquam audita ea,
Ut ita â virginis partu
homo natus eſſet,
Atque & ſignum ejus pulchrum
in cœlo ſic appareret.
Dicebant: quod ſubito
ſtellam aliquam vidiſſent;

Imo

Ad CAP. XVII.

1) Pro: *Chriſtus* Codex Vindob. habet: *Kriſt*; id quod alibi etiam ita eſt.

2) Pro *nit thar* Cod. Vind. & Vat. habent: *ni tharf.*

3) Recte τὸ *uuurti* hic Schilterus reddit per τὸ *fieret*; *wurde* hodie dicimus. Perperam autem hunc verſum ita transfert Loccenius in Antiquitatibus Sueo-Gothicis cap. 20. *Lætum mundi germen.* Quaſi *uuurti* eſſet ſubſtantivum, & *herbam germen* hic ſignificaret. *Scherz.*

4) Pro *oftana* Freherus legit: *oſtana*, Orientales. Certe non reputavit Eccleſia Francica & Alemannica Magos fuiſſe Reges, ſed ſapientes. ℣. 82. h. Quæ traditio forte inde habet originem, quod quod Marcellinus tradit lib. XXIII. ſeptem Magos Imperium Perſarum occupaſſe; de quo vid. Val. Max. lib. I. c. 9. Rutgers lib. I. var. 8. *Oſtana* autem videtur non eſſe Nomen, ſed adverbium, *von Oſten*, *ab Oriente*. vid. Tatian. cap. 8. §. 1. *Schilter.* Legendum eſſe *quamun Oſtana* apparet ex utroque Cod. recte autem Celeberr. Schilterus *Oſtana* dicit eſſe adverbium, atque idem denotare ac: *ab Oriente*. Apud eundem, quem allegat, Tatianum, cap. 47. §. 7. legitur: *oſtana inti ueſtana*, ab oriente & occidente. In Gloſſis Florentinis MSS. *Oſtan*, *Oriens*. Scherz.

5) Verſum 17. & tres eum ſequentes Celeberr. Stadenius in Expl. voc. Bibl. Germ. ita optime transtulit p. 407. *Do kamen von oſten her in das Land, die der Sonnen Gang erkanten, der Sternen ihre Geſtalt, das waren ihre Künſte.*

6) In ℣. 20. Roſtgaardius mallet legi in MSS. *luſti* pro: *liſti*, ut ſenſus ſit, *aſtrorum ſtudium ipſis fuiſſe in deliciis.* Sed *liſti* æque quadrat; nam *liſt* veteribus eſt *ars*. Gloſſæ Keronis: *Liſt*, *Ars*: *Liſtaro*, Artifices. *Scherz.*

7) Pro: *eiskotun* Vindobonenſis habet: *eiſcotun*, & & pro: *findes*, *finthes*.

8) Cod. Vind. habet: *Joh.*

Digitized by Google

Joh datun filu mari,
thaz er ſin uuari.
„ UUir ſahun ſinan ſterron, Vidimus enim ſtellam ejus in Oriente.
„ thoh uuir thera burgi irron.
„ Joh quamun thaz uuir betotin,
„ ginado ſino thigitin.
„ [9] Ofter filu ferro
„ ſo ſcein vns ouh ther ſterro.
„ Iſt iaman hiar in Lante,
„ es iauuiht thoh firſtante.
„ Giſtirri zaltun uuir io,
„ ni ſahun uuir n'an er io.
„ [10] Bithiu birun uuir nu gieinot,
„ er niuuan kuning [11] zeinot.
„ So ſcribun vns in Lante
„ man in uuorolti alte; Daniel.
„ Thaz ir vns ouh gizellet,
„ uuio is in iuo [12] buah ſinget.
So thiſu uuort tho gahun
then kuning anaquamun,
[13] Hintarquam er harto Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt.
thero ſelbe uuorto;
Joh manniliches houbit
uuard es thar gidruabit;
Gihorton ungerno
thaz uuir nu niazen gerno.
Thie buachara ouh tho thare Congregans omnes Principes Sacerdotum.
giſamanota er ſare.
Si uuas er fragenti,
uuar Chriſtus giboran uuurti;
Er ſprah z'en Euuarton
ſelben theſen uuorton.
Gab armer ioh ther richo,
antuuurti gilicho.
Thia burg nantun [14] ſie ſar, At illi dixerunt Bethlehem Judæ.
in feſtiz datun alauuar,
Mit uuorton then er thie altun
foraſagun zaltun.
So er giuuiſſo thar bifand [15] uuar,
druhtin Chriſtus giboran uuar.
That er ſar infeſti,
mihilo unkuſti.

[16] Z'imo

Imo faciebant multum clarum,
quod ea ipſius eſſet.
Vidimus ejus ſtellam
ſed nos civitatem ignoramus.
Et venimus, ut adoremus,
gratiam ejus ambiremus.
In Oriente multum procul
apparuit nobis ſtella.
Eſtne quis hic in regione,
qui aliquid hujus intelligat?
Stellas recenſuimus utique,
nunquam vidimus hanc antea,
Ideoque nunc ſtatuimus,
honorem novo Regi exhibere.
Sic ſcribunt nobis in regione (noſtra)
viri in mundo veteri.
Quod vos nobis quoque referatis,
quomodo id in veſtro libro ſonet.
Cum hæc verba ita celeriter,
regi (ad aures) venirent,
Obſervabat hic accurate
ipſa illorum (accerſitorum) verba;
Et quodlibet caput (omnes principes civitatis)
tunc turbabatur.
Audiebant illibenter,
quo nos nunc fruimur libenter.
Scribas quoque ad ſe
congregabat is illico.
Hos interrogabat:
ubi Chriſtus naſciturus ſit?
Dicebat ad Sacerdotes
eadem verba.
Dabat pauper & dives
reſponſum ſimiliter:
Civitatem nominabant illico
confirmarunt idem per omnia
Verbis, quibus olim antiqui
Prophetæ retulerunt.
Cum ille certo jam deprehendiſſet verum (eſſe, quod)
Dominus Chriſtus natus eſſet,
Meditabatur is ſtatim firmiter
magnum ſcelus.

Ad

9) Verſ. 45. Freherus emendat: *Oſtar filu ferro procul in Oriente.* Schilt. firmant hanc emendationem Codex Vind. & Vat. in Flaciano MSS. legitur: *oftar.* Scherz.

10) Verſ. 51. & 52. ita reddi debet:

Quare ſumus nos nunc conſentientes. i. e. unanimiter credimus, ſentimus,
Quod illa (ſtella) *novum Regem ſignificet.*

Einon enim non ſignificat *ſtatuere*, ſed *conſentire, convenire inter ſe*, einig ſein. Conf. ſupra I, 9, 19.

11) *Zeinot* non eſt infinitivi præſens, ſed tertia perſona ſingularis præſentis Indicativi: nec *zeinon* denotat *exhibere*, ſed *ſignificare, indigitare.* ita: *zeinent* pro: *ſignificant*, eſt infra I, 27, 104. *Scherz.*

12) Per *buah* intelligitur *Liber Sacer.* dicuntur enim *thie buach κατ' ἐξοχὴν* Scripturæ Sacræ, ut Græcis & Latinis Biblia. vid. Gloſſar. meum voc. *Buach.* Atque pro: *iz iuuo*, quod Flacius habet, legendum *in iuo*, in veſtro ſc. Judæorum. *Schilter.*
Nullâ hic opus correctione; ſenſus ſatis planus eſt. Quod *id veſtri Libri cantent*, ideoque Verſum 55. & ſeq. ita reddendum judico:

Id quod & vos nobis narratis,
Quod illud veſtri Libri cantent. Scherz.

13) Verſ. 59. *hintarquam er* &c. Ex iis, quæ dixi ad I, 4, 45. liquet hos duos verſus ita eſſe exprimendos:

Terrebatur valde
Illis verbis. Scherz.

14) Verſ. 73. Cod. Vind. pro: *ſie* habet: *ſe.*

15) Hoc *uuar* transferendum eſt in caput ſequentis verſus, uti apparet ex utroque Codice; itaque verſus hi ita ſunt legendi:

So er giuuiſſo thar bifand
UUar *drubtin kriſt giboran uuard.*
Cum certò tum cognoviſſet,
Ubi *Dominus Chriſtus natus eſſet.*
Scherz.

16) Pro

Clam vocavit Magos.

16 Z'imo er ouh tho ladota
thie uuiſun man 17 th'ih ſageta.
Mit in 18 iſt guater thingon,
jo filu halingon.
Thia zit 19 eisgota er fon in,
ſo ther ſterro giuuon uuas queman z'in.
Batſi e iz ouh biruahtin,
bi thaz ſelba kind irſuahtin.
Giduet mih, quad er, anauuart,
bi thes ſterren fart.
So faret eiskot thare
bi thaz kind ſare.
Et mittens illos in Bethleem.

Sin eiskot 20 io gilicho,
jo filu giuuaraliccho,
Sliumo duet ouh 21 thane
iz mir zu uuizzanne:
Ih 22 uuillu faran beton 'nan,
ſo riat mir filu manag man.
Thaz ih tharzua 23 thinge
joh imo ouh geba bringe.
Loug ther uueniga man,
er uuankota filu thar fram.
Er uuolta 'nan irthuesben,
joh vns thia fruma irlesgen.
Qui cum audiſſent Regem, abierunt,

Thaz imbot ſie gihortun,
joh iro fertin iltun.
24 Irſcein in ſar tho ferro
ther ſeltſano ſterro.
Sie blidtun ſih es gahun,
ſar ſi'nan giſahun,
Joh filu frauualicho
ſin uuartetun gilicho.
Leit er ſie tho ſcono,
25 thar thaz kind uuas frono;
Mit ſineru ferti
uuas er iz zeigonti,
Et intrantes domum.

Thaz hus ſie tho giſahun,
joh ſar thara inquamun.
Tha uuas ther ſon guater
mit ſineru muater.
Fialun ſie tho fram hald, 26
thes guates 27 uuaretun ſie bald,

Ad ſe tum invitabat
ſapientes viros, quos dixi,
Cum iis bono erat animo,
& multis cum inſidiis.
Tempus perquiſivit is ab eis,
quo ſtella ſolita erat apparere ipſis:
Rogabat eos quoque curioſe (curarent)
ut de hoc puero inquirerent.
Faciatis me, inquiebat, certiorem
de ſtellæ curſu;
Pergite, ſcrutamini hinc
puerum illum illico:
Ipſum inquirite ſimul (non ſinguli & ſeorſim)
& multa curioſitate (circumſpectione)
Confeſtim facite etiam abinde
ejus me certiorem,
Volo ire ad adorandum eum,
ſic ſuadent mihi plurimi,
Ut ego eo placitum convocem,
atque ipſi quoque donum offeram.
Mentiebatur vilis homo,
recedebat abinde valde procul.
Volebat ipſum occidere,
& nobis hoc bonum extinguere.
Hoc mandatum audiverant
& ſuum iter feſtinabant.
Apparebat ipſis ſtatim procul
illa, rara ſtella.
Gaudebant confeſtim
ſimulac illam videbant,
Et valde lætabundi
eam obſervabant ſimul.
Ducebat eos pulcherrime,
ubi puer erat ſanctus;
Per ſuum curſum
erat id oſtendens.
Domum ecce videbant
& ſtatim eo intrabant:
Hic erat ille puer optimus
cum ſua matre.
Cadebant proni
bonum attendebant illico,

Thaz *Puerum*

16) Pro *z'imo* Cod. Vind. habet diſtincte: *zi imo.*
17) Pro *th'ih* idem Cod. legit: *the ih.*
18) In Verſu 84. pro *iſt guater* Cod. Vind. habet: *giſtuant er.* Vaticanus autem: *giſtuat er.* Unde illum & ſequentem verſum ita transfero:

Cum illis ſuſcepit Colloquium
Certe multo occulte. Scherz.

Giſtuat (pro quo etiam reperitur *giſtuant*) idem eſt ac *ſuſtinuit, cœpit, ſuſcepit.* ita II, 6, 80. de Adamo dicitur: *thaz er lougnan* giſtuat, *quod mentiri* ſuſtineret. conf. ſupra I, 9, 45. *Thingon* pro *loqui* non infrequenter uſurpatur, ita infra V, 16. 53. de diſcipulis Emaunticis dicitur:

Bigondun thingon *tho untar in.*
Incipiebant loqui *tunc inter ſe.*

Et ℣. 58. ibid.

Unz er thingota *mit in,*
Quamdiu loquebatur *cum ipſis.* Scherz.

19) Pro: *eisgota* Cod. Vind. habet: *eigiſcota.*
20) Pro: *jo gilicho* Cod. Vind. exhibet: *jo licho.* Sed Flacianus textus videtur eſſe præferendus. *Scherz.*
21) Pro: *thane* lege: *thanne.* Ita enim habet Codex uterque, imò & ipſum MSC. Flacianum.
22) Pro: *uuillu* Cod. Vind. fiſtit: *uuullu.*
23) Verſu 99. Cod. Vind. legit: *githinge.* Ita autem ille eſt vertendus:

Ut ego eò tendam, ſeu proficiſcar.

De voce *githingen* vid. notata ſupra ad I, 16, 38. Schilterus arbitratus, uti ex ipſius Verſione apparet, per *thinge* intelligi *Placitum, Conventum,* hæc ad h. l. annotat: Fingit Herodes & ſimulat novum Regem ſeſe agnoſcere velle, & ob id Placitum ſeu Conventum Procerum Regni convocaturum, ut omnes ipſum inthroniſarent. *Scherz.*
24) Pro *irſcein* Cod. Vat. & MSC. Flac. habet: *yrſcein.*
25) Cod. Vind. *thar uuas thaz kind frono.*
26) In margine verſus 121. in utroque Cod. legitur: *Et procidentes adoraverunt eum.*
27) Pro: *uuaretun.* Codex Vind. ut & Flacius habent: *uuarun.* Cum autem *uuarun* non ſignificet *attendebant,* ſed *erant,* arbitror *bald* non reddendum eſſe per τὸ *illico,* ſed per τὸ *confidentes.* Id enim vox *bald* Majoribus noſtris denotavit. Gl. Boxhornii: *baldlihho,* confidenter. Gl. Lipſii: *bald,* fiducialiter. Supra I, 1, 124. *balde* habuimus pro *audacibus,* unde verſus 121. ita transferendus erit: *in bono erant confidentes.* i. e. fiduciam certam habebant ſe hic inveniſſe bonum, fontem ſalutis. *Scherz.*

28) Pro

Thaz kind ſie thar tho betotun,
joh huldi ſino [28] thigitun.
[29] Indatun ſie tho thare,
thaz iro dreſo ſare. Et aperis theſauris ſuis.
Rehtes ſie githahtun,
thaz ſi'mo geba brahtun:
[30] Myrrum inti UUirouh,
joh gold ſcinentaz ouh
Geba ſilu mara,
ſi ſuahtun ſine uuara.

Puerum itaque adorabant,
& gratiam ejus ambiebant.
Aperiebant tunc illi
ſuos theſauros illic.
Juris erant memores,
quod ipſi dona ferrent:
Myrrham atque thus
itemque aurum ſplendens,
Munera valde magna,
hi quærebant ejus fidem (gratiam, protectionem.)

Myſtice.

[1] CAP. XVIII.

IH ſagen thir thaz in uuara
ſie mohtun bringan mera:
Thiz uuas ſus gibari,
[2] theis geiſtlichaz uuari.
[3] Kundtun ſie vns thanne,
ſo uuir [4] firnemmen alle,
Gilouba [5] in girihti,
in theru uuuntarlichun gifti,
[6] Thaz er urmari
vns euuarto uuari.
Ouh kuning in giburti,
jo b'unſih dot uuurti.
Sie uuurtun ſlafente, Et ammoniti in ſomnis.
fon engilon [7] gimanonte:
[8] In droume ſie in zelitun.
then uueg ſie faran ſcoltun.
Thaz ſie ouh thes ni [9] thatin,
themo kuninge ſih nahtin,
Noh ni kundtin thanne
thia fruma themo manne.
Tho [10] fuaran thie ginoza [11]
andara ſtraza,
Harto ilente,
zi einigemo Lante.

EGo dico tibi hoc revera
poterant offerre plura:
Hoc fuit ita congeſtum
quod myſticum eſſet.
Significant nobis exinde,
quod nos intelligamus omnes,
Crede per anagogen
de hac mirabili donatione;
Quod is ſummus (opt. max.)
nobis ſacerdos eſſet: (thus)
Et rex de nativitate, (aurum)
atque pro nobis moreretur (myrrha)
Ipſi dormientes
ab Angelis admonebantur:
In ſomnio hi iſtis referebant
viam qua ire debebant.
Utque nec hoc facerent
Regi ut appropinquarent,
Nec renunciarent inde
bonum (Salvatorem) iſti homini.
Tunc ibant hi conſortes
aliâ viâ,
Vehementer feſtinantes
ad propriam terram.

Myſti-

28) Pro: *thigitun* Cod. Vind. habet: *thigetun*.
29) Verſ. 125. & ſeq. curatius ita reddo:
Aperiebant illi tunc ibi
Suos theſauros cito. Scherz.
30) In Cod. Vind. eſt: *Myrrun*.

Ad CAP. XVIII.

1) Caput XVIII. in Cod. Vind. hic non incipit, ſed demum infra poſt ℣. 24.
2) In verſu 4. Editionis Flacianæ pro *Theis* lege ex Cod. Vind. imò & MSC. Flaciano: *Theiz*. Cæterum hunc & præcedentem verſum ita interpretor:
Hoc ita fuit geſtum,
Ut ſpirituale eſſet.
i. e. ut nobis aliquid ſpiritualis ſignificaret. *Scherz.*
3) Verſum 5. & tres ſequentes aptius ſic reddiderim:
Significaverunt illi (Magi) *nobis tunc,*
Uti intelligimus omnes.
(*Crede* [id] *in rectitudine* ſ. recte)
In mirabilibus donis. i. e. per dona mirabilia, quod &c. *Scherz.*
4) Pro *firnemmen* ℣. 6. Cod. uterque legit: *firnemen*.
5) *In girihti* ſæpius occurrit pro *in rectitudine, recte*, vid. I, 23, 51. & II, 2, 33. & III, 7, 151.
6) S. Hieronymus hic: Pulcherrime munerum ſacramenta. Juvencus Presbyter uno verſiculo comprehendit:
Thus, Aurum, Myrrham, Regique, Hominique, Deoque
Dona ferunt.
Floruit is ſub Conſtantino M. teſte eodem, libro de Scriptor. Eccleſ.
7) Pro *gimanonte* lege in ℣. 14. ex Codice utroque: *gimanote*.
8) Verſus 15. & ſeq. rectius ita traducitur:
In ſomnio illi (Angeli) *ipſis* (Magis) *indicabant,*
Quod iter inire deberent. Scherz.
9) Pro *thatin* Codex uterque & MSC. Flacianum habet: *thahtin*, i. e. *cogitarent*, gedächten, ſc. quod velint iterum accedere Herodem.
10) Pro *fuaran* Cod. uterque, ut & MSC. Flacianum legunt: *fuarun*.
11) In margine verſus 21. in utroque Cod. legitur: *per aliam viam reverſi ſunt*.

9) Pro

Digitized by Google

Myſtice.

[12] Manot vnſih thiſu fart,
thaz uuir es uueſen anauuart.
UUir vnſih ouh biruahen,
int eigan Lant ſuachen.
Thu ni biſt es, uuan ih, uuis;
thaz lant thaz [13] heiſt paradys.
Ih [14] mag es lobon harto,
ni [15] girimit mih thero uuorto.
Tho mir megi lidolih
ſprechan uuorto gilih,
Ni mag ih thoh mit uuorte
thes lobes queman zi ente.
Ni biſt es io giloubo,
ſelbo thu iz ni ſcouuo.
Ni mahtu iz ouh noh thanne
irzellen iomanne.
Thar iſt lib ana tod,
[16] lioht ana finſtri.
Engilichaz kunni,
ioh euuinigo uuunni.
UUir eigun iz firlazan,
[17] thaz mugun uuir io riazan.
Joh [18] z'enin heimon,
Jo emmizzigen uueinon.
UUir fuarun thanana noti,
thuruh ubarmuati.
Irſpuan vnſih ſo [19] fallo
ther vnſer muatuuillo.
Ni uuoltun uuir [20] gilos ſin,
[21] harto uuegen uuir es ſcin.
Nu riazen elilente
in fremidemo lante.
[22] Nu ligit vns umbitherbi,
thaz vnſer adalerbi.

Monet nos hoc iter,
ut nos ad id ſimus intenti,
Nobis etiam curam adhibeamus,
& propriam terram quæramus.
Tu nec es ejus rei, opinor, intelligens,
illa terra vocatur Paradiſus: 2. Cor. XI, 4.
Ego quam potero laudare diligentiſſime,
nec ſuppetent mihi (tamen) verba.
Etſi mihi poſſibile articulatim
eloqui verba æqualia,
Nec poſſim tamen verbis
hujus laudis venire ad finem.
Nec ejus rei credulus,
ipſe tu eam ni videris.
Nec es poteris id etiam poſtea tamen
referre mortalibus.
Ibi eſt vita absque morte,
lux ſine tenebris;
Angelicum genus,
& æternum gaudium.
Nos habemus id relictum (deſeruimus)
hoc oportet nos deplorare;
Imo illuc repatriare
perpetuo plorando.
Abivimus inde omnino
propter ſuperbiam.
Perſuaſit nobis ſic clanculum (obrependo)
noſtra malitia.
Non volebamus auſcultare (obedire)
valde apparet iſtud, (adhuc)
Nunc ploramus exules
in aliena regione.
Nunc jacet nobis improbis,
illud noſtrum nobile (alode, nobilis hereditas)

Ni — *Non*

---

12) Cum Verſu 25. incipit Codex Cæſareus Caput XVIII. rectius id fuiſſet inceptum prius per verſum: *ſie uuurtun ſlafente.* Scherz.

13) Pro: *heiſt*, quod recentius eſt, Codex uterque habet: *heizit.*

14) Pro: *mag es* Cod. Vind. ponit: *meg iz.* Vat. autem: *mag iz.*

15) Pro: *girimit* Cod. uterque habet *girinnit. Girinnen* eſt fluere, ſcilicet Otfridus noſter dicere velle videtur, quod, quamvis gaudia Paradiſi laudibus admodum extollat, tamen verba non fluant ſufficienter, & ita, ut rem ſatis exprimant. *Scherz.*

16) Codex Vind. pro: *Liobt* exhibet: *Liebt.*

17) Verſ. 46. ita reddendus: *Hoc oportet nos ſemper* (indefinenter) *deplorare.* Supra vox *io* pro *ſemper* etiam occurrebat, nempe I, 4, 120. *Scherz.*

18) Pro: *zenin heimon* Codex Vindob. habet: *zen in heimon.* videtur autem *in* & *heimon* eſſe compingendum in unum vocabulum, ita ut *zen* denotet *ad illas*, prout occurrebat ſupra I, 17, 69: *zen euuarton*, ad ſacerdotes. Adde III, 7, 178. *Inheimon* autem ſignificat *loca patria*, wo man einheimiſch iſt. Invenitur autem hoc ſenſu *inheimon* cum accentu & conjunctum in utroque Cod. infra V, 9, 39. Verſus itaque 47. & 48. ita vertendus eſt:

Et ad illam Patriam (cœleſtem)
Semper ploremus. i. e. plorantes tendamus. *Scherz.*

19) Pro: *fallo* Cod. Vind. legit: *Stillo*, clandeſtine. Rhythmo magis convenit hoc poſterius. *Scherz.*

20) Verſ. 54. pro: *gilos ſin* lege ex Cod. Vind. *giloſſin.* Quod *giloſſin*, *giloſan* idem eſt ac *audire.* vid. Celeberr. Staden. in Specimine Antiquit. Francic. p. 23. n. 10. *Scherz.* Hodiedum ap. Suevos *loſen* eſt *attendere*, *auſcultare. Anon.*

21) Verſ. 55. in Cod. Vind. ita legitur:

Harto uuegen uuir es cin.

Arbitror autem *cin* idem eſſe ac *zin*, quod ſupra habuimus I, 4, 159. & I, 7, 42. ac idem eſt ac: *zu ihnen.* Eodem modo *cir* legitur in Rhythmo de S. Annone II. pro: *zu ihr.* Verſum autem hunc quia *uuegen*, ire, denotat, ita reddo:

Duriter imus ad illas, nempe, *inheimon*, domicilia cœleſtia.

Ad hanc interpretationem moveor per locum, qui eſt infra IV, 1, 92. *Scherz.*

22) Verſus 58. & 59. Celeberrimus Stadenius in Explic. Voc. Bibl. Germ. p. 182. reddit: *nu lieget uns ohn nüzen unſer eigenthumliches Erbe. Adalerbi* quidem in genere *Hæreditatem* denotat, uti etiam apparet ex III, 1, 80. & IV, 6, 15. non incommode tamen hic emphaſin vocis *Adal*, quæ *primarium, præcipuum* ſignificat, ita expreſſeris, ut *Adalerbi* reddas per *Hæreditatem primariam*, quam primariò quærere & æſtimare debemus. *Scherz.*

Ni niazen ſino guati,
ſo duat vns vbarmuati.
Tharben uuir nu [23] leuues
libes filu maneges.
Joh thulten hiar nu noti,
bittero ziti.
Nu birun uuir mornente,
mit ſeru hiar in Lante.
In managfalten uuunton,
bi vnſeren [24] ſtunton.
Arabeiti [25] manago,
ſint vns hiar io garauuo
[26] Ni uuollen heim uuiſon
uuir uuenegon uueiſon.
[27] UUolaga elilenti,
harto biſtu herti.
Thu biſt harto filu ſuar,
thaz ſagen ih thir in ala uuar.
[28] Mit arabeitin uuerbent,
thie heiminges [29] tarbent.
Ih haben iz funtan in mir,
ni fand ih [30] liebos uuiht in thir.
Ni fand in thir ih ander guat,
ſuntar [31] rozzagaz muat,
Seragaz herza,
joh managfalta ſmerza.
[32] Ob vns in muat gigange,
thaz vnſih heim lange,

Non fruimur ipſius bonitate,
hoc facit nobis ſuperbia.
Caremus nunc malis
bono (imò) multiplici.
Et toleramus hic nunc neceſſitates,
amara tempora.
Nunc ſumus nos lugentes
cum dolore hic in terra,
In multiplicibus vulneribus
in noſtris horis.
Labores varii
ſunt nobis hic parati.
Nec volumus domum viſitare
nos miſeri orphani.
Quamvis exul,
— valde es durus.
Tu es valde multum moleſtus,
hoc dico tibi per omnem veritatem;
Cum laboribus converſans
patria carens. (æternâ)
Ego id deprehendi in me,
nec deprehendi cari quid in te:
Nec deprehendi in te aliud bonum,
quam æruginoſum animum
Vulneratum cor
& multiplices dolores.
Utinam vobis in mentem veniret,
ut nos domum deſideremus,

Zi *In*

23) In verſu 61. *leuues* videtur adverbialiter ſumi pro *infeliciter*, *miſere*, ita uſurpatum occurrit infra V, 9, 70. ubi legitur:

Thes managfaltes ſeres
Thaz uuir nu thulten leuues.
Multiplicis calamitatis
Quam nunc experimur infeliciter.

Eſt à *leuue*, quæ vox calamitatem, miſeriam denotat. vid. infra III, 20, 183. & II. 6, 78. & IV, 26. 12. ac V, 9, 70. & V, 19, 54. ut & III, 1, 33. in Gloſſis Rhabani Mauri eſt: *Leue*, peſtis. Reddo itaque verſum 61. & ſeq. hunc in modum:

Caremus nunc infeliciter
Bono admodum multiplici.

Sane Verſio Schilteriana ſe tueri non poteſt; nam carere malis non eſt infelicitas; cujus tamen ideam hic Auctor noſter repræſentare laborat. *Scherz.*

24) Pro *ſtunton* Cod. Vind. exhibet: *ſunton*, i. e. *ob noſtra peccata*, uti reddendus eſt Verſus 68. *Scherz.*

25) Pro *manago* Cod. Vind. habet: *manego.*

26) Verſum 71. redde: *nec volumus in Patriam* (ſc. cœleſtem) *ire.* Infra III, 23, 54. verba: *Eamus in Judæam*, redduntur Francice: *uuiſomes thero Judono.* Scherz.

27) Verſus 73. & ſeqq. duo ita ſunt exprimendi:

ô Exilium
Valde es durum
Tu es valde graue ſeu moleſtum.

Elilenti eſt ipſum *exilium*, *peregrinatio.* infra I, 21. 6. dicitur:

Thar Joſeph uuas in lante
Hina in elilente.
Cum Joſephus eſſet in terrâ ſc. eâ
Ibi in exilio.

Gloſſæ Lipſii: *Elelendis*, peregrinationis, de hoc loco vid. ſupra I, 5, 133. *Scherz.*

28) Verſus 77. & 78. ita ſunt transferendi:

Cum doloribus converſantur, cincti ſunt,
Qui Patria (cœleſti) *carent.* Scherz.

29) Pro: *tarbent* uterque Codex habet: *tharbent.*

30) Pro: *liebos* Cod. Vind. habet *liebes.* Vat. autem: *liobes.*

31) *Rozzagaz muat*, (Vindob. Codex habet: *rozagaz muat*) Schilterus reddit: *æruginoſum animum.* Forte dicere voluit: *ærumnoſum animum.* Sane *rozzagaz* vel *rozagaz* eſt *ærumnoſus*, *triſtis*, *lugens.* ita infra II, 16, 23.

Firtilot in thia ſmerza
Joh rozagaz *herza.*
Aufert illis dolores
Et ærumnoſum *cor.*

Ubi ipſe Schilterus reddit: *lugens cor.* adde II, 16, 18. & V, 5, 40. *Scherz.*

32) Verſus 85. usque ad 90. ita videntur eſſe vertendi:

Si nobis in mentem venerit,
Quod in Patriam (venire) *deſideremus,*
In illam (cœleſtem) *regionem cito,*
Et (ad) *ſempiternum gaudium.*
Ineamus (Eundum eſt) *ſicut ſocii hi* (Magi fecerunt)
Etiam aliam viam.

Langen ℣. 86. eſt *deſiderare*; hodie dicimus *verlangen.* Uti rectè Schilterus exponit: invenitur etiam eodem ſenſu *belangen.* Strycker. in Hiſt. Caroli M. MSC. fol. 27. b. 2.

Die Fürſten belanget *ſere*
Die lange hie geweſen ſint;
Si ſehen gerne weib und chint. Scherz.

Gifahe, ℣. 88. gaudium: apud Tatianum occurrit: *gifeho* pro *gaudio.* cap. 2. §. 6. *inti heriſt thir* gifeho *inti blidida*, & *ipſe erit* gaudium *tibi & exultatio.* adde infra IV, 20, 12. Gothis, *fabeds*, *fagnadur*, gaudium. Anglo-Sax. *gefea*, gaudium: *gefeban*, gaudere. Anglis: *Fain*, lætus, item lubenter. Islandis: *fagnadur*, lætitia. *Feigenu*, *feyne*, *fegna*, lætus. Suecis: *Fägnad*, gaudium. *Scherz.*

33) Verſ.

Digitized by Google

Zi themo lante ingahe,
ouh iamar gifahe.
Farames ſo thie ginoza,
ouh andera ſtraza.
Then uueg, ther unſih uuente
zi eigenemo lante.
Thes ſelben pades ſuazi,
ſuachit reine ſuazi.
33 Si therer ſitu in manne,
ther thar anagange:
Thu ſcalt haben guati,
joh mihilo otmuati.
In herzen io zi noti,
uuaro karitati.
Dua thir zi giuuurti
ſcono furiburti.
34 UUis horſam ouh zi guate,
ni hori themo muate.
35 Innan thines herzen kuſt,
Ni laz thir theſa uuorolt luſt.
Fliuh thia geginuuerti,
ſo quimit thir fruma in henti.
Hugi, uuio ih thar fora quad,
thiz iſt ther ander pad.
† Gang theſan uueg, ih ſagen thir, ein,
er gileitit thih heim.
36 So thera thu heim uueſti,
ni uz iſt mit giluſti.
So biſtu Gote liober,
37 niuutrat iſt, ſcadon niamer.

In terram illam ingredi
& in perpetuum occupare.
Proficiſcimur ſic conſortes
etiam aliâ viâ.
Viâ, quæ nos ducit
ad proprias terras.
Illius viæ dulcedo
poſtulat puros pedes.
Sint tales mores in homine,
qui eam ingreditur:
Tu debes habere bonitatem,
& maxime humilitatem,
In corde & de neceſſitate
veram caritatem.
Fac tibi ad dignitatem (decus)
pulchram abſtinentiam.
Exhibe obedientiam ad bonum,
nec obedi appetitui.
Intra tui cordis ſcrinium
ne ſinas tibi hujus ſeculi voluptatem.
Fuge præſentia,
ſic venit tibi bonum in manus.
Cogita, ut ſupra dixi,
hæc eſt altera via.
Ingredere hanc viam, dico tibi ſemel,
comitabitur te domum.
Cum ea domi fueris,
nunquam finis erit cum voluptate.
Sic es DEO carior,
damnum nunquam.

33) Verſ. 96. & ſeqq. ita reddo:
Sit horum morum (ſeu: his moribus præditus)
inter homines,
Qui eò tendit. Scherz.

34) Freherus: MSC. habet: *wis horſam*, non *herſam*, ut Flacius. Habentur hic fundamenta illa perfectionis Chriſtianæ; Proprietatis abdicatio, *Furiburti*; Obedientia & Continentia. Unde tria vota Monaſtica enata. *Schilter.*

35) Verſum 106. ita reddit Celeberr. Stadenius in Expl. Voc. Bibl. Germ. p. 370. *Laſs dir in deines Hertzens Geſchmack dieſer Welt Luſt nicht kommen.* Scherz.

† Verſum 111. ita transfero: *I hanc viam, dico tibi, ſolam, ſeu unicam.* Scherz. Verſu 113. pro: *comitabitur*, pone: *ducet.* Scherz.

36) Verſus 114. & ſeq. in Codice Vind. & Vat. ita leguntur:
So thu thera heimuiſti
Niuziſt mit giluſti.
Ita tu Patriâ (cœleſti)
Frueris cum delectatione.
Heimuuiſti eſt *Patria*, aut *Domicilium ordinarium.* ita *ſamuuiſt* apud Iſidorum p. 268. idem eſt ac *cohabitatio.* in Gloſſ. Lazii p. 55. legitur: *in der Samauuiſte*, conſortio. conf. Palthen. ad Iſidor. p. 416. *Nabuuiſt*, *præſentiam*, *viciniam* ſignificat apud noſtrum IV, 5, 79. & IV, 11, 69. & IV, 15, 26. Gothis *Viſt*, unde *heimuuiſt* noſtrum, originem trahit, idem eſt, ac *Manſio*, *Habitatio*, vel *Præſentia in hoc vel illo loco.* vid. Verelii Ind. Ling. Scytho-Scand. voce: *Viſt.* Locum hunc eleganter illuſtrat ipſe Otfridus noſter IV, 5, 69. ſeqq. ubi ita loquitur:
Er leitit mit giluſti
Thih zer heimuuiſti,
Jo ribtit unſih alle
Zi themo kaſtelle, &c.
Ducit nos cum gaudio
Ad Domicilium (Patriam cœleſtem)
Et dirigit nos omnes
Ad illud caſtellum, &c. Schertz.

37) *N'intrat*, forte. ſupra c. I, 195. *Schilter.* Recte Schilterus conjicit τὸ *Niuutrat* mutandum eſſe in: *n'intrat*, Codex Vind. & Vat. clare legunt: *N'intratiſt*; *intraten* idem eſt, ac *timere*, *perhorreſcere.* vid. quæ dixi ſupra ad I, 1, 195. Verte itaque hos duos ultimos verſus hunc in modum:
Sic es Deo carus
Nec timebis damnum unquam. Scherz.

Digitized by Google

De fuga Joſeph cum Matre in Ægyptum.
Matth. 2.

CAP. XIX.

1 JOſeph jo thes ſinthes
er huatta thes kindes,
UUas thionoſtman guater,
biſuorgeta ouh thie muater.
Ther engil ſprah imo zua: 5.
„ thu ſcalt thih heffen filu frua.
„ Fliuh in 2 andaraz lant, Apparuit Angelus Domini Joſeph.
„ bimid ouh theſan fiant. 3
„ In Aegypto 4 uuis thu ſar,
„ vnz ih 5 zeigo auur thar, 10.
„ 6 UUanne thu biginnes
„ thes thines heiminges.
„ Ni laz iz nu vntar in uuari,
„ thia muater thara fuari,
„ Thaz kind ouh io gilicho 15.
„ biſuorge herlicho.
„ Ther kuning uuilit sliumo Futurum eſt enim ut Herodes quærat puerum.
„ inan ſuachen 7 in giriuno,
„ Mit 8 hizenten ſuerton,
„ nales mit then uuorton. 20.
„ Hugi filu harto
„ thero minero uuorto.
„ In herzen giuuaro uuartes,
„ 9 thaz th'uns thia fruma haltes.

JOſeph itaque in hoc itinere
cuſtodiebat Puerum,
Erat miniſter bonus,
curam gerebat etiam matris.
Angelus dicebat ad ipſum:
tu debes te levare multum mane.
Fuge in aliam terram,
vitaque hunc hoſtem:
In Ægypto commoreris illico,
usquedum indicavero iterum ibi,
Quando regreſſurus ſis
in tuam patriam;
Ne intermittas itaque hoc profecto,
matrem hinc deducas,
Puerum quoque ſimul
cures ſplendide.
Rex vult ocyus
ipſum quærere vociferando,
Cum micantibus gladiis,
nec tantum verbis.
Memento multum firme
meorum verborum.
In corde vere obſerves,
ut nobis bonum hoc ſerves.

„ Er *Ille*

Ad CAP. XIX.

1) Verſum primum & ſecundum ita transfero:
Joſeph etiam tunc
Cuſtodiebat puerum.
Malo ita vertere, quam per verba: *in hoc itinere.* Licet enim *finth*, *find*, iter, viam denotet, ceu apparet ex I, 13, 41. & I, 21, 15. & III, 4, 55. tamen, quia hic ſermo eſt de tempore, quo iter, ſeu fuga Joſephi nondum erat ſuſcepta, rectius: *thes finthes*, exprimitur per *tunc*, *illo tempore*, *illâ vice*. Quo ſenſu etiam infra III, 1, 71. ubi de matre infantem ſuum verberante dicitur:
Gihugit ſar thes ſinthes
Thes ira hoben kindes.
Recordatur continuo: illa vice,
Sui chari infantis.
Prout vertit Celeberr. Stadenius in Specim. Antiquit. Francic. p. m. 12. conf. infra IV, 6, 59. hinc etiam Junius in Gloſſar. Ulphilâ-Goth. notat: *fintha* numeralibus poſtpoſitum idem eſt cum Anglo-Saxonico: *ſitbe*. Vices. In Ulphilâ Joh. IX, 24. eſt *antharamma* ſintha, *alterâ* vice, rurſus. In eodem Marc. XIV, 72: *Thrim*ſintham, Ter. Lucæ XVII, 4. *Sibun*ſintham, ſepties. *Scherz.*
2) Pro *andaraz* Cod. Vind. habet: *antheraz*.
Quomodo alter (frater Cain) secessit,
& valde retrorsum egit,
Id legis etiam sane
& de ista occasione (facinore, ausu, contingentia)
Deliberavit abunde
quomodo Abelem occideret.
Quomodo faceret multum ægre
unico fratri.
Lætificatus est ille bonus
nunc in cœlorum regno nimis.
Hoc fecit illorum operum bonitas,
alter nullius dignus est.
Hic est laudatus vehementer
ipsius Christi verbis,
In Bibliis certe
poteris ipse id legere ibi.
Nec deest, quin audiveris
quam alter anxius sit,
Nec est qui ejus curam haberet,
hoc legis etiam in Bibliis.
Se Lamech quoque perdidit,
& duas uxores primum elegit,
Fecit (&) aliud malum præterea
nam is bonus non erat.
In hoc est nobis ille metus,
quem nobis Cain quoque operatus.
Lege quomodo uxoribus illis exposuit,
& ipse sibi sententiam dixerit.
At erat Enoch certe
Domini fidelis valde,
Namque hic observavit voluntatem ejus,
nunc fruitur paradiso.

Manag- *Multi-*

13) Vers. 68. *tunc, postea plures fratres nati.* Schilter.
14) Vers. 72. clarius reddo: *Alter* (Cainus) *non est dignus eo*, nempe regno cœlorum. *Scherz.*
15) Vers. 78. *leid* mallem reddere per: *abominabilis.* Gl. Boxh. *leidlib*, execrabilis, *leidlihen*, *abahon*, aversor, abominor. Gl. Keronis: *Leidsame*, abominabiles. *Scherz.*
16) Vers. 91. verto: *Namque is imperavit animo suo* i. e. juxta voluntatem Dei animum direxit *Scherz.*

17) Vers.

Managfalta lera
duat Druhtin uns in uuara
In theſa uuiſun [17] untar im
the'ih hiar thir zelle thaz firni M.
Oba thu es uuola drahtos,
in muate thir iz ahtos,
Maht thanne thu giuuaro
giniazan beder O.
Ni laz thir in muat thin
thio dat thio guoto ni ſin.
Joh laz thir zi bilidin
thie auur bezirun ſi N.
[18] Allo ziti thanne
ſo niuziſthu uabiz untar manne,
The'ih zalta
thia fruma managfalt A.
Cheri ouh thir in thrati,
in muat thio uuoladati,
Uuio Noe bigunt githic
uuard Druhtine uuirthi C.
Hina uuard thiu uuorolt funs,
the'iſt allen kund hiar untar uns;
In ſunton uuard ſiu miſſilih
giuuiſſo thaz ni hiluh thi H.
Vuas er eino ſcono
in liutin unhono
Deta eino er tho zi uuaru,
uuerk ala uuar V.
Sih kerta er zi Gote ana uuank
tho ellu uuorolt thar irdrank,
Er eino ther intfloh thaz,
thiu uuorolt [19] uuirdig es ni uua S.

Hoher

Multiplicem doctrinam
facit Dominus nobis revera
Hac ratione ſub ipſo
quam ego hic tibi refero, hoc cape.
Si tu id bene obſervas,
in animo tibi id reputas:
Efficit (ex) inde tu profecto
fruaris utroque.
Ne mittas tibi in animum tuum
facta quæ bona non ſunt.
Imo mitte tibi pro exemplis
quæ contra meliora ſunt.
Omni tempore deinceps
frueris dum vivis inter homines,
Quæ ego narravi
bona multiplicia.
Verte etiam tibi ſtudio (accurate)
in animum bene facta,
Ut Noë aggreſſus bonitatem,
factus Domino dignus.
Periit mundus
quod eſt omnibus notum hîc inter nos.
In peccatis erat variis,
certum hoc: non celo te.
Erat hic ſolus pulcher,
inter homines æſtimatus.
Faciebat ſolus tunc certe
opera veritatis.
Se vertebat ad Deum absque vacillatione.
cum omnis mundus poſt ſuffocatus,
Is ſolus qui effugit hoc,
mundus dignus eo non erat.

Altus

17) Verſ. 95. Cod. Cæſar. habet: *untar in*, *inter illos* i. e. per piorum & impiorum exempla. *Scherz.*

18) Verſ. 105. cum ſeqq. Lambecium errantem ſecutus Schilterus non recte exhibet; ita enim leguntur in Cod. Cæſareo,

Allo ziti thanne
uáb iz untar mánne.
So niuziſthu theih záltа
thia fruma manigfalta.

quod reddo:

Omni tempore deinceps
exerce id inter homines
(&) *tunc frueris, quæ dixi*
bonis multiplicibus. Scherz.

19) Verſ. 124. Cod. Cæſar. *uuirdig thes ni uuas.*

20) Verſ.

Hoher oba mannon
[20] ſueheta in then undon,
Uuant er uuas [21] Gotes ſumirih
drut, thaz ni hiluh thi H.
Allaz man kunni
thulta thar tho grunni.
Uuas uuirdig er in uuara
zi bimidanne thia zal A.
Rehtor er iz anafiang,
tho iz zinoti gigiang,
Thanne thie [22] mezon in uuar Gen. 11.
ſelbo leſen uuir iz tha R.
Tho ſie thes bigunnun
zi himile giſunnun.
Uuanta iz uuas unredihaft
bithiu zigiang in thiu kraf T.
Muatun ſie ſih thrato
thero iroſelbun dato
Giuuiſſo ſagen ih thir ein
ſie quamun filu ſcant hei M.
Vuanta iz zithiu io irgengit,
ther uuidar Gote ringit,
Iſt er io in uuaru
in honlicheru zal V.
Abraham ther maro
uuas Gotes drut giuuaro
Thoh [23] thultur ofto in uuara
managfalta zal A.
[24] Thoh riat imo io Druhtin
mit ſines ſelbes mahtin
Sos, er [25] io themo duat,
ther thionoſt ſinaz uuola dua T.

Altus ſupra homines
vectus in undis,
Namque fuit Dei conſtanter
fidelis, hoc non celo te.
Omne hominum genus
paſſim tunc interitum:
Fuit dignus is profecto
ad evitandum hoc periculum.
Rectius is hoc aggreſſus,
quum res ad anguſtiam redacta,
Quam ædificatores certe
ipſi legimus id ibidem.
Cum iſti hoc aggreſſi,
ad cœlum contenderent.
Namque id erat irrationabile,
propterea diffluxit eis hæc vis.
Fatigabat ſe vehementer
iſtis ſuis factis,
Certe dico hoc tibi ſolum,
veniebant valde pudefacti domum.
Namque id adeo contingit (ei)
qui adverſus Deum pugnat.
Eſt is profecto
in confuſorum numero.
Abraham ille inclytus
erat Dei fidelis profecto
Tamen paſſus ſæpe revera
multiplex periculum.
Tamen conſuluit ipſi Dominus
per ſuammet potentiam,
Sicuti is illi facit
qui ſervitium ejus bene exercet.

Erata

Hono-

20) Verſ. 126. lege: *ſuebeta.* Schilter. Recte omnino & Codici Cæſareo convenienter. *Scherz.*
21) Verſ. 127. *Gote*, Cod. Cæſar.
22) Verſ. 135. *Mezon*, *mez*, menſura. *Mezon*, menſuratores, ædificatores, turris ſcil. Babylonicæ. *Schilter.* Verius mihi videtur *Mezon* idem eſſe ac: *Steinmezen*, lapicidæ. *Scherz.*
23) Verſ. 151. Cod. Cæſar. *thult er.*
24) Verſ. 153. redde:
Attamen juvit ipſum ſemper Dominus. Scherz.
25) Verſ. 155. *io* iterum redde per: *ſemper.* Scherz.

Erata e'rnan filu fram,
tho er z'en alten dagon quam,
Sar bi themo ſinde
zi [26] diunemo kind E. 160.
Er ouh Jacobe ni ſueih,
tho er themo bruader [27] insleih
uuas io mit imo thanne
in themo fliahann E.
Thaz Joſepe ouh giburita, 165.
tho er thie drouma ſageta,
Therſelbo nid inan firuuant Gen. 37, 5.
rumo in anderaz lan T.
Vuarun thar in lante
thie liuti ſuintante, 170.
In folgetun ſie in uuaru
mit mihileru pin V.
Vuio ſie auur Got thar droſta,
ioh Moyſes irloſta,
Thaz ſagent buah ziuuaru
in ſines ſelbes ler V. 175.
Eigun ouh thio buah thaz
then iro mihilan haz,
Then druagun ſie io in uuare
unz themo fiarzeguſten iar E. 180.
Riatun io ubar thaz Gen. 41, 46. c. 45, 6.
in thaz ferah ſinaz,
Ther in droſt uuas [28] io ſar,
then uuoltun ſe ofto irslahan tha R.
In Davides dati 185.
nim bilidi zinoti
Uuio er thuruh ſino guati
firdruag thaz herot I.
Ni mag ih thoh ih uuolle
thieſelbun liuoli alle, 190.

Honoravit ipſum valde
cum ad ſenectutem perveniſſet,
Statim in illo itinere (ad Sodomam)
cariſſimo infante.
Idem & Jacobum non deſeruit,
cum fratri præveniret.
Erat cum ipſo deinde
in fuga.
Quod & Joſepho contigit,
cum ſomnium narraret:
Iſta invidia ipſum averruncavit
procul in aliam regionem.
Erant tunc in (illa) regione
homines (Hebræi) tabeſcentes (fame)
Ipſum ſequuti profecto
cum maximis pœnis.
Quomodo vero Deus tum eos conſolatus,
& Moſes liberavit,
Hoc dicunt Biblia profecto
in ipſiusmet (Moſis) doctrina. (libris)
Habent etiam Biblia hoc,
(nempe) iſtud magnum odium,
Quod portarunt revera
uſque in quadrageſimum annum.
Conſpirarunt præterea
in vitam illius,
Qui iſtis ſolatio erat utique,
hunc voluerunt ſæpe occidere tunc.
In Davidis factis
ſume exemplum ſtudioſe,
Quomodo per ſuam bonitatem
toleravit Principem.
Non poſſum, etſi velim
illa exempla omnia, (enarrare)

[29] Thoh *Tamen*

26) Verſ. 160. lege: *diuremo*, Schilter. Conſentit Cod. Cæſar.
27) Verſ. 162. *irsleih* redde: *aufugeret*. Scherz. (Schilter habet *insleih*, *non irsleih*.)
28) Verſ. 183. *io* redde per: *ſemper*. Scherz.
29) Verſ.

Digitized by Google

29 Thoh uuir thaz iruuellen,
ſo mammonto gizelle N.
Bithiu iſt nu baz zi uuaro,
thaz uuir gigruazen 30 hiare.
Thaz ouh thaz ni bileib
thaz Johane ouh hiar leid klei B.
31 Eriſt ahtun ſie ſin
thaz ſagen ih thir in uuar min,
32 Fiangun tho mit nide
zi ſelb Druhtin E.
Riatun tho ginuagi,
uuio man'nan irſluagi,
Giuuiſſo ſagen ih thir uuar,
thaz irfultun ſe ſa R.
Tho ſie thaz gifrumitun,
thie iungoron firiagoton
ſo uuar ſunna lioht leitit,
ſo uuurtun ſie ziſpreiti T.
Oba thu es biginnis,
33 in buachon thu iz findis,
Thaz uuir nu niazen thrato,
thero Druhtines drut O.
Sus in theſa uuiſun
34 ſo sleifthiu uuorolt heraſun,
35 Jo ahta, uuiziſt thu thaz
thes guaten, ther thar ubil uua S.
Aller liut ginoto
36 ahta tho thero druto;

Tamen hoc eligamus,
quod afficit, referamus.
Propterea eſt nunc melius profecto,
ut prædicemus Salvatorem.
(Ut tamen) nec omittatur
quod Johanni quoque calamitas adhæſerit.
Antea perſecuti ipſum,
hoc dico tibi per fidem meam,
Captivarunt ex invidia
adverſus Ipſum Dominum.
Conſultarunt abunde
ut interficeretur,
Certe dico tibi vere,
id implerunt iſti ſtatim.
Cum hoc perfeciſſent,
diſcipulos expulerunt,
Quouſque ſolis lumen ducit,
eo fuerunt diſſipati.
Si id intendis,
in libris id invenis,
Quod nos jam fruimur valde
Domini fidelibus.
Ita hac ratione
procedit mundus huc uſque,
Et perſequitur, ſcias hoc,
bonum, qui malus eſt.
Omnis populus certe
perſequitur fideles;

Noh *Adhuc*

29) Verſ. 191. & ſeq. redde:
Licet hoc velimus ſc. facere
tam pulcre narrare. Scherz.

30) Verſ. 194. lege: *beilare.* Schilter. Non opus eſt correctione; nam ſi lectionem Flacii & Codicis Cæſar. retinemus. Verſ. hunc cum præced. 2. ſeqq. ita reddere poſſumus:
Ideo nunc melius eſt certe
ut dicamus hic,
Quod hoc non ceſſaverit
quin Johanni etiam calamitas inhæſerit,
obtigerit. *Scherz.*

31) Verſ. 197. hunc ita reddo:
Primo ipſum (Johannem) *ſunt perſecuti.* Scherz.

32) Verſ. 199. & ſq. ſic verte:
Tetenderunt inde ex odio
contra ipſum Dominum (Chriſtum)
conf. I, 23, 16, & 21. *zi* pro: *contra* quoque uſurpatur ſupra II, 18, 30. *Scherz.*

33) Verſ. 210. *in buachon* redde: *in Bibliis.* Scherz.

34) Verſ. 214. Cod. Cæſar. *So sleif thiu uuorolt.*

35) Verſ. 215. redde:
Semper perſecutus eſt, ſcias hoc. Scherz.

36) Verſ. 218. *abta*, redde iterum: *perſecutus eſt.* Scherz.

Digitized by Google

Noh dages hiutu in uuara
[36] * ſo uuonet io thiu far A. 220.
Nim goumo nu gimuato
theroſelbun Gotes druto
[37] Draht es nu mit uuillen,
in ſelben ſancti [38] Galle N.
[39] Chorota er ofto thrato 225.
theroſelbun arabeito,
Thes er nu ana uuanc
habet fora Gote than C.
Thenkemes in muate
uns allen nu zi guate 230.
Joh uns harto queme in muat
[40] thieſelba Druhtines gua T.
[41] Iſt uns hiar gizeinot
in bethen io thuruh not
In ubili inti in guati 235.
unſerero zuhto dat I.
[42] Giuuar thu uuis io thrato
thero bezirun dato.
[43] Biſcouuo thir io umbiring
ellu thiſu uuorolt thin G. 240.
Alle thie [44] firdanun
the unſitig uuarun
Thie mid thu io [45] in uuara
[46] io allero iro far A.
Laz thir in muat thin 245.
thie thar bezirun ſin,

Adhuc hodie revera
manet hic proceſſus.
Animadverte jam benigne
ipſius Dei fideles,
Conſidera nunc ſtudioſe
Ipſum Sanctum Gallum.
Tentatus ſæpe valde
illis laboribus,
De quo nunc ſine dubio
habet coram Deo præmium (laudem.
Perpendamus in animo
nobis omnibus unus in bonum.
Et nobis valde veniant in mentem
illa Domini bona.
Eſt nobis hic oſtenſa
in orando cum ſollicitudine.
In malis & in bonis
noſtræ diſciplinæ ratio.
Revera tu (hic) cognoſcas valde,
meliorum facta (opera)
Conſpicias tibi circumcirca
omnes hujus mundi res,
Omnes perditos,
qui male morati fuerunt,
Hos evita revera
& omnem iſtorum converſationem.
Mitte tibi in mentem tuam
qui meliores ſunt:

So Sic

36) * Verſ. 220. redde: *manent ſemper ha inſidiæ.* Scherz.

37) Verſ. 223. & ſq. Exprime:
Obſerva id lubens
in ipſo S. Gallo. Scherz.

38) Verſ. 224. Vita S. Galli. *Schilter.*

39) Verſ. 225. Clarius:
Guſtavit ille ſæpe admodum
illas afflictiones. Scherz.

40) Verſ. 232. reddidiſſem: *illa* (ſæpe laudata) *Dei bonitas.* Scherz.

41) Verſ. 233. & 3. ſeqq. transfer:
Sunt nobis hic repræſentata
in utrisque certe accurate,
In bonis & in malis
noſtri generis facta. Scherz.

42) Verſ. 237. & ſeq. redde:
Obſerva ſemper admodum
Probiorum facta. Scherz.

43) Verſ. 239. Mallem reddere:
Conſidera tibi (ad uſum tuum) *circumcirca.* Scherz.

44) Verſ. 241. *firdanun* idem eſſe ac: *Reos criminum, nocentes, pravos,* jam aliquoties monui. vid. ſupra Notam ad I, 2, 23. *Scherz.*

45) Verſ. 243. *io* redde per: *ſemper.*

46) Verſ. 244. pro *io* Cod. Cæſar. habet: *iob,* redde autem illud; *Et omnes illorum dolos.* Scherz.

47) Verſ.

Digitized by Google

So biſtu, ſo ih thir ſagen ſcal,
Gotes drut ubara
Lis thir in then liuolon,
thaz ſelba the'ih thir redinon
Fon alten zitin hina forn,
ſo ſint thie buah al theſes fo
In in uuir leſen thare,
thaz uuizun uuir zi uuare,
Thera minna gimuati
ioh managfalto guat
Minna thiu diura
the'iſt karitas in uuara,
Bruaderſcaf ih ſagen thir ein,
thi gileitit unſih hei
Obo uuir unſih minnon
47 ſi birun uuir uuerd mannon,
Joh minnot unſih thrato
ſelb Druhtin unſer guat
Ni duen uuir ſo ih ſagen thir ein
ſero quimit unſiz heim,
Serag uuir es uuerthen,
in thiu uuir iz ni uuolle
Altan nid the'ih redota,
then Cain 48 io habeta,
Ther ſi uns 49 leid in uuara
er iſt uns mihil zal
so Simes io mit guate
ziſamane gifuagte,
Joh folgemes thes uuares,
uuir kind ſin Abrahame
Thia milti thia David druag,
duemes harto uns in thaz muat

L.

III. Commendatio caritatis fraternæ.

L.

I.

M.

O.

N.

A.

S.

Sic es tu, prout tibi dicere debeo,
Dei fidelis per omnia.
Lege tibi in libris
illud quod ego tibi retuli.
Ab antiquis temporibus inde uſque
ſunt biblia omnis hujus plena.
In iis legimus ibi,
hoc ſcimus pro certo,
Amoris gratiam
& multiplex bonum.
Amor ille pretioſus
qui eſt karitas revera,
Confraternitas dico tibi ſemel,
deducit nos domum.
Si nos invicem diligimus,
ſumus cari homines,
Et diligit nos valde
Ipſe Dominus noſter bonus.
(Si) non facimus ſic, dico tibi ſemel
dolor venit nobis domum,
Triſtes nos ſiemus,
dum illud non volumus.
Vetus odium, quod dixi,
quod Cain habuit,
Sit nobis dolori revera
eſt nobis magna noxa.
Simus in bonitate
ſimul conjuncti,
Et ſequamur verum,
ut liberi ſimus Abrahami.
Manſuetudinem quam David geſſit,
faciamus firme nobis in mentem,

1. Sam. 24, 12. 2. Sam. 19, 22. c. 26, 12.

Thia

Quam

47) Verſ. 262. pro: *ſi*, lege: *ſo*. Schilt. ita etiam legit Cod. Cæſareus. *Scherz.*

48) Verſ. 270. *io* redde: *ſemper*.

49) 271. cum *leid* execrationem, abominationem quoque ſignificet, ceu ſupra monui, verto: *Illud nobis ſit abominationi revera*. Scherz.

50) Verſ. 273. redde: *Simus ſemper in bono*. Scherz.

Thia Moyſes unſih lerit, Lev. 19, 18.
thiu boſa iſt ellu [51] niuuih T. 280.
Euangelion in uuar
thie zeigont uns ſo ſama thar,
[52] Gibietent uns zi uuare
unſih [53] minnon hiar E.
[54] Redinot er ſuntar, 285.
zi [55] thenſelbon iungoron thar
Fon theru minnu managaz er,
ſelbo Druhtin unſe R.
In naht tho er uuolta in morgan
bi unſih ſelbo irſterban. 290.
Duat uns thaz gimuati,
bi ſines ſelbes guat I.
In gibot er harto,
ſines ſelbes uuorto,
Thaz man ſih minnoti 295.
ſo er uns iz bilidot I.
Mit [56] caritate ih fergon,
ſo [57] bruaderſcaf iſt giuuon.
Thi unſih ſcono ſo gizam;
fon ſelben Satanaſe na M. 300.
[59] Ofono thio guati, [58] Et ſtudii orandi invicem pro altero.
ioh [60] duet mir thaz gimuati,
In gibete thrato
iues ſelbes dat O.
Ni lazet [61] nur gihugget, 305.
ioh mir ginada thigget,

Quam & Moſes nos docet,
iracundia eſt omnino nihil.
Evangelia profecto
oſtendunt nobis æqualiter ibi,
Mandant nobis certe
nos invicem diligere hîc.
Loquutus ſeorſim
ad diſcipulos
De dilectione varia
ipſe Dominus noſter.
In nocte cum vellet mane
pro nobis ipſe intermori.
Fecit nobis hanc gratiam,
pro ſua benignitate.
Illis mandavit valde
ſuismet verbis,
Ut ſe invicem diligerent,
ſicut Ipſe nobis exemplum dedit.
Cum caritate ego obſecro,
ut fraternitas eſt conſueta,
Que nos egregie ut decet
ab ipſo Satana eripuit.
Aperite hanc bonitatem,
& facite mihi hanc gratiam,
In precibus valde, (pro me)
veſtrismet factis.
Non ſinatis modo commemoratum,
imo mihi gratiam impetretis,

Mit Cum

51) Verſ. 280. cum *niuuieht*, *nenuuiht* pravum quoque denotet, ceu ex Gloſſis Lipſii apparet, aptius vertes:
Iracundia omnis eſt mala. Scherz.
52) Verſ. 283. Hucuſque defectus in editione Flacii, hîc denique ſequitur concluſio & iſthîc. *Schilt.*
53) Verſ. 284. Uterque Cod. habet: *uuir unſih minnon.*
54) Verſ. 285. & duos ſeqq. ſic transfer:
Locutus eſt inprimis
ad diſcipulos ibi
De amore varia Ille. Scherz.
55) Verſ. 286. Uterque Cod. *thenſelben.*
56) Verſ. 297. Cod. Cæſar. habet: *karitate.*
57) Verſ. 298. Cod. Cæſar. habet: *bruederſcaf.*
58) Verba marginis ad ℣. 301. non ſunt in MSS.
59) Verſ. 301. legendum videtur, *ofonot.* &c. alloquitur enim jam Fratres S. Galli. *Schilter.*
60) Verſ. 302. Cod. Cæſar. habet: *dyet.*
61) Verſ. 305. Utrumque MSC. habet pro: *nur* duas voces: *ni ir.* Unde hic verſus ita eſt reddendus:
Nolite permittere, quin recordemini (mei)
Scherz.

62) Veil.

Digitized by Google

Mit [62] minnu filu follen,
zi ſelben [63] Sancti Galle N.
Afur thara [64] uuidari
thiu mines ſelbes nidari
Duat [65] iu gihugt in uuara
thaz ir bimidet zal A.
[66] Ci ſelben ſancti Petre, Invocatio S. Petri.
[67] ther ſo giang in then ſe.
Thaz er ſi uns ginadic, [68]
[69] tho ih es ni ſi uuirdi C.
Hohi er uns thes himiles,
ioh muazin freuuen unſih thes
[70] Inſperro thara [71] gileiti mih,
ioh thar gifreuue ouh iui H.
In [72] himilriche ſconi,
thaz uuir thaz ſeltſani
Scouuon thar in uuari,
ioh thio euuinigan ziar I.
Simbolon in euuon,
thes ſint thie ſine thar giuuon
[73] Uuir muazin freuuen unſih thes,
iamer ſines thanke S.
Xriſt halte [74] Hartmuatan
ioh Uuerinbrahtan guatan,

Cum caritate multum plena
ad ipſum S. Gallum.
At vero ex adverſo
mea propria humilitas.
Facit vobis mentionem revera
ut vos caveatis periculum.
Ipſius Sancti Petri
quum is ambularet ſuper mare.
Ut is ſit nobis gratioſus,
etſi ego non ſim ejus dignus.
Exaltet nos cœlo,
& gaudeamus deſuper,
Janitor eo deducat me,
& ibi exhilaret & vos
In cœlorum regno pulchro,
ut illa mirabilia
Conſpiciamus ibi ex vero,
Et æternum illum decorem.
Semper in ævum
huic adſueti ſunt ſui ibi,
Nos debemus lætari de hoc
perpetuo ex ipſius gratia,
Chriſte ſerva Hartmuatum
& Werinbrachtum bonum,

Mit Cum

62) Verſ. 307. *minnon*, habet Cod. Cæſar.
63) Verſ. 308. Flacius *ſanti*, ut & verſ. 313. *Schilter.* Aſt MSS. *ſancti* habent. *Scherz.*
64) Verſ. 309. Cod. Cæſar. habet *uuidiri*, & in ſeq. verſu: *nidiri.* hoc *nidiri* etiam habet Cod. Vat.
65) Verſ. 311. reddo:
Facit veſtrûm mentionem (in precibus nempe) *revera.* Scherz.
66) Verſ. 313. redde:
Ad Sanctum Petrum. Scherz.
67) Verſ. 314. redde:
Qui ita (uti ſupra III, 8, 71. expoſitum fuit) *ambulavit in mari.* Scherz.
68) Verſ. 315. Verba marginis abſunt in MSS. *Scherz.*
69) Verſ. 316. lege: *thoh ih ni ſi es uuirdic.* ex Cod. Cæſar.
70) Verſ. 319. reddo:
Recludat (&) *eo ducat me.*
Nam in utroque MSC. eſt: *inſperre.*
71) Verſ. eod. Uterque Codex habet: *gileite.*
72) Verſ. 321. Cod. Cæſar. *himilisgo.*
73) Verſ. 327. Rectius: *Ut poſſimus.*
74) Verſ. 329. Hartmutus ſeu Hartmudus, cognatus Rudolphi Regis Burgundiæ, Monachus S. Galli, Rhabani Mauri Auditor, vir undecunque doctus, ingenio ſubtilis, eloquio diſertus, vita & converſatione devotus, Græcæ, Latinæ & Hebraicæ linguæ peritus, & Arabicæ non ignarus. *Trithemius in Catalogo Illuſtr. Viror.* ubi tamen perperam *Hartmundus.* Claruit temporibus Lotharii & Ludovici filii Impp. An. 870. vid. *Job. Stumpffii lib. V. Hiſtor. Helvet. c. 4. & 5.* Unde conſtat eum Abbatem electum eſſe An. 872. ante quem Otfridus hos libros ad eundem, adhuc Monachum, ſcripſit. Et vid. *Ratpertum de caſibus S. Galli c. 8. uſque ad fin.* & *Ekkardum junior. de iisdem. Hepidani Annales A. 872.* inter ſcriptores Rerum Alemann. Goldaſti. Werinbertus vel Werenbrechtus & Werinbracht, Magiſter Anonymi de Geſtis Caroli M. a Caniſio editi, Rhabani Mauri diſcipulus, Philoſophus clarus, Poëta inſignis, Græci ſermonis non ignarus. *Trithemius.* Voſſius *de Hiſtor. Latin. 2. 36. Lambecius Tom. II. Biblioth. Cæſar.* c. V. a quo etiam

Digitized by Google

Mit in ſi ouh mir gimeini	*Cum iis ſit & mihi communis*
thiu [75] euuiniga [76] heili	*æterna ſalus.*
[77] Joh allen io zi gamane	*Atque omnibus ad gaudia*
[78] themo heilegen giſamane	*ſanctis conjunctim,*
Thie dages ioh nahtes thuruh not 335.	*Qui diu noctuque ſtudioſe*
thar [79] ſancte Gallen thionont.	*ibi ſancto Gallo ſerviunt.*

etiam merito vapulat B. Rhenanus & Wolffg. Lazius, qui Auctorem hujus Libri retulit ad tempus Clodovæi R. cum Chriſto primum Franci nomen dedere, pag. 455. Schilter. *De Hartmuto* vid. quæ occurrunt in Caniſii *Lection. Antiqu.* Tom. II. Part. III. pag. 191. Editionis Jac. Basnagii, cujus Obſervationem de Carminibus i. e. Epigrammatibus ſeu Hymnis Sacris Illuſtr. virorum Monaſterii S. Galli adde: jungatur Ekerhardus de vita Notkeri Balbuli cap. 15. & Bucelinus in Conſtantia pag. 156. & 159. & Brouuero in Antiquit. Fuld. lib. I, c. 14. ubi etiam *de Werenberto* agit. Scherz.

75) Verſ. 332. Cod. uterque *euuinigen.*

76) Verſ. eod. Flac. *heilig*, perperam. *Schilter.*


77) Verſ. 333. *Ti ob*, Schilter. MSS. habent: *Joh.* Verſum hunc redde:

Et omnibus ſemper ad gaudium.

78) Verſ. 334. redde:

Sanctæ Congregationi (illorum) *Scherz.*

79) Verſ. 336. Flacius: *ſante*, Schilter. MSS. *ſancte* habent. *Scherz.*



Digitized by Google

NOTKERI TERTII LABEONIS

PSALTERIUM DAVIDICUM:

E Latino in Theotiſcam Veterem Linguam Verſum,
& Paraphraſi illuſtratum.

Opus nunquam alias editum

E Manuſcripto Codice pervetuſto

DN. de la LOUBERE

Primus
Eruit, & deſcribi, dum viveret, curavit,
Tum Interpretatione & Notis ornavit

JOANNES SCHILTERUS,

JCtus Argent.

EDITIO PRIMA

Poſt fata B. Viri ſummo ſtudio
curata.

Præmittitur Diſſertatio Hiſtorico-Critica,
De vero libri Auctore.



ULMÆ,
Sumptibus DANIELIS BARTHOLOMÆI,
cIↃ IↃCC XXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO
AD
PSALTERIVM NOTKERI.

§. I.



Nter immensa, quibus Creator O. M. humanum genus mactavit, beneficia, caput exserit divina Revelatio in Codicem SS. Scripturæ redacta: absque qua si foret, & viam summi Boni salutisque æternæ, & veritatem Historiæ Sacræ atque prophanæ miserrimè ignoraremus: contrà verò in crassissimis errorum tenebris & mirarum fabularum labyrinthis oberraremus.

§. II.

Incunabula Sacræ Scripturæ ut in primo sesquimillenario seu orbe antediluviano quæramus, & ratio facit Ecclesiæ, & vestigium nobis indicare videtur Fl. Josephus, commendatissimus Scriptor, qui *lib. 1. Antiq. Judaic. c. 3.* de Sethi patriarchæ nepotibus tradit, quod sideralem scientiam ac cœlestium rerum cognitionem erectis duabus columnis, lateritiâ & lapideâ, inscripserint: quòdque suo tempore lapidea adhuc in Syria superstes fuerit: Quantò magis divinas revelationes & sacra oracula consignasse eos, existimandum est?

§. III.

De Noacho & ejus posteris simile quid judicandum. Atque quum totus terrarum orbis iterum à DEO vero ad Idolomaniam prolapsus esset, Hic pro infinitâ suâ bonitate elegit sibi populum peculiarem, Abrahæ posteros, eisque per Mosen dedit non modò Decalogum divinâ manu exaratum, sed & totam Historiam ab orbe condito, & Legem sacram ac civilem conscribi fecit. Abinde per singula secula plures sacri libri paræneticì pariter & historici secuti, Sacrum Codicem hodieque constituentes, multis licet (sed extra Canonem) deperditis. Cum enim per captivitatem Babylonicam facilè totus Codex potuisset interire, peculiari tàmen divinâ providentiâ maximè nobis necessarii nobis fuerunt conservati; postea per Esdram revisi, & populo subinde prælecti fuerunt. Inde ad nostra usque tempora textum Ebraicum purum atque integrum perveniisse, verior est sententia, etsi in uno vel altero Ms. lapsus amanuensium lectionis varietatem effecerit.

Digitized by Google

§. IV.

Secuti ſunt LXX. Interpretes à Ptolomæo Rege Ægyptiorum invitati, ut Codicem Sacrum in Græcam Linguam verterent: qui tamen non πᾶσαν ἀναγραφὴν, ſed tantum τὰ τῆ νόμε transtulerunt, teſte Joſepho *L. 1. A. J. c. 1.* De iisdem S. Hieronymus *in Proœmio ad Quæſt. Hebr. Tom. III.* refert: *Illi Ptolomæo Regi Alexandriæ Myſtica quæque in Scripturis ſanctis prodere noluerunt, & maximè ea, quæ Chriſti adventum pollicebantur, ne viderentur Judæi & alterum DEVM colere, quos ille Platonis ſectator, magni propterea faciebat, quia unum DEVM colere dicerentur. Sed & Evangeliſtæ & Dominus quoque noſter atque Salvator, nec non & Paulus Apoſtolus, multa quaſi de V.T. proferunt, quæ in noſtris codicibus non habentur. Super quibus in ſuis locis plenius diſſeremus. Ex quo perſpicuum eſt, illa magis vera eſſe exemplaria, quæ cum Novi Teſtamenti autoritate concordant. Accedit ad hoc quoque quod Joſephus, qui LXX. Interpretum proponit hiſtoriam, quinque tantum ab eis libros Moyſi translatos refert, quos nos quoque confitemur plus quam cæteros cum Hebraicis conſonare. Sed & bi qui poſtea interpretes extiterunt, Aquilam loquor & Symmachum & Theodotionem, longè aliter habent, quàm nos legimus.* Idem in Micheæ cap. 2. Tom. VI. *Interpretatio LXX. ſi tamen LXX. eſt. Joſephus enim ſcribit, & Hebræi tradunt, quinque tantum libros legis Moyſi, ab eis translatos & Ptolomæo Regi contraditos.* Quis ergo fuerit interpres reliquorum librorum ſacrorum? Fortaſſe unus, aut plures, ſed incerti: id quod & Latinæ Interpretationi contigit. Atque imò quum per vetuſtam traditionem Græca iſta verſio LXXII. Viris attribuatur: Quid obſtat quò minus illi, vel unus atque alter illorum reduces ex Ægypto transtulerint totum Codicem, etſi eum non una tradiderint Ptolomæo? idque in gratiam Proſelytorum.

§. V.

Ex quibus porrò conſtat de inſequentibus Triumviris totiusque S. Scripturæ interpretibus, AQVILA, SYMMACHO, & THEODOTIONE: *Juxta Præf. in Lib. Paralipom. eodem Tom. III.* totum orbem hâc inter ſe trifariâ varietate compugnaſſe. Fuerunt tamen etiam plures, ſed hi præcipui fortè. Omnes recenſet celeberrimus Doujat Prænot. Canon. Lib. 1. c. 20. numero decem. Inſecuti ſunt poſt S. Hieronymum, quinto ſeculo Ebræorum Maſorethæ, de quibus audiamus Heinſium in Prolegom. Ariſtarchi S. pag. 650. n. 40. „Quidam de Homericis emendationibus interrogatus, eam „omnium emendatiſſimam reſpondit, quæ aut non, aut minimè emendata eſſet. Nam „Homerum legere, quam Criticos imperitos malebat. Idem ne in Sacris ſcriptis fieret, „quum in Judæorum gente Maſorethas excitavit, providè occurrit DEus: qui ſtupendo ſtudio induſtriâque omnes Bibliorum literas ac voces numerarunt, à quo מסורים „ſupputatores dicti, ut haud ſecus, quam in bene conſtituta domo, in qua ratio poſſeſſionis conſtat, ac cum ſumma cura omnia ſervantur, nihil eripi, perverti aut mutari poſſit. Vnde & cum Legis conſervatione ſive præſidio conjunctum eſſe hoc ſtudium Magiſtri Hebræorum meritò ac ſuo jure dicunt. - Iidem ſunt, qui in literis majoribus minoribusque ac inverſis, iidem qui & circa voces, in quibus lectionum varietas, quæ קרי וכתיב *lectio* & *ſcriptio* ab illis dicitur: iidem qui & in diſtinctione verſuum, judicium exercuerunt. Iidem denique ne quidquam aliorum diligentiæ concederent, autorum ſcripta, ùt Latini Critici & Græci, imprimis autem illi, qui in Tragologias, è recepta in Tragœdiis tum conſuetudine, Dialogos Platonis diſtinxerunt, libros Sacri Codicis diſpoſuerunt.„ Hæc Heinſius. Plura de iisdem dabunt Buxtorf. *in Tiberiade;* ſeu *Commentario Maſor.* c. 1. Cunæus *de Rep. Heb. L. I. c. ult.* Doujat. *Præ-not. Canon. L. 1. c. 19, 3.*

§. VI.

Atque hæc in Eccleſia orientali. In occidentali verò magna licentia primò fuit vertendi S. Codicem ex idiomate Græco variorum interpretum, ut qui & quot verterint, numerari non potuerint, teſte Auguſtino. Redacta tamen fuit iſta multitudo ad Verſionem, quam vocant *Romanam, Italam,* & *Vulgatam veterem; novam* enim

Digitized by Google

enim S. Hieronymus concinnavit, quam *Hebraicam Veritatem* vocat, poſtquam veterem illam aliquo modo *emendaverat*, & quæ pro *Veritate Ebraica* fuit retenta. Atque ut propius ad ſcopum veniamus, quum inter libros ſacros præcipuè emineat Pſalterium Davidicum, ejusque translationem Germanicam Notkeri Abbatis nunc primum publici juris faciamus, verum etiam de hoc eſt, quod diximus, Vulgatam hîc Latinis fuiſſe retentam, non Romanam, nec Veritatem Ebraicam, quæ vocatur. Qua de re Nic. de Lyra in Præf. Pſalt. ſcribit: *B. Hieronymus ter transtulit Pſalterium, primò ſecundùm LXX. quod Pſalterium ROMANVM dicitur, eò quod Eccleſia B. Petri illo utitur. Secundò fecit aliam translationem non multùm diſtantem à prima, & tamen magis appropinquantem Hebraico, & vocatur Pſalterium GALLICANVM, eò quod Damaſus Papa ad rogatum Hieronymi illud fecit cantari in Eccleſiis Gallicanis. Propter hoc dicitur in Regula Fratrum minorum: Clerici faciunt divinum officium ſecundum ordinem Romanæ Eccleſiæ, excepto Pſalterio: quia Fratres utuntur Pſalterio Gallicano. Tertiò ad preces Sophronii, qui frequenter diſputabat cum Judæis, qui ſolum recipiunt illud quod eſt in Hebræo, fecit translationem immediatè acceptam ab Hebræo: propterea vocatur Pſalterium Hieronymi juxta Hebraicam Veritatem. Media autem translatio eſt communior inter Latinos, & ideò in expoſitione hujus libri intendo eam proſequi, & ubi notabiliter diſcrepat ab Hebræo vel à translatione Hieronymi juxta Hebr. V. tangam illud ſecundum gratiam à Domino DEO mihi datam.*

§. VII.

Alicubi tamen in Gallia Pſalterium Romanum vetus adhuc frequentatum, veluti in Eccleſia Lugdunenſi, conſtat ex libello quo variantes Lectiones annotantur, cujus titulus eſt iſte: *Notes & Corrections ſur le Breviaire de l'Egliſe de Lyon.* par *C. le Laboureur, Prevoſt de l'Isle de Barte à Cardinal Archevêque de Lyon. à Lyon* MDCXLVII. Is autor inter alia obſervat: in Pſalmo VI. & in XCIV. & alibi multa in Breviario Lugdun. reperiri, quæ in Vulgata hodierna non ita reperiuntur; relicta tamen ſint & alibi in Breviariis & Miſſalibus, etiam a Correctoribus viris Romæ præcipuis, quibus olim curam revidendi & corrigendi Miſſalia & Breviaria Pius V. & Clemens VIII. Romani Pontifices commiſerant, ea autoritate, ut ſub S. Patris nomine prodirent. Nimirum plus valuiſſe apud ipſos tot veterum SS. Patrum Tertulliani, Cypriani, Hilarii, & Auguſtini autoritatem venerandam, quam ut ea vellent remota aut correcta, quæ in tantorum doctorum Scriptis è Romana veteri verſione reperiantur.

§. IIX.

Verum propior noſtrum ſcopum attingit quæſtio: an Notkerus revera autor ſit hujus verſionis? Maximè enim dubium hoc reddit, quod Otfridi translatio ferè coincidit cum illa: qui verò bene vetuſtior eſt Notkero: illam translationem in Bibliotheca Vindobonenſi extare, Pet. Lambecius oſtendit, & nos infra Pſalmi XLI. collationem exhibemus cum variantibus lectionibus. Etſi verò in utramque partem res hæc diſputari poſſit: Arbitror tamen, primum ac genuinum auctorem hujus translationis eſſe Otfridum: ſed poſt ſeculum & quod excurrit, Notkerus reviſionem ejus inſtituit, atque verba interea inſolita facta, aut aliis interpretatus fuit, aut alia ſubſtituit; ſed & Latina vocabula adjecit, in favorem, ut puto, peregrinorum fratrum, quibus Latina notiora forte erant, quâm Alemannica.

Digitized by Google

SVPPLEMENTVM PRÆFATIONIS.

HUcusque licuit, dicam, an lubuit B. SCHILTERO telam ſuæ præfationis ordiri, & primis velut lineis rerum dicendarum ordinem adumbrare. Utinam &, ex voto ſuo noſtroque, cœptum opus continuare, ut propoſuerat, vel omnino pertexere ipſi licuiſſet! Verum id quidem vel temporum aſperitas tot ſubinde turbis, tot bellis Germanos inter & Gallos tum erumpentibus, calamitoſa, & ante omnia literis inimica, vetuit; vel feſſa ſenectus ac cœcutiens hebetudo Viri tot ceteroquin laboribus, pene infinitis, obruti, non ſuſtinuit; vel fortuna laboribus eruditorum raro ſatis æqua negavit. Profecto, ſi prodituri in lucem edendique abs ſeſe Theſauri Sui, e tot Bibliothecarum inſignium angulis eruti, ac per tot annos indefeſſis curis laboreque Herculeo congeſti & perpoliti ſpes lætior, aut paullo propinquior Seni Optimo adfulſiſſet, Præfationem haberemus multo luculentiorem, & capitibus rerum arduis, quæ nunc nonniſi obiter tangit, longe accuratius reſponſuram. Nobis enimvero neque fas eſt aut æquum, caſtigare quidquam in alieno labore; nec animus in re tot quæſtionibus diffuſa, quæ alium locum, alias horas poſtulant, nunc eſſe prolixis. Pauca dabimus quæ Theotiſcam Pſalterii Verſionem, autoremque qui nunc prodit, Notkerum (aliis Notgerum) manifeſte attingunt; de Codice Luberiano addituri ſimul, quantum expiſcari amicorum opera potuimus.

Inter cetera Eccleſiæ Gallicanæ veteris & Germanicæ decora eminet magnopere laudemque meret eximiam ſtudium transfundendi Sacros Bibliorum Libros, aut omnes, aut aliquos, in linguas utriusque gentis vernaculas, bono Eccleſiæ cum caliginoſa barbarie miſere luctantis, inſigne. Ceterum electus e S. Bibliis ante alios liber Pſalmorum eſt, in quo diligentiam viri Cordati frequentem ſeculis diverſis, & multam oſtenderunt. Gallos nunc mitto alibi quærendos. Germanicas Pſalterii verſiones non unius ævi, nec autoris tantum unius, pluſculas, diverſis exaratas ſeculis Germanorum & Anglorum bibliothecæ velut tot decora & cimelia cupidiſſime adſervant. Ut nunc nihil dicamus de verſionibus Pſalterii Anglo-Saxonicis, vel Aelfredi Regis ab Joanne Spelmanno A. 1640. edita, vel alia anonymi nono ruente ſeculo ſcripta: (cum utique Saxones Germanicæ gentis & linguæ fuerint propago) quarum notitiam ex Jac. Uſſerii Hiſtoria de Vernaculis Scripturis Dogmatica, & Auctario Henr. Whartoni hauriet uberem, qui volet. Germanicam quoque veterem Pſalterii verſionem adſervat ornamentis haud infimi ordinis adſcriptam Bibliotheca Norfolciana apud Anglos. (annotante Jacobo le Long.) Vidit Juſtus Lipſius olim in Bibliotheca Arnoldi Wachtendonk Pſalterium Latinum cum verſione Germanica interlineari Seculo IX. ſcripta. Vidit, inquam, & legit cum delectatione, ut ipſe memorat Centur. III. Ep. 44. ad Belgas, & Gloſſarium inde parvum compoſuit vocum Teutonicarum, ad quod etiam noſter Schilterus ſubinde provocat. Alias Pſalterii verſiones Germanicas Seculis inferioribus XIII. XIV. & XV. exaratas, minime profecto ſpernendas, Vindobonæ in Auguſtiſſima Maximi Cæſaris Gaza: Gothæ in Bibliotheca vere Ducali ac Principis tanti ſplendore digniſſima: Lipſiæ in Paulinis Academiæ Celeberrimæ Manuſcriptis: & Argentorati in Monaſterio S. Marci extantes Summi Viri, Petrus Lambecius, Erneſtus Sal. Cyprianus, Joachimus Fellerus, Chr. Fr. Bœrnerus, in Commentariis atque Catalogis eruditiſſimis, tum Joannes Schilterus ad finem Pſalterii Notkeriani infra p. 271. ſtudioſe commemorant, non ſine fructu plurimo evolvendi.

Eminet autem inter tot verſiones inprimis Notkeri Pſalterium, quod hic editur, de quo, ut & de Viro Illuſtri, cujus benevolentia Codex Manuſcriptus Schilterianas in manus pervenit, nonnulla nunc ut dicamus, æquum eſt. A B. Schiltero relictum in ſchedis hac de re invenitur omnino nihil, quod magnopere dolendum: id unum titulus loquitur evulgati ab ipſo jampridem Speciminis Pſalterii Notkeriani, deſcriptum eſſe librum è Codice Dn. de la LOUBERE. Jam quis eſſet iſte Vir Illuſtris quum plane ignoremus, niſi quod ex Actis Eruditorum Anni 1692 p. 479. ſeqq. & nomen & dignitas ſumma Louberii à Ludovico XIV. Galliarum Rege ad Siamenſem

Digitized by Google

ſem R. ut *Legati extra ordinem* miſſi, innotuerat: quod ipſum tamen utrum is idem eſſet dubios nos maxime tenuit: indicatum ab Amicis eruditis tum Argentorato, tum Pariſiis eſt, nihil eſſe quod dubitemus. Videlicet Virum Illuſtr. SIMONEM de la LOUBERE, ortu Tholoſatem eſſe, qui Aulæ miniſterio pridem admotus, præter hujus negotia, quæ & Argentorati olim A. 1678. Ablegati Regii nomine (Envoyé du Roy) aliquandiu curaverat, literas ubique ſummo ſtudio jugiter promoverit, ipſum literatiſſimum, *Academiæ* Pariſienſis tum *Gallicæ* illuſtris, (in quam poſt reditum è Siamenſi Legatione A. 1693. receptus honoris gratia fuit) tum illius quæ *ab Inſcriptionibus ac Politioribus Literis* nomen inclutum gerit, hodieque decus haud ultimum: Senex eſſe fertur octogenario major, adhuc ſuperſtes, ut affirmant, Toloſæ, emeritus & inter libros exquiſitæ Bibliothecæ otia tranſigens glorioſa. Huic igitur tanto Viro carus fuerit Schilterus oportet, ſive Argentoratum animi gratia forte aliquando repetenti; ſive per literas eruditas innotuerit. Ab hoc Codicem impetravit Operis Notkeriani, quod Helvetii olim, Vadianus, Schobingerus, Goldaſtus, aliique laudarunt pridem, viſum abs ſeſe; ac ejus editionem promiſerunt, at dederunt nunquam. Schilterus enimvero pro ſua ſolertia in indagando, & felici cupidine in dandis præſtantibus priſcæ Germaniæ Monumentis, hoc ſane quam eximium deſcribi curavit. Quid, deſcribi? Amplius & interpretatione illuſtravit, tum notis expolivit eximiis, atque ſic pulcre ornatum poſt ſe reliquit.

Ceterum de NOTKERO LABEONE, qui & idem *Tertius* dicitur; imo de diſtinguendis rite abs ſeſe invicem variis Notkeris, (quorum quatuor ad minimum in ſcriptis auctorum, quos Goldaſtus *Corpori Rerum Alemannicarum* inſeruit, recenſentur) difficilis alias eſt quæſtio & intricata: hinc multum profecto diſſentiunt viri docti in conſtituendo auctore Pſalterii hujus Notkeriani Theotiſcam in linguam translati & Paraphraſi non inſcita illuſtrati. Verum otia nobis hic fecit, facta è libris atque memoriis San-Gallenſibus, editis ineditis, accurata inquiſitione Vir eruditus inprimis & cum honoris multa præfatione nobis nominandus R. P. BERNARDVS FRANCKIVS, Monaſterii S. Galli Capitularis Digniſſimus, S. Theologiæ Profeſſor ac Bibliothecarius: non humanitate minus exquiſita, quam doctrina varia prorſusque eximia clarus. Hic enim in doctiſſima, quam mox adnectimus noſtræ Præfationi, tibique, Lector, gratias ultro plurimas Autori nobiſcum dicturo, exhibemus, Diſſertatione Critico-Hiſtorica, rem ni fallor extra dubium ponit; non *Balbulo* Notkero, non *Abbati*, ſed *Labeoni* quem & *Tertium* idonei ſcriptores æque ut Codices Manuſcripti vocant, Theotiſcam Pſalterii translationem vere deberi. Eidem videlicet, qui & Jobi librum olim in barbaricam transtulit ſimili inſtituto: tametſi non amplius laborem illum ſuperſtitem habeamus.

Nec minus erudite ac diffuſe idem doctiſſimus auctor demonſtratum dedit, falli *Petrum Lambecium* (at quantum alias in re omni critica virum!) dum Paraphraſeos Theotiſcæ in Pſalterium autorem nobiliſſimum illum Otfridum Weiſſenburgenſem, Seculo Carolingico vernaculæ veteris Francicæ magnum inſtauratorem (de quo ſupra affatim) facit; Trithemium unice ſecutus; & Codicem Ambraſianum, quem Vind. Biblioth. Auguſt. ipſe intulit, velut teſtem allegans. Oſtendit doctiſſimus Franckius, falli virum cetera ſumum; & argumentis ficulneis niti: ipſe melioribus Notkero Labeoni totum hunc laborem vindicat. Equidem videmus, Schilterum quoque ipſum nutaſſe circa hanc quæſtionem ultimo Præfationis ſuæ paragrapho, & Otfrido primas in condenda verſione Pſalterii partes ita tribuiſſe, ut ſecundas etiam tenuerit Notkerus: revidendi nimirum, variaque mutandi addendique, aut in favorem fratrum peregrinorum, aut ad linguæ genium jam ſeculo integro recentioris. At profecto, ſi quis cum cura legerit Evangelicum Otfridi Opus, quod Francicum vetus ac durum & à noſtris auribus alienum ubique ſonat, & cum Pſalterio Notkeriano ævi Ottoniani fœtu contulerit, multo minus aſpero, nec adeo noſtri ævi vernaculæ obluctanti; næ is nullo, ut reor, negotio deprehendet; totam linguæ indolem ac phraſin in duobus operibus ita diſſidere, ut vix ac ne vix quidem auctor idem utriusque, & ætas ſolum per reviſionem emollita, credi queat. Verum de his judicet æquus & peritus lector.

Nos nunc de editione iſtud maxime monemus: nihil curæ ſtudiive ſolliciti intermiſſum fuiſſe, quo Pſalterium iſtud & nitide & ad fidem ſcripti codicis Schilteriani

Digitized by Google


accurate expreſſum prodiret. Fuit aliquando, cum nonnihil erratum ſcribæ vitio ſuſpicaremur vocum aliquarum Theotiſcarum aut ſejunctione unius in duas, aut infeliciore duarum ad unam copulatione: & tamen religio fuit movere quidquam; ne videremur perperam ingenioſi in alieno. Quin & cum in Latino eſſet hallucinatum, dubii num liceret emendare per fidem Codicis antiqui? omiſimus.

Notas optimi ac eruditiſſimi Schilteri eadem integritate, qua textum, damus intemeratas, cuique paginæ ſubjectas. Si quis fuerit, qui media primis non reſpondere, nedum ultima, ægre ferat; & conqueratur notarum apparatum nimis cito deficere: meminerit ille, non eundem homini in opere longo animum alacrem ubivis manere. Quid mirum ſi id & B. Schiltero accidit? Magna pars annotationum in interpretatione paraphraſeως Theotiſcæ, ſimplici ac verbali, conſtiterat: Sed ad Pſ. XXXII. memorat ipſe Schilterus, non amplius ea fore opus Lectori attento. *Nam qui priorem interpretationem cognoverit, Gloſſarium noſtrum in ſuppetias poſthac accerſiturus; ille ulteriori κατὰ πόδα interpretatione haud, arbitror, indigebit.* Quod ſi ergo in locis obſcurioribus adhuc aliqua deſiderabis, Lector æque, Gloſſarium exſpecta, tertio hujus Operis tomo, DEO propitio intra anni unius ſpatium, mora non longiore, ſecuturum.

Dignum interim eſt, ut Piis Manibus B. Schilteri, Viri Summi ac de patriis Antiquitatibus, Sacris etiam, meritiſſimi non ſolum gratulabundi optime precemur, agamusque gratias diligentiæ ac labori inexhauſto: abſque quo fuiſſet, toto iſthoc Pſalterio Theotiſco carendum nobis fuerat: quod ſane decus magnum & laudem eximiam Germaniæ Chriſtianæ toti, ſacris in rebus pridem vigili ac ſollicitæ ad ædificationem ſuorum, bonum autem inſigne orbi literato, parit; & prodeſſe pluribus poterit. Denique illud Te monemus, Lector; poſt finem Pſalterii Notkeriani te reperturum rubricas Pſalmorum alias: quas ex alia verſione, recentiore quidem quam eſt Notkeriana, ſed vetuſta tamen, quæ aſervatur Argentorati in S. Marci monaſterio, excerpſit induſtriæ ferreæ Vir ac pro publico Gentis Germanicæ immortaliter meritus, Schilterus. Ita Vale, Lector, & noſtris in edendo curis benignus fruere.

JO. FRICKIUS.

Digitized by Google



Pl. R. P.

BERNARDI FRANCKII,

Capitularis Monaſterii S. Galli in Helvetia, ibidemque SS. Theol. Profeſſoris & Bibliothecarii.

DISSERTATIO CRITICO-HISTORICA

DE

AVTHORE

THEOTISCÆ PARAPHRASIS PSALTERII.



Nter antiquiora Veteris Germanicæ linguæ monumenta non ultimum profectò ſibi vendicat locum Paraphraſis quædam ſingulos Pſalmorum Davidicorum verſus Teutonicè reddens, additis ut plurimùm non contemnendis gloſſulis, ſive ipſius Textûs Sacri Moralibus, aut Myſticis ſuccinctis interpretationibus. Quod opus magni â prima ſua origine habitum fuit, nec minorem æſtimationem, ac amorem apud omnes, ad quorum poſteà manus pervenit, promeruit.

Ejus Authorem pium, in Scripturis Sacris haud parùm verſatum, & ſuo ævo doctrinâ excellentem fuiſſe, facile dignoſcitur. Quis verò, aut quando extiterit? indiſcuſſum manſit hactenus, & adhuc ſub judice lis eſt: quam breviter hîc ventilare, & prudenti Lectoris ſententiæ ſubjicere eſt animus.

Ut autem ipſo in limine ſtatum cauſæ intelligas, noveris oportet, duplicem controverſiam agi; Primam: an Paraphraſis iſta Teutonica, veluti nobilis ingenii partus Otfrido Monacho Wiſſenburgenſi, vel Notkero Monacho S. Galli, de quibus ſolis dubitatio oriri poteſt, adſcribendus ſit?

Alteram: ſi victoria â Notkero ſteterit, quisnam ille dicendus ex pluribus ejus nominis, & loci, ſed diverſæ ætatis, ac dignitatis? Utrinque nonnihil difficultatis ſuperandum videtur. Sed libeat una mecum æquali oculo, ac indifferenti judicio rem tantiſper perpendere.

Digitized by Google

dere. Non enim tanti fortè, ut prima fronte apparet, negotii fuerit, veritatis hac in parte penetrare arcanum.

Primum, & principale præsentis disputationis membrum quod attinet, non diffiteor equidem & Otfrido, & Notkero suos esse Patronos, rationes, ac testimonia. Otfridi partes primus, quod scio, in se suscepit Petrus Lambecius Leopoldi, Cæsaris Augusti Consiliarius, Historiographus, ac Bibliothecarius, Vir eruditione præcipuus, Antiquitatum sedulus pervestigator, Commentariis de Cæsarea Vindobonensi Bibliotheca editis percelebris, & de Literaria Republica optimè meritus. Is enim Commentariorum suorum Lib. 2. c. 5. & 8. Theotiscam Psalmorum translationem, de qua nobis sermo est, inhæsitanter Otfrido attribuit, Notkeri penitùs vel oblitus, vel nescius. Quem subinde plures alii solâ Illius Authoritate persuasi, secuti sunt. Sed juvat ipsum audire Lambecium, ut argumenta, quibus sententia illius innititur, perspiciamus. Citato itaque L. 2. c. 5. Otfridi Wissenburgensis opuscula ex Joanne Trithemio recensens, ad illa verba Trithemii in Catalogo Illustrium Virorum Germaniæ: *in Psalterium tria magna volumina.* ita scribit: *Notandum secundo est, per tria Otfridi volumina, sive totidem libros in Psalterium nihil aliud intelligendum esse, quàm Theotiscam Paraphrasin Prosaicam singulis cujusque Psalmi latinis versiculis subjunctam.* Reperi enim An. 1665. cùm S. „ Cæs. Majestatis in itinere Oenipontano comes essem, egregii hujus, & publicâ luce tam re- „ spectu argumenti, quàm antiquitatis, & linguæ dignissimi operis pervetustum, *& uti ex scriptura, aliisque circumstantiis liquet, ipso Otfridi ævo exaratum* Codicem Manuscriptum Membra- „ naceum in Bibliotheca Arcis Ambrasianæ juxta Oenipontum sitæ, eumque una cum aliis „ multis præstantissimis codicibus Manuscriptis in Augustissimam Bibliothecam Cæsaream Vin- „ debonensem transtuli.„

Eadem penè repetit Cap. 8. ubi præfatum codicem fusius describit, & hæc denuò addit: *Scriptus autem est sine dubio hic codex, ut ex scriptura, & aliis variis certissimis indiciis apparet, ipso Otfridi ævo, nempe sæculi post Christum Noni posteriori parte dimidiâ, quo eodem tempore idem Otfridus volumen Evangeliorum antiquis rhythmis Theotiscis composuit*, &c. Hucusque Lambecius. Ex quibus colligere licet, Eum tribus maximè fundamentis opinionem suam stabilire. Primum, & præcipuum, cui tota veluti machina incumbit, esse videtur Testimonium Abbatis Spanheimensis Joannis Trithemii asserentis Otfridum Monachum Wissenburgensis Cœnobii inter alia sua opera etiam *in Psalterium magna tria volumina, libros tres, scripsisse.* Ita ille in Lib. de Script. Eccles. in Catalog. Illustr. Vir. Germ. & Polygraphiæ libr. 6. Quæ loca Lambecius allegat, & ut vidimus, de *Paraphrasi Theotisca Prosaica*, de qua in præsenti agimus, liberè, ac fidenter quasi rem acu tangens exponit. Alterum quod pro Otfrido faciat, ex antiquitate scripturæ Codicis Cæsarei ad finem sæculi noni, ut Lambecius judicat, exarati depromit. Pro Tertio denique argumento sibi favere existimat *alias quasdam*, uti vocat, *circumstantias, ac varia certissima indicia*, quibus Otfridus ejus operis Author probari possit. Quænam verò illæ circumstantiæ, ac indicia sint? obscurè denotat, nec facilè codicem ipsum non inspicienti divinare licet. Certè Otfridi, vel alterius Otfrido coævi nomen codici insertum esse, ut credam, adduci haud possum. Nunquam enim Lambecius minutissima quæque eo codice contenta enumerans silentio illud præteriisset. Neque aliud quidquam in exactissima totius codicis descriptione, quod *certissimi indicii* notam mereretur, occurrit, nisi fortè reliqua Psalterio adjecta intellexerit Lambecius, iisque tantum roboris tribuerit: refert namque præter Psalmorum Paraphrasin codicem Cæsareum etiam Cantica sacra, Orationem Dominicam, Symbolum Apostolorum, ac Athanasii, Professionis fidei Catholicæ formulam, & maximè fragmenta Homiliarum, quales Otfridum scripsisse testatur Trithemius, omnia sermone Teutonico complecti. Unde istorum Authorem & ipsam Paraphrasin Psalmorum composuisse judicari possit.

Hæc pro Otfrido Lambecius, nec plura apud alios Lambecii sequaces reperire est.

Jam & alteram Partem audire oportet, quæ Notkerum Monachum S. Galli sæpè dictæ Psalterii translationis Theotiscæ Authorem propugnat.

Primum in hanc rem, & antiquissimum argumentum produci potest irrefragabile, & omni exceptione majus testimonium Ekkehardi Junioris sive quarti. Monachus is erat S. Galli doctrinâ, & variis, quæ conscripsit, sua ætate, sæculo nimirum post Christum XI.mo clarus,

Notkeri

Notkeri Labeonis olim discipulus, Ariboni Archiepiscopo Moguntino familiaris, cujus etiam rogatu *Librum Benedictum, sive Benedictionum* composuit, quem Joanni Diacono Monacho S. Maximini, post ejus Cœnobii Abbati inscripsit. Ubi de Notkero Labeone Magistro suo agens, disertè pronuntiat, eum inter alia etiam Psalterium in Teutonicam linguam transtulisse. *Primus* (inquit.) (1) *Barbaricam scribens, faciensque saporam*, &c. &c. (2) *Gregorii pondus dorso levat ille secundus, post* (3) *Davidis dicta simili jam robore victa*, &c. Quibus versibus intelligendis eâdem (& quidem, ut ex chartis traditionum conjicere licet, ipsius Ecckehardi) manu in antiquissimo, hodiéque superstite codice glossa interlinearis adjecta legitur: (1) *Teutonicè propter charitatem discipulorum plures libros exponens* &c. &c. (2) *Gregorii moralia.* (3) *Psalterium, in quo omnes, qui barbaricam legere sciunt, multùm delectantur. Kisila Imperatrix operum ejus avidissima Psalterium ipsum, & Job sibi exemplari solicitè fecit*, &c.

Hæc pro Notkero Testis de visu Ecckehardus. Cui tamen, ne unius depositio semiplenam tantùm probationem pariat, alios quòque bene multos jungere possemus, sed quorundam solùm testimonia, eruditis clausa operibus, proferre placet. Agmen ducet Joachimus Vadianus, Vicinus noster, Medicinæ Doctor, & Consul Civitatis SanGallensis ita Lib. 2. de Collegiis Monasteriisque Germaniæ veteribus scribens: *extat apud nos SanGalli Psalterion â Notkero Monacho in nostram linguam translatum.* Cui mox speciminis gratiâ orationem Dominicam ex eodem codice subjungit, quæ ad unguem cum ea, quam citatus Petrus Lambecius ex codice Cæsareo refert, correspondet.

Melchior Goldastus Rerum Alamannicarum Tom. 1. ab initio de Eckkehardo IV^to^ loquens: *Eckkehardus*, (inquit) *descripsit Psalterium in linguam barbaricam, id est: Germanicam â Notkero Labeone traductum*, &c. Idem repetit Tom. 2. in Catalogo Scriptorum his verbis: *Notkerus Labeo transtulit in linguam Alamannicam Psalmos Davidis, & Librum Job, quorum illi apud nos extant, iste periit.*

Theodorus Zuingerus Theatri humanæ Vitæ eruditissimus Author, volum. 16. l. 1. hæc habet: *Notgerus S. Galli Monachus Psalterium in linguam Francicam rudem adhuc & inconditam convertit.*

Gabriel Bucelinus Antiquitatum collector sedulus in Menologio Benedictino ad diem 28. Junii de Notkero Labeone ita ait: *in Patriæ gratiam insigni cum fructu, ac merito, primus in linguam Germanicam Psalterium Davidis transtulit.*

Recentius denique Elias Du-Pin in Hist. Controv. & Mater. Ecclesiast. Tractat. ad Sæculum X^mum^ de tribus diversis Notkeris agens, *Notger* (inquit) *en composa plusieurs, il traduisit le Pseautier en Allemand*, &c.

Plures alios veluti Joannem Stumpffium in Chronographia, Henricum Pantaleonem de Vir. Illustr. Germ. P. 2. Freherum in Notis ad Formul. Fœder. inter Ludov. & Karolum brevitatis causa prætereo, cùm universim affirmari possit: usque ad Petri Lambecii tempora omnes, quotquot translationis, sive Paraphrasis hîc in quæstionem deductæ meminêre, ejus Autorem Notkerum aliquem Monachum S. Galli censuisse. Imo nec defuere etiam post Lambecium, qui idem sentirent, uti ex Du-Pinio, Frehero, & aliis liquet, quorum testimonia eò magis accipienda â nobis sunt, & plus ponderis obtinere debent, quò longius tempore, locis, ipsa Religione inter se distantia in eandem tamen veritatem collimant. Ubi non unus alterum exscripsisse, sed diversis rationibus permoti idem asseruisse videntur, cùm ex adversa parte neminem repererim pro Otfrido tulisse testimonium aliud, quàm *Lambecium ita scripsisse, ita sensisse*, ut apud ipsum Joannem Mabillonium, Herzium, & alios Lambecium hac in re describentes videre est. Unde omnes, ac singuli quid â Lambecio acceperint testantes unius tandem testis vim habent, nec plus cum illis, quàm se solo Lambecius probat.

Verùm præter Authoritatem unam vel alteram pro Notkero rationem in medium proferamus. Et primò quidem sat firmum sibi assensum postulant plures, iique optimæ notæ co-

Digitized by Google

dices Manuſcripti, qui Theotiſcam Pſalterii Paraphraſin non niſi Notkeri nomine inſcriptam continent. Sileo illum Giſilæ Imperatrici ab Eckkehardo (ut Goldaſtus refert) ex ipſo Autographo deſcriptum. Extat hodiedùm in Bibliotheca Monaſterii noſtri Pſalterium hoc Teutonicum in membranis ſæculo circiter XII^mo nitidè exaratum omnia (exceptis Fragmentis Homiliarum, & Confeſſione fidei) â Lambecio relata ordine ſuo exhibens, & ut ex primo Pſalmo, & Oratione Dominica apparet, Cæſareo Codici ut ovum ovo ſimile. Huic in fronte inter has duas voces: *Beatus Vir.* Per integrum folium veteri artificio, & miro labore minio depictas titulus iſte eadem manu inſertus cernitur: *Incipit translatio barbarica Pſalterii Notkeri Tertii.* In fine verò operis hoc diſtichon eodem charactere ſubjungitur:

Notker Teutonicus Domino finitur amicus
Gaudeat ille locis in Paradyſiacis.

Hæc in Codice noſtro antiquiſſimo, ac integerrimo, quem inſpicienti, nullum certè dubium, aut ſuſpicio relinquitur, Notkerum translationis iſtius Authorem eſſe. Maximè, cùm ceteroquin rariſſimè Nomen Authoris, vel etiam ſcriptoris in veteribus codicibus noſtris inveniatur appoſitum. Tribuendum id partim humilitati, partim ſolicitudini, & prudenti cautelæ, ne ſortè, quod facilè illis temporibus fieri poterat, unus pro alio non ſine erroris periculo poneretur. Unde Manuſcriptis noſtris, in quibus Author exprimitur, non minimum accedit certitudinis, & authoritatis. Alterum conſimilem Pſalterii Codicem Notkeri nomine inſignitum adhuc ſub Franciſco Principe, & Abbate noſtro ad initium ſcilicet Sæculi XVI^ti in Monaſterio noſtro aſſervatum, ſed tempore mutatæ Religionis Anno 1529. cum aliis non paucis in Civitatem SanGallenſem delatum fuiſſe teſtatur Chronicon noſtrum, quem illum ipſum â Vadiano, & Goldaſto ſupra citatum judicare mihi pronum eſt. Tertium Codicem Pſalterium Teutonicè redditum exhibentem ſub Notkeri nomine, apud Jodocum Mezlerum noſtrum reperio, qui eundem ſuo adhuc tempore, hoc eſt: circa annum 1620. Armarium noſtrum ornâſſe ſcribit, dum in brevi chronico ſuo ad annum 1027. Pſalterium hoc â quodam Monacho inter quatuordecim dies deſcriptum fuiſſe narrat, hæcque ſubjungit: *Prodit idipſum quod ſupereſt exemplum, in cujus medio id ipſum habetur ad marginem adnotatum, prout ipſe vidi, miratus ſanè hominis illius in ſcribendo celeritatem.*

Sed ne domeſticis tantùm exemplis utamur, & extranei tela ſuppeditant. Ita namque Paraphraſin iſtam Teutonicam Codex Gallicanus Bibliothecæ Regiæ Notkero adſcribere dicitur. Idem de Codice Louberiano, atque Marquardi Freheri, ſi tamen â priore diſtinctus eſt, ſentire licet, &c.

Secundam pro Notkeri cauſa non levem probationem afferunt alia plura ejusdem ætatis, ſtyli, & characteris Teutonica monumenta, quæ nemine refragante ſolum Notkerum Authorem habent. Eorum quædam periêre, vel alibi deliteſcunt, uti Liber Job, & Libri Moralium S. Gregorii Papæ: quædam apud nos ſuperſunt, uti Boëtius de conſolatione Philoſophica, Organum Ariſtotelis, Martianus Mineus Capella de Nuptiis Mercurii & Philologiæ &c. omnia eodem prorſus idiomate, ſimilique methodo ad ſingulos ſcilicet verſus, vel conſtructiones latinas veluti ipſa Paraphraſis Pſalterii compoſita. Unde ejusdem etiam Authoris eſſe convincitur, & perpetua noſtrorum Traditio eſt.

Tertiam in hanc rem addimus rationem: quæ inde deduci poteſt, quod ipſa ſæpe nominata Teutonica Pſalterii Paraphraſis tam primaria, quàm interlinearis, ac marginalis quædam contineat, quibus Translator ad ſpecialia facta, quæ Notkeri Labeonis ævo, hoc eſt, Seculo X^mo acciderant, alludit, ut pridem animadvertit Mezlerus noſter in Chronico. Unum placeat audire exemplum ex Pſalmo 65to ſecundum Hebræos 66to *Jubilate DEO omnis terra*, &c. Cujus verſus 10^mus *Poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro, impoſuiſti homines ſuper capita noſtra:* ita exponitur: *Du luode arbeite uſen unſeren rukke. Uuannan chamen die? Daz du menniſcen ſaztoſt ubar unſeriu houbet. Peccatores lieze du unſer uualten.* Ubi voci: *Menniſcen.* ſuperpoſitum legitur: *Uualaba de ſtabulou.* & ad verbum: *Peccatores.* in margine eadem manu,

Digitized by Google

nu, ſed paulò minori charactere adnotatum: *Poponiſcos Sciſmaticos inter Monachos, maximè inter Sanctigallenſes.* Illud verò verſu 14. *Holocauſta medullata offeram tibi.* Teutonicè ſic redditur: *Margbaftiu opher bringo ih dir: in beino minnon ih dih. Daz ne tuot aber der, der dien liuten mer lichen uuile danne Gote.* Cui in margine notatis verbis: *lichen uuile.* eodem calamo appoſita ſunt iſta: *id eſt: mit Ypocriſi preitero blattun, „ Uuitero chugelun, & mille „ aliis, quibus ſciſmatici noſtri irritaverunt DEum in adinventionibus ſuis. maximè autem in „ duobus roccis, in quibus Diabolus crucem Domini per eos delere conatur, ne ea, ſicut Be- „ nedictus inſtituit, monachi veſtiantur! nam cætera eorum abominanda ſi non puras conſci- „ entias pollui timeremus, abundantius pandere habueramus. nam & â crapula Gallis inge- „ nita inchoantas in miſeranda inopia nos reliquerant.* „ Hiſcé quid Author intenderit? quosvé ſignare voluerit? vix intelliges, niſi ex chronicis Monaſterii noſtri, ex quibus palam fit, ſermonem hîc eſſe de Sandrato illo Monacho Stabulenſi, vel (ut alii volunt) Colonienſi, qui cùm Abbatiæ SanGallenſis dignitatem, diu â ſe ambitam obtinere non potuiſſet, id tandem continuis calumniis, ac fraudibus apud Ottonem I. Imperatorem hypocriſi ſua inductum effecit, ut ſibi Viſitatio, & reformatio Monaſterii S. Galli committeretur. Sed quomodo detractâ ovinâ pelle lupus deprehenſus fuerit, & detectâ ejus vafritie, ſimulatione, ac vitiis, præſertim crapulæ, turpi fugâ ſibi conſulere debuerit? In Eckkehardi IV^ti Caſibus Monaſterii noſtri â Goldaſto Tom. 1. Rer. Alaman. editis cap. 16. legere eſt. Contigit verò ea impoſtoris hujus, & quorundam aliorum in noſtros fraudulentia anno circiter Chriſti: 979. Notkero Abbate S. Galli, ſub quo jam floruit Notkerus Labeo, Ottfrido Wiſſenburgenſi integro præcedente ſæculo pridem è vivis ſublato.

Hæc pro Notkero adduxiſſe ſufficiat, cui etſi nihil aliud patrocinaretur, ſola, me hercle, longiſſimi temporis quingentorum annorum quieta poſſeſſio indubitatam afferret victoriam. Nec adverſæ partis â Lambecio productæ probationes tantæ ſunt, ut interrupta tam diuturna poſſeſſione, qua apud omnes uſque ad annum 1669. Notkerus gaudebat, Otfrido cauſa adjudicetur.

Primò enim quod Authoritatem, & teſtimonium Trithemii attinet, quàm parùm id Lambecio faveat, ipſe Trithemius loco jam cit. non obſcurè nobis innuit, alibi verò apertè demonſtrat, cùm ſcilicet Otfridi opus in Pſalterium non paraphraſi proſaicâ, ſed carmine, & rythmo conſcriptum fuiſſe indicat. Ipſum audiamus: In Cat. Vir. Illuſtr. Germ. antequam opera Otfridi recenſeat, iſta præmittit: *Multa & miranda linguâ maternâ ſecundùm easdem* (Caroli Magni) *regulas compoſuit metro, ſeu carmine, quæ nemo facile noſtra ætate legere, & intelligere poteſt, quantumcunque ſermonis noſtri peritus, quippe cùm ſermo ille regulatus à noſtro plus differat, quàm Hetruſcus â latino. Mirabile tamen eſt, & lectione dignum, quidquid Vir iſte compoſuit, dum in Teutonico ſermone regulas poſuit, & quaſi in verſibus pedes, & numeros cuſtodivit.* Mox opuſcula enumerans ait: Ex cujus opuſculis extant ſubjecta. *Ad Luitbertum octavum Moguntinæ Eccleſiæ Archiepiſcopum in quatuor Evangelia ſecundum prædictas regulas metricum opus magnum, & admirandum, quod prænotavit gratiam Theotiſce, libros quinque. ad Ludovicum Regem. l. 1. ad Salomonem Conſtantienſem Epiſcopum l. 1; ad Monachos S. Galli l. 1. in Pſalterium tria magna volumina* (NB.) *eodem genere ſermonis.* quo ſcilicet præcedentia, quæ omnia ab ipſe Lambecio relata Teutonici rythmi, & carmina ſunt. Quibus bene ponderatis clarè datur intelligi, quid per *tria volumina in Pſalterium* ab Otfrido compoſita ſignificare voluerit Trithemius. Verùm ne conjecturis tantùm hîc agere videar, alterum Trithemii locum (Lambecio notum, an ignotum? ignoro) produco ex Annalibus Hirſaugienſibus (anno 1690. in S. Gallo luce publica donatis) in quorum tomo 1. ad annum 863. de Luitberto Archiepiſcopo agens Otfridi opera â ſe jam alibi, ut monet, enarrata denuò commemorans ita luculenter ſcribit: *In Pſalterium etiam libros tres ſimili carmine lucubravit.* En! Trithemii teſtimonium de Otfridi opere teutonico in Pſalmos. Tuum jam erit ſententiam ferre, quid Lambecius hoc unico, quo gloriatur, Teſte pro cauſa ſua conficiat? dum iſte de carmine, ille de Paraphraſi proſaica loquitur; iſte de tribus magnis voluminibus, & libris in Pſalterium ſcriptis, ille de tribus Pſalmorum quinquagenis mentionem facit; iſte de genere ſermonis ad *certas regulas, & numeros* conſtricti, & ſuo jam ævo, nimirum duobus ferè ſæculis Otfrido viciniori, â quantumcunque Germanicæ linguæ perito vix perceptibilis recenſet, ille de ſermone ſoluto, & â nobis hodiedum majori ex parte intelligibili explicat; quæ

Digitized by Google

omnia vel unicum Primi Pſalmi â Lambecio propoſitum ſpecimen conſideranti, & cum adductis Trithemii verbis conferenti fient manifeſta.

Neque ſecundum Lambecii argumentum, *ex antiquitate ſcripturæ codicis Cæſarei deſumptum* magni adeò ponderis eſt. Licet enim ea antiquariis non inſueta, nec infimæ ſortis probatio ſit, maximè tamen fallibilem, & frequentibus ſubjectam erroribus nemo eſt, qui ignoret. Quam facile nimirum ſolius characteris ac ſcripturæ veſtigia ſectantes â veritate deviare poſſint non pauca produnt exempla, & quàm difficulter ex literarum tantùm formis, & ductibus certum quid inferre valeamus, quotidianâ docemur experientiâ.

Quare veniam mihi dabit Lambecius, nec mirabuntur Eruditi, ſi Virum cæteroquín Magnum hac in re lapſum fuiſſe dixero, dum Trithemii verbis non ſatis perſpectis lucubrationem Otfridi (cujus amore, & æſtimatione præventus jam erat) ſe manu verſare putavit, indeque ejus operum avidus ipſam codicis ſcripturam, ac characterem integro ſæculo vetuſtiorem, quàm eſſe poterat, cenſuit. Simili errore plures Antiquitatis optimè etiam gnaros inductos fuiſſe diffitebitur nullus. Unus hîc mihi ſufficiat Beatus Rhenanus eruditione præ aliis ſuo tempore clarus, quem ipſe Lambecius haud leviter in cognoſcendo charactere Codicis Otfridi in Evangelia errâſſe arguit, cit. l. 2. c. 5. Comment. Bibl. Vind. ita ſcribens: *Notandum ſecundò; Satis clarè apparere, quod is* (Beatus Rhenanus) *Otfridum Theotiſcæ translationis Evangeliorum ignoraverit Autorem, ideoque falſò crediderit eam plus, quàm integris tribus ante Otfridi ætatem ſæculis eſſe compoſitam.* Liceat mihi iisdem penè Lambecii verbis uti, & aſſerere: Satis clarè apparere, quòd Lambecius Notkerum Labeonem Theotiſcæ Paraphraſis Pſalmorum ignoraverit Autorem, ideòque falſò crediderit, eam integro ſæculo ante Notkeri ætatem eſſe compoſitam, & exaratam. Ita me dicere cogunt rationum momenta ſuperius prolata, uni ex ſcriptura derivatæ Lambecii conjecturæ præponderantia quàm longiſſimè.

Sed Tertius adhuc Lambecii diſſolvendus eſt nodus ex variis Manuſcripti Cæſarei *circumſtantiis, ac indiciis* colligatus. Optandum ſanè, ut ligaturæ, & nexus iſti clariùs ob oculos ponerentur, inde enim quantum ſtringerent, facilius cognoſceremus. Verùm ſi totum arcanum ſub obſcuris verbis contectum evolvere placeat, nihil tandem invenire erit, quàm hanc Lambecii argumentationem: In Codice Vindobonenſi Pſalmorum Paraphraſi fragmenta quædam Teutonicarum Homiliarum, & Profeſſionis fidei Catholicæ formula ab Otfrido compoſita conjunguntur, ergò ſicut reliquorum, ita & ipſius Paraphraſis Author eſt Otfridus. Huic ut paucis reſpondeam, illationem iſthanc vacillare, nec ullam certitudinem, imò vix probabilitatem parere pronuntio, cùm antecedens in dubium vocetur, & neceſſaria careat connexione. Primò enim probandum foret, Otfridum Homilias teutonico ſermone conſcripſiſſe, quod certè ex verbis Trithemii (unici iterum hac in re teſtis) perſpicuum non eſt. *Sermones* (inquit ille l. cit. poſt enumerata opera rythmis teutonicis conſtantia) *& Homilias tam de tempore, quàm de Sanctis edidit libros duos. Epiſtolarum ad diverſos l.* 1. *Epigrammata multa in utraque lingua, vario genere metri libris duobus.* Ubi, quo idiomate, Latino ſcilicet, an Germanico? Sermones, & Homiliæ Otfridianæ fuerint compoſitæ, exprimitur nihil. Neque univerſim dici poterit: omnia â Trithemio recenſita Theotiſca fuiſſe, aliàs & Epiſtolas in eadem lingua germanica ſcriptas aſſerere opporteret, quod tamen nemini hactenus in mentem veniſſe conſtat. Quia verò nec de contrario certi quid habemus, gratis interim concedamus, Otfridum Homilias teutonico ſermone elucubrâſſe, at an eæ ipſæ, quas Codex Ambraſianus una cum Pſalterio continet, Otfridi ſint? nullo penitus oſtenditur veſtigio. Unde haud vanæ dubitationi relinquitur locus. Scripſerit enim Otfridus Homilias, earum tamen & initium, & finis, & totum ignoratur ſubjectum. Quid ergò has ipſas, quarum fragmenta Lambecius invenit, Otfridi eſſe convincit? nullusne alius Otfrido aut antiquior, aut coævus eas ſcripſiſſe potuit? Similia certé Theotiſcæ linguæ fragmenta de Sæculo VIII^vo IX^no X^mo Bibliothecæ noſtræ non deſunt. Imò ſuſpicionem nobis meritò ingerit primum â Lambecio productum fragmentum, quod nullam prorſus ſpeciem Homiliæ *de amore erga DEum, & proximum*, ut ille dijudicat, præ ſe fert, ſed ſolùm exhibet initium Capitis 4^ti Regulæ S. Benedicti, *de Inſtrumentis bonorum operum.* Ita enim hoc fragmentum Teutonicè, quod regula noſtra latinè: *Inprimis Dominum DEum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute, deinde proximum tanquam ſeipſum, deinde non occidere, non adulterari, non facere furtum, non concupiſcere, non falſum teſtimonium dicere;*

Digitized by Google

dicere, honorare omnes homines, corpus caſtigare, jejunium amare, &c. &c. Hæc de verbo ad verbum Theotiſcè leges apud Lambecium, quis verò talia Homiliam & quidem *de amore erga DEum, & proximum* dixerit? Reliqua fragmenta examinare ſuperſedeo, quæ ex antiquorum Patrum Homiliis eſſe videntur, non ergò ab Otfrido, vel alio compoſita, ſed tantùm idiomate germanico donata. Sic Tertium fragmentum initum eſt Homiliæ 17mæ S. Gregorii Papæ in Evangelia, uti conſideranti patebit. Hæc de Homiliis.

Minoris adhuc efficaciæ cenſendum erit, quod de Profeſſionis Fidei Catholicæ formula Theotiſca ibidem dicitur. Eam enim nec â Trithemio, nec ab alio Otfridi opuſculis accenſeri reperio. Quare Pſalterii (cui in codice ſæpe citato ſociatur) Authorem Otfridum minimè probat, cùm ipſa priùs Otfridi eſſe probari deberet. Certè, ut obviè hîc aliquid proponam, ſimilem Fidei Confeſſionem Theotiſcam â Kerone Monacho S. Galli ſæculo VIIIvo ſcriptam, & in Chronico noſtro, & apud Goldaſtum lego. Verùm ne in perveſtigandis dubiis iſtis nimius ſim, & hoc Lambecio ſponte tribuo, nimirum memorata Homiliarum fragmenta, Profeſſionem & Confeſſionem illam Fidei Catholicæ &c. ipſius Otfridi opera eſſe. Quid inde? Ergò & Paraphraſis Pſalterii eodem codice conjuncta, vel etiam (quod neſcio) eadem manu conſcripta Otfridum Authorem habet. Negatur planè iſthæc ſequela, quæ in antiquis codicibus nimium quantum confuſionis pareret. Cui enim veteres Bibliothecas vel obiter luſtranti non conſtat, communem ferè temporum illorum morem fuiſſe, quod diverſiſſimorum opuſcula Authorum ab eodem ſcriptore, vel compactore in uno, eodemque codice conjungerentur? Poſſem hoc ex ſolo noſtro Manuſcriptorum Armario (unde forſan ille ipſe codex Ambraſianus olim prodiit) frequentiſſimis demonſtrare exemplis. Unicum commemorare libet, ubi eodem calamo, iisdem in membranis, in uno quaſi continuo Expoſitionem Boëthii in in Periermenias Ariſtotelis, Epiſtolam Notkeri ad Ruodpertum, Ciceronis libros Rhetoricorum, & alia varia fragmenta videre eſt. Quàm verò toto cœlo aberraret, qui exinde omnia illa uno codice conjuncta, ſimilis, & diverſæ materiæ opuſcula uni Boëthio, cujus ſolius nomen ibi exprimitur, adſcriberet? Nihil igitur ex operum in uno codice conjunctione ad eundem Authorem aſſerendum conficitur. Viden! *certiſſima illa indicia, & circumſtantias* Lambecio patrocinantes. Talibus ſi agendum, & mihi non pauca in promptu ſunt. Duo hîc breviter attingam, unum negativum ex iis, quæ Pſalmorum translationi junguntur, deſumptum, poſitivum alterum ex ſtyli & idiomatis ratione derivatum. Conſtat nimirum in Codice Cæſareo, noſtro, Vadiani, Goldaſti, & aliorum, præter Pſalterium, etiam Cantica Prophetarum, Orationem Dominicam, Symbolum Apoſtolorum, & Athanaſii, eodem prorſus modo Teutonicè translata reperiri, quorum tamen nec Trithemius, nec alius quisquam, minima quæque Otfridi opuſcula referentes meminêre, nullius proin Authoritate ea Otfrido aſſeruntur, ergò, ſi ex adjunctis argumentari placet, neque Pſalterium eidem tribuendum. Secundò Ipſum Theotiſcæ Paraphraſis Pſalmorum, & reliquorum idioma, Germanismus, & Stylus cum iis operibus, quæ communiter Otfridi eſſe creduntur, non adeò concordat. Hujus ſpecimen, unde judicium formari poſſit, ſolam hîc Orationem Dominicam, ut ea ab ipſo Lambecio cit. l. 2. utraque exhibetur, conſideremus, ita ſeſe habet:

Otfridi
In Evang. l. 2. c. 21.

FAter unſer, thu in himilon biſt.
Uuih ſi namo thiner.
Biqueme uns thinaz richi.
Gi uuillo thin hiar nidare ſo ſer iſt ufan himile.
Thia dagalichun zuhti gib hiut.
Sculd bilaz uns allen, ſo uuir ouh duan uuollen.
Ni firlaze unſih thin uuara in thes uuideruuerten fara.
Loſi unſih io thanana then uueuuon io bimiden.

Authoris
Translationis Pſalmorum.

Uater unſir, du in himile biſt.
Din namo uuerde geheiligot.
Din riche chome.
Din Uuille giskehe in erda alſo in himile.
Unſir tagelichih prot gib uns hiuto.
Unde unſere ſchulde belazh uns, ſo ouch firlazhen unſeren ſculdenaren.
Unde in dia chorunga ne leiſt du unſih.
Suntir irloſe unſih fona dem ubile.

Digitized by Google

Cernes hîc ſatis notabilem non tantùm Orthographiæ, ſed & verborum diverſitatem, quæ nobis diverſum etiam utriusque Authorem innuere videtur. Nec enim varietas iſta in diſtinctum ſermonis genus, proſaicum ſcilicet, & carminicum referri poterit, ſi non rythmi, & poſitio verborum, ſed ſola ſubſtantia, & ipſæ voces perpendantur, &c.

Hucusque pro Notkero. Quæ non animo cavillandi, ſed illuſtrandæ veritatis gratiâ prolata velim. Cùm nec Otfrido ejusdem mecum inſtituti Benedictini Alumno eum honorem invideam, nec in Lambecium Monaſterii mei ſingularem Encomiaſten id unquam commiſſiſſem, niſi hoc ut agerem, me juſſiſſent rationes oppidò graves, & aperta teſtimonia, Trithemii itidem detecta, & ex ipſo declarata Authoritas, quæ ſola Lambecio deviandi occaſionem præbuit, aliosque illum ſubſecutos in errorem traxit. Quo cognito, omnibusque maturè libratis, concludendum denuò: Notkerum Monachum S. Galli unicum Theotiſcæ Paraphraſis in Pſalterium Authorem eſſe. *Unicum*, inquam & primarium, ut qui opus iſthoc non ab alio plantatum excoluerit ſolùm, & ſubſtitutis aut adjectis quibusdam quaſi auxerit tantum, & ornârit, ſed ipſe primus & conceperit & genuerit. Palmarium id nobis reddit Shema Lambecianum cum noſtro, ac Vadiani, Freheri, & aliorum codicibus collatum, ubi per omnia, ſi paucas ſcripturæ, ac literarum variationes, differentias veluti individuales ex Amanuenſium diverſitate natas exceperis, ovum ovo ſimillimum deprehendes, quare unum ab altero diſtinguere, pluribusque eundem partum adſcribere laborabis incaſſum.

Supereſt tandem, ut & alteram initio propoſitam aggrediamur difficultatem, quæ tota in eo vertitur: Quis, & qualis Notkerus ille ſit, cui Paraphraſin Teutonicam Pſalterii aſſertam hactenus vidimus. Plures enim in eodem Monaſterio S. Galli iisdem, & diverſis temporibus Notkeros vixiſſe conſtat. Ex quibus Tres præcipuè Doctrinâ clari apud noſtros in memoria ſunt, variis cognominibus inter ſe diſtincti. Primus *Balbulus* impeditioris linguæ vitio dictus, nobiliſſimis natalibus ortus, hymnis, & ſequentiis â ſe compoſitis in Eccleſia notus, jam pridem Beati titulo donatus, cujus obitum Ephemerides noſtri ad annum 912. referunt, vitam virtutibus, ac miraculis illuſtrem Ecckehardus V^tus ſive ultimus conſcripſit, quæ apud Goldaſtum, & emendatiùs apud Bollandum ad diem 7. Aprilis habetur. Secundus *Phyſicus* ſeu *Medicus* â medendi peritia, *Piperis granum* â morem gravitate & diſciplinæ Monaſticæ ſeveritate, denique *Pictor* â pingendi arte eximia cognominatus, virtutibus omnibus, & doctrinis inſigniter præditus, ſed & generis nobilitate præfulgens, circa annum 975. ſanctè defunctus. Tertius â labio lato vocatus *Labeo*, Vir eruditione, & pietate clarus, Eckehardi quarti (quem nos Hiſtoriographum dicimus) in diſciplinis Magiſter, qui teſte eodem Eckehardo, quo die Jobo Teutonicè interpretando manum ultimam impoſuit (erat ille SS. Apoſtolorum Petri & Pauli profeſtus dies) mortis ſuæ præſcius ſacram exomologeſin fecit, Veſperas, quæ ex more in templo ipſorum Apoſtolorum Monaſterii Eccleſiæ contiguo decantari ſolebant, ipſe utpote S. Petri ſtudioſiſſimus cultor celebravit. Ubi deinde ad Completorium datum fuit ſignum, ille miſſis in chorum aliis, dicens:

Pſallite, Completam Petrus faciet mihi lætam.

Foris manens, pauperes interim ut convivio exciperentur, obtinuit, quos ipſe moribundus reficientes videre poſſet. Finito Completorio, cùm ante adhuc ſanus fuiſſet, cum morte conflictari cœpit, & eâdem die, opinione omnium ſanctus, ingenti pietate, dolore non magno ad meliorem vitam tranſiit Anno Domini 1022. Cujus Necrologium noſtrum antiquum ad 29. Junii diem ſic meminit: *obitus Notkeri doctiſſimi, atque benigniſſimi Magiſtri.* Et ejusdem temporis chronographus ad annum 1022. *Notker noſtræ memoriæ hominum doctiſſimus, & benigniſſimus, Heribert, & duo Ruodperti &c. &c. obierunt.* Hæc ex genuinis Monaſterii noſtri monumentis, quibus veluti in re domeſtica, maximè credendum, breviter delibare placuit. Unde eos revellas, qui aut Notkerum Phyſicum cum Balbulo, vel Abbate, aut Abbatem cum Labeone vel Epiſcopo Leodienſi confundunt, aut Phyſicum â *Piperis grano &c.* diſtinguunt. Hunc enim unum, & eundem eſſe Eckehardus IV^tus, cæteris accuratior, luculenter oſtendit, illos verò inter ſe & vitæ, & obitûs, & natalium diverſitas multùm diſcriminat. Abbatem quod attinet, tertius Is inter Notkeros famâ illuſtres â quibusdam numeratur, nam ætate Labeonem præceſſit, Notkeri verò Medici ex ſorore Nepos fuit, qui Abbatiam ab anno 968. proſperè, & laudabiliter adminiſtravit, ſed florente adhuc ætate immaturâ morte Anno 975. paulò poſt Avunculum ſuum Notkerum Phyſicum abreptus eſt. Laudem igitur, & memoriam inter Abbates

Digitized by Google

bates adeptus est, non tamen inter Viros scientia & eruditione conspicuos, quales Tres priùs relati Notkeri erant. De ejus enim doctrinâ nulla extant vestigia, imò cùm Otto Magnus Imperator ex nostris quæsisset, cur Notkerum adhuc Juvenem inter tot canos Patres in Abbatem elegissent? Rupertum subdecanum respondisse scribit Eckehardus: *Inter tot utique Marias optimam partem dudum eligentes Martham nec unam quidem, quæ circa Ministerium solicita sit &c. præter hunc inveniri potuisse.* Eck. in Casibus Monasterii, c. 16. &c. Hinc Notkero Abbate omisso Eckehardus in lib. Benedict. & alii antiqui nostri scriptores *Labeonem*, ut supra fecimus, Notkerum *Tertium* nimirum inter scientia, ac scriptis celebres recensent. Ex quibus omnibus facilior jam nobis erit propositæ quæstionis resolutio, qua Authorem Theotiscæ Psalterii translationis, non alium esse, quàm Notkerum *Labeonem* sive *Tertium* dicimus. Evincunt hoc præter Eckehardi expressum testimonium codices manuscripti superiùs insinuati, Notkeri *Tertii*, vel *Labeonis* nomine inscripti, quorum unus, priori adhuc sæculo apud nos asservatus, rem totam his antiquis versibus ipsi Psalterio Teutonico immediatè subjectis declarat.

Balbus erat Notker, Piperis granum fuit alter,
Tertius hic Labio datus est cognomine lato,
Pectore mandatum gestans Labeo quoque latum,
Latior hic labio, puto, nemo videbitur illo,
Ecce favos labio quales stillat tibi lato?

Ita Mezlerus & Brüllsaverus, qui uterque codicem vidit. Accedunt Chronica nostra, quæ Labeonem Translationis illius Authorem pluribus in locis asserunt. Unum accipe: Anno salutis 1027. voti causa venit ad S. Gallum cum filio suo postea Imperatore Henrico III. Gisela Imperatrix Conradi II. Conjux. Ea ubi votum ad sacra S. Galli lipsana exsolvisset, Abbatem, & Patres regalibus donis adauxisset, in SS. apud eos precum communionem ut referretur, obtinuit. Sed eo non contenta, cùm nova Notkeri Labeonis nuper defuncti litteraria monumenta demiraretur, Psalterium ab eo in Teutonicam linguam translatum petiit, & una cum Jobo (satis quidem invitis Patribus) asportavit &c. ita acta nostra. Ex his, & aliis pluribus erroris proinde argui debet Joachimus Vadianus, & ipsum fortè secutus Elias Du Pin aliique pauci admodùm, qui Psalterii translationem Teutonicam Notkero Balbulo adscribunt, & jussu Regis Arnolphi eum laborem susceptum fuisse, nescio qua ratione ducti affirmant. Hujus enim nulla verisimilitudo habetur. Imò non alterius jussu sed solius charitatis erga religiosos confratres impulsu id operis perfectum esse & Eckehardus, rei optimè conscius, ut supra vidimus, expressè enarrat, & ea, quæ Psalmis ipsis junguntur, abundanter declarant. Totus enim codex Lambecianus, Sangallensis, Vadiani &c. non alia in se continet, nisi ea, quæ â Monachis sicut illo jam tempore, ita & nostro adhuc ævo in Choro decantari solent, nimirum 150. Psalmos Davidicos, quos una *cum consuetudinariis Canticis*, ut S. P. Benedictus regulæ c. 18. præcipit, *per septimanæ circulum psallimus.* Sunt verò ea cantica, quæ quotidie adhibentur: Canticum Beatissimæ Virginis Mariæ: *Magnificat anima mea Dominum.* Zachariæ: *Benedictus Dominus DEus Israël*, &c. Luc. 1. reliqua cæteris diebus singulis unum ex Prophetis eo ordine, quo in ipso codice ponuntur; quibus additur *Oratio Dominica: Pater noster*, ad quasvis horas Canonicas recitanda & Symbolum Athanasii aut quisquis Author sit de Trinitatis, & Incarnationis Mysterio: *Quicunque vult salvus esse.* Die Dominica ad Primam canendum. Unde facilè patet Notkerum Labeonem hæc omnia in barbaricam, uti tunc vocabant, sive teutonicam linguam transtulisse in usum Monachorum, præsertim discipulorum suorum (quorum non ultimus erat ipse Eckehardus IV^tus) eo fine, ut etiam rudiores, & linguæ latinæ minùs gnari, quod psallebant, intelligerent, & secundum regulæ nostræ mandatum, *Mens concordaret voci:* in quo Keronem nostrum imitatus videtur Labeo, qui simili charitate quorundam Monasterium nostrum ingredi volentium ruditati consulturus regulam S. P. Benedicti interlineari versione Theotisca initio sæculi 8^vi interpretatus est, ut quid profiterentur, plenius caperent. Sed & illos denique hallucinatos, ac nominis affinitate seductos fuisse dicendum est, qui vel Notkero Physico, vel Abbati idem opus attribuunt, illos inter se, aut cum Labeone confundentes, cùm pro ultimo isto, â cæteris distincto omnia argumenta pugnent, cui soli itaque manebit victoria.

TESTI-

Digitized by Google

TESTIMONIA DE NOTKERO, ET PSALTERIO THEOTISCO.

MELCHIOR HAIMINSFELD GOLDASTUS in *Catalogo Scriptorum, quem Tomo II. Rer. Alamannicarum attexuit, p.* 142. NOTKERUS Labeo, Abbas S. Galli transtulit in linguam Alamannicam Pſalmos Davidis, & librum Job: quorum illi apud nos extant, iſte periit.

JOACHIMUS VADIANUS in *Alamannicarum Rer. Farragine (Tom. III. ap. Goldaſt. p.* 34.) Extat apud nos San-Galli Pſalterium à Notkero Monacho, quem ob linguæ tarditatem Balbulum cognominarunt, in noſtram linguam translatum, Arnolpho imperante: tanta verborum difficultate, ut nonniſi ab attento & immorante lectore accipi & intelligi queat. Tam dura & anhelans vetus illa Francorum & Alemannorum lingua fuit.

BARTHOLOMÆUS SCHOBINGERUS in *Notis ad h. l.* p. 105. Eſt nunc penes me hoc Pſalterion in mea bibliotheca, quod vulgare, & publicum in uſum dare recepit noſter Goldaſtus cum ampliſſima priſcorum verborum expoſitione.

GOLDASTUS *in Conſpectu Auctorum Scriptoribus Rerum Alamannicarum præmiſſo*, de EKKEHARDIS agens, quorum quinque recenſet; Unum Seniorem (*Dechan Egkart vom Geſchlecht von Jonschwil:* ita Stumpfius Chron. Helv. *l. II. c. 5.*) tres *Juniores* vel *Minores* dictos, & denique *Minimum* Vitæ Notkeri Balbuli ſcriptorem; ſic de Quarto.

Quartus Ekkehardus, qui & ipſe Junior vocatur, Moguntiæ conſtitutus juſſu Aribonis, Archiepiſcopi, cujus utebatur familiaritate (præfuit is Sedi Mog. ab A. 1020. ad 1031.) mandato Imperatricis (*) ibidem commorantis deſcripſit Pſalterium, in linguam Barbaricam, i. e. Germanicam à Notkero Labeone Phyſico traductum: in privatos nimirum Imperatricis uſus. Quod opus nunc in noſtra poteſtate eſt.

(*) Imperatrix illa fine dubio fuit Chunegundis, Sigefridi Comitis Palatini Rheni filia, quæ poſt mortem mariti ſui Imp. Henrici II. A. 1025. depoſitis ornamentis Imperialibus vitam monaſticam profeſſa operabatur manibus ſuis. Sponſo ſimul ſuo Chriſto aut orans loquebatur aut pſallens: quam ſemper legere, vel legentem ſacros codices puellam ſacratam audire vidiſſes. Hæc *Uſſerius* de *Scripturis & Sacris Vernaculis* p. 130. ex autore Vitæ Chunegundis apud Surium extante.

Ceterum quam ſint incerta quæ de Notkeris tradunt Scriptotes, & imprimis autor Vitæ Notkeri Balbuli Eckehardus, ita monet JACOBUS BASNAGIVS in nova editione *Lectionum Antiq. Caniſii* T. III. P. II. p. 552. in Obſervatione Vitæ illi præmiſſa.

Aſſerit Eckerhardus (ita ſemper & Uſſerius & Basnagius vocant, cum ſcribi Eckehardus deberet) ſe Notkeri Geſta, qualia à prioribus fuerant relicta, compilaſſe. Nullus apparet Notkeri Vitæ ſcriptor præter Eckehardum Juniorem, quanquam hic revera ſenior fuerit, qui aliqua de Notkero in *Caſibus Monaſterii San-Gallenſis* attigerat. Deinde vero, qua fide alienas ſchedas deſcripſerit Eckehardus, facile patebit. Primo, quanquam ipſe notaverit, plures eodem tempore fuiſſe Notkeros Sangallenſes, ipſi tamen parum noti fuerunt. Notkerum *Piperis granum* dictum ob acrimoniam & ſeveritatem, à Notkero *Phyſico* diſtinguit, quanquam unus idemque ſint: deinde vero Notkero *Balbulo* cœcitatem tribuit: quam paſſus eſt *Medicus*, non Balbulus. Secundo Notkerum Balbulum Carolo M. coævum, imo ipſius nepotem facit: nec in errorem ſemel dormitans incidit; quippe ita frequenter inculcatur, ut partem vitæ cum Carolo M. tranſegiſſe videatur Notkerus; qui Carolum nunquam vidit, nec videre potuit, utpote qui centum annis poſt Carolum obierit. Ut à mendo liberent Eckehardum Critici, ultra ſeculum vitam produxiſſe Notkerum affirmant; ſed levi, imo prorſus nullo argumento.

Idem BASNAGIUS, *Obſervatione Martyrologio Notkeri præmiſſa:* Lect. Antiq. Caniſii T. II. P. III. p. 87.

Plurimi fuere Notkeri eodem fere tempore. Ab *Epiſcopo Leodienſi Notkero* ordiamur: quanquam ætate paullo recentior, dignitate fuit ſuperior. Fuit Epiſcopus A. 971. Monachus, quicquid dicant Benedictini, non fuit unquam. Alter fuit *Notkerus Abbas* San-Gallenſis, vivente & præfectura cedente Burchardo Abbate A. 973. obiit A. 981. Hic Abbas fuit nepos alterius *Notkeri Doctoris*, pictoris, medici & poëtæ, quem *Piperis granum* ob acrimoniam & morum ſeveritatem appellabant: hic cœcus obiit. Seculo ſequenti, undecimo ſcilicet, vixit alter *Notkerus*, *Labeo* dictus, & poſtea *Beati* titulo decoratus. Denique ſeculo decimo tertio fuit quintus *Notkerus Doctiſſimi & Benigniſſimi* nomine ſæpius indicatus. Hi omnes à *Notkero* autore Martyrologii diverſi fuere. *Balbuli* titulo à ceteris diſtinguitur, iisque omnibus ætate fuit ſuperior: puer oblatus ad S. Gallum A. 840. & ordines ſacros recepit. Obiit a. 912. &c.

Huic præter alia multa opuſcula tribuit etiam Basnagius Pſalterium de Latina Lingua in Barbaricam translatum: fide Eckehardi, qui id ſcribit, & in armario bibliothecæ extare ſuo tempore teſtatur. Judicium de his omnibus eſto penes Lectorem: Meliora, ni fallor, multa docet in Diſſertatione accurata doctiſſ. Franckius.

INCI-

Digitized by Google



INCIPIT TRANSLATIO BARBARICA PSALTERII NOTKERI TERTII.

Pſalmus I.

1. *Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum.*

Der man iſt ſalig, der in dero argon rat ne gegieng.

So Adam teta, do er dero chenun rates folgeta uuider Gote.

Et in via peccatorum non ſtetit.

Noh an dero ſundigon uuege ne ſtuont.

So er teta. Er cham dar ana, er cham an den breiten uueg ter ze hello gat, unde ſtuont dar ana, uuanda er hangta ſinero geluſte. Hengendo ſtuont er.

Et in cathedra peſtilentiæ non ſtetit.

Noh an demo ſuhtſtuole ne ſaz,

ih meino daz er richeſon ne uuolta, uuanda diu ſubt ſturet ſie nah alle. So ſie adamen teta, do er Got uuolta uuerden. Peſtis chit latine pecora ſterneus (ſieo niderslahinde) ſo peſtis ſih kebreitet, ſo iſt iz peſtilentia, i. e. late peruagata peſtis (uuito uuallonde ſterbo.)

2. *Sed*

JO. SCHILTERI INTERPRETATIO LATINA Vetuſtæ Translationis & Explicationis Teutonicæ Pſalmorum.

Nota ad Rubricam.

B*Arbarica*) Franci & Germani Latinam linguam calentes, Teutonicam ipſi quoque, præter Græcos & Romanos, barbaricam vocarunt. Otfridus ad AEpiſc. Mogunt. ſcribit: *hujus linguæ barbaries ut eſt inculta & indiſciplinabilis atque infueta capi regulari freno Grammaticæ artis.* Sed vide quæ ibi annotavi.

Ad PSALM. I.

Interpretatio paraphraſis Teutonicæ.

verſ. 1.

EXemplicat aſſertum interpres: *Sicut adam fecit, cum mulieris conſilium ſequeretur adverſus DEum. — Sicut idem fecit. Proceſſit eò, proceſſit ad viam latam qui ad Infernum ducit, & ſtetit ibi, namque pendebat à concupiſcentia ſua. Pendulus ſtetit.*

Notæ.

I. *Cathedra peſtilentiæ*, Suhtſtuol.

LXX. ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν. Sic etiam Pſalterium Alexandrinum Oxoniæ editum. In Ebræo: *in cathedra* לצים *Lezim*, deriſorum, deluſorum, *Jer. XV. 17.* quod ſcilicet omnes diſcipulos perverſus doctor illudat, ait S. Hieron. hic. Veteres doctores Eccleſiæ Occidentalis ſequi ſolent Græcam LXX. & Latinam vulgatam verſionem: hîc itaque non videntur Latini vocem græcam in Numero ſingulari expreſſiſſe, quum ſit multitudinis in Græco ut & in Ebræo, nempe λοιμοὶ notant homines peſtilentes, exitiales, atheos, ſcepticos, peſtes hominum, omnia deridentes: ſed videtur, veterem lectionem Latinam fuiſſe: *peſtilentium.* Nam S. Hieronymus annotat: *Pro Peſtilentibus in Ebræo deluſores habet.* Non abludit translatio veteris MSCti S. Marci: *und in den dengſtul der ſchanden nyt inſaz.* Ubi *dengſtul* eſt tribunal, judicium, dingſtul: *Schanden, ſchander*, hodie, ſchenden, ſchender, ſunt calumniatores, deriſores.

Interpr. Ait noſter: *Intelligo, quod gubernare*, (pro tribunali) *nollet. Namque hæc peſtis corripuit fere omnes, ſicut Adamo fecit, quum vellet Deus fieri. Peſtis dicitur Latinè*, quaſi PEcora STernens. *Quando peſtis ſe dilatat, dicitur Peſtilentia, i. latè perv. p.*

II. Obſervandum hîc, quod in translatione Otfridi verba poſtrema, *Peſtis chit Latinè &c.* non habentur, apud *Lambec. L. 2. Bibl. Cæſ. p. 461. & 757.* unde additio Notkeri hæc meritò habetur. Translatio alia Teutonica minus vetuſta, quæ in MS. extat in Archivo Reip. Argent. habetur: *in dem ſtule der freiſen nit enſas.* Voce *freiſa* utitur Notkerus in Pſ. VII. pro perſecutione.

Digitized by Google

2, *Sed in lege Domini voluntas ejus & in lege ejus meditabitur die ac nocte.*

Nube der iſt ſalig, tes uuillo an Gotes eo iſt, unde der dara ana denchet tag unde naht.

3. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum.*

Unde der gediehet alſo uuola ſo der boum, der bi demo rinnenten uuazzere geſezzet iſt.

Quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.

Der zitigo ſinen uuuocher gibet.

Daz rinnenta uuazzer iſt gratia Spiritus Sancti, gnada des heiligen Geiſtis. Den ſi nezzet, ter iſt pirig poum guotero uuercho.

Et folium ejus non defluet.

Noh ſin loub ne riſet.

Taz chit, noh ſin uuort ne uuirt uuendig.

Et omnia quæcunque facit, proſperabuntur.

Unde fram diehent alliu, diu der boum biret unde bringet.

Job fructus (uuuocher) iob folia (pleter) ib meino facta & dicta (uuerch, uuort).

4. *Non ſic impii, non ſic.*

So uuola ne gediehent aber die argen: So ne gediehent ſie.

Sed tanquam pulvis quem projicit ventus à facie terræ.

Nube ſie zefarent alſo daz ſtuppe dero erdo, daz ter uuint feruuahet.

Fane demo Gotes riche uuerdent ſie feruuahet.

5. *Ideo non reſurgunt impii in judicio.*

Pediu ne erſtant arge ze dero urtheildo.

Doh ſie erſtanden, ſie ne bitent danne urteildo, uuanda in iu urteilet iſt. Jam enim judicati ſunt.

Neque peccatores in conſilio juſtorum.

Noh ſundige ne ſizzent danne in demo rate dero recton.

Ene ne irſtant, daz ſie irteilet uuerden, noh tiſe ne irſtant daz ſie irteilen. Ene ſint tie uuirſiſten, diſe ne ſint tie bezzeſten, uuanda ſie beide ſundig ſint. Tie aber die bezzeſten ſint, tie irteilent tien metemen.

6. *Quoniam novit Dominus viam juſtorum.*

Vuanda Got ueiz ten uueg dero rehton.

Er geuuerdet ſie uuizzen unde iro uuerch.

Et iter impiorum peribit.

Unde dero argon fart uuirt ferloren.

Vuanda ſie ſelben ferloren uuerdent, pediu uuirt iro fart ferloren, daz ſint iro uuerch.

Pſalmus David. II.

1. *Quare fremuerunt gentes.*

Ziu griſcramoton *an Chriſtum Ebraicæ* gentes? *(iudon diet)*

Et populi meditati ſunt inania, id eſt fruſtra?

Unde ziu dahton ſine liute ardingun *in ze irloſchenne? Sie dahton des in ubelo ſpuen ſolta.*

2. *Aſtiterunt reges terræ & Principes convenerunt in unum adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus.*

Tie Lantchuninga uuaren gagenuuerte *in paſſione Domini (in Gotes martyro) als anaſehendo, nube iro uuillen ougendo,* unde Principes, *Sacerdotum,* geſamenoton ſih uuider truhtene unde uuider ſinemo geuuiechten.

Ein herodes uuolta in ſlahen anderer hangta iz. Pediu gat in ter uuillo, ſamoſo diu uuerch.

3. *Dis-*

---

cutione. Otfridus 1: 3, 25. *thera freiſun*, periculo. & L. 2, 12, 50. & c. 6, 32. *in freiſa*, eis nocebit. Gloſſæ Lipſii: *Freiſon*, interitu.

Translatio Rhætica: *Ne ſeza in la ſupchia dals ſgiamgiaduors.* Codex MS. pſalterii Teutonicè translati in uſum Monaſterii Carthuſiani an. 1340. apud Argentinam erecti, ita habet: *In dem ſeſſel der ſchelmen nut ſaz,* Vox verò *ſchelm*, etiam denotat Contagium, peſtilentiam, ſed & homines peſtilentes, de quo in Gloſſario.

v. 2. *Interpret.*

Nube der iſt &c. In Codice Otfridi pro *Nube* habetur *Suntir*, hodie *ſondern*, ſed.

v. 3. *Interpret.*

Daz rinnende uuazzer &c. i. e. *Decurſus aquarum eſt gratia Spiritus S. Quem illa rigat, is eſt arbor ferax bonorum operum.* Taz chit &c. i. e. *Hoc dicit: nec verbum ejus recedit.* Unde fram dieh. &c. i. e. *Et valdè creſcunt omnia, quæ arbor parit & fert, & fructus & folia, intelligo facta & dicta.*

v. 4.

Nota.

Repetitio in hoc ✝. ſecundum Vulgatam ut & MS. Arg. retinetur. S. Hieronymus: *Id quod ſecundò dicitur NON SIC, in Hebræis voluminibus non habetur: ſed ne in ipſis quidem LXX. interpretibus. Nam in exemplis Origenis in Cæſarienſi bibliotheca legens, ſemel tantùm ſcriptum reperi.*

v. 4. *Interpret.*

Fone demo &c. i. e. *A regno DEI projiciuntur.*

v. 5.

Doh ſie erſtand. &c. i. *At tamen reſurgunt* (impii) *non exſpectant tamen ſententiam, quippe iſtis jam ſententia lata eſt.*

Ene ne irſt. &c. i. *Illi* (impii) *non reſurgunt, ut judicentur, nec hi* (peccatores) *reſurgunt, ut judicent. Iſti ſunt peſſimi, hi non ſunt optimi, quoniam utrique ſunt peccaminoſi. Qui verò optimi ſunt, judicant medios.* S. Hieronymus: *Inter impium & peccatorem hoc intereſt, qui impius eſt, negat DEum: qui peccator eſt, confitetur & peccat.*

v. 6.

Er geuuerdet &c. i. e. *Dignatur DEus eos noviſſe, & ipſorum opera.* S. Hieronymus: *Nihil aliud cognoſcit Dominus, niſi quod notitiâ ejus dignum eſt. Cognoſcit quippe Dominus eos, qui ejus ſunt: & ſi quis neſcit, neſcietur.*

VVanda ſie ſelben &c. i. e. *Nam ipſi* (impii) *pereunt, igitur & iter eorum perit, id eſt eorum opera.*

Ad Psalm. II.

VAtes divinus in hoc carmine ſacro colloquium inſtituit. S. Hieronymus: *Quatuor præcedentes verſus vel Angeli vel prophetæ ſunt locuti, mirantes quare humana temeritas adverſus DEI filium conſurrexerit.* Sed quatuor verſus vocat, qui nobis communiter ſunt priores duo.

v. 1.

In ze irloſchenne, ad extinguendum ipſum. Irleſchen, ausleſchen. Otfridus 1, 17, 104. *Irlesgen.*

Si dahton &c.) i. *Cogitarunt, ut ipſum malum exſpueret.*

v. 2.

Als anas. i. ut attendentes, ſed imò ſuam voluntatem (libidinem) oſtendentes.

Ein

Digitized by Google

3. *Disrumpamus vincula eorum & projiciamus à nobis iugum ipsorum, id est, Christi & Apostolorum. Sus einoton sie sic.*

Prechen *chaden sie* iro gebende unde uuerfen aba uns iro ioch.

Ne lazen unsih nicht ana Christianam religionem (Christis uuolunga.)

4. *Qui habitat in cœlis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos.*

Ter in himile buet, ter spottot iro, unde nase snudet an sio.

Nalz taz Got mit munde unde mit nasun deheinen huoh tue, nube daz iz huohlich uuas, daz sie sina prædestinationem (penemida) dahton ze iruuendenne. Dar ana uuaren sie meditantes inania (i. e. tenchende inuppe.)

5. *Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.*

Tanne sprichet er in zu mit zorne, unde mit heizmuote getruobet er sie.

In judicio (in uberteilido) tuot er iz, so retributio peccatorum (lon sundon) ist.

Vox Christi.

6. *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Syon montem sanctum ejus prædicans præceptum ejus.*

Ih pin aber fone minemo fater (*iro undankes*) ze chuninge gesezzet uber sinen heiligen berg, *daz ist Ecclesia*, sin gebot sagende, *daz chit Euangelium lerende.*

Sion stat in Jerusalem, unde uuanda man ferro dar àba seben mag, pediu heizet er Syon, daz chit latine Specula, in unsera uuis uuarta. Der bezeichenet Ecclesiam, uuanda iro gedingi ist, daz sie irhohet uuerde ze Gotes selbes anasihte.

7. *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, i. e. sine tempore (ana Zit.)*

Min fater chad ze mir, min sun bist tu, hiuto gebar ih tih.

Gote ne ist nehein zit præteritum (irgangen) noh futurum (chumftig) Imo ist hiuto, al daz io geschah alde noh geschehen sol. Pediu ist sin sun hiuto geborn.

8. *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.*

Pite mih *uuanda du menniscno bist, unde an diu min minero bist*, so gibo ih dir din erbe.

Uuelez ist daz? Gentes (alle liute.)

Et possessionem tuam terminos terræ.

Unde gibo ih tir ze besizzenne ende dero erdo, *dero du biteist.*

Daz ist fone diu gesprochen, uuanda Christus pat iro gnoto, do er sih selben umbe sie Patri opherota.

9. *Reges eos in virga ferrea. i. e. inflexibili justitia.*

Tie rihtest tu mit isseninro gerto.

Daz chit mit ununendigemo rehte. Dih ne mag tar aba nieman genemen.

Tanquam uas figuli confringes eos.

Samoso hafenares faz ferbricheist du sie.

Terrenas concupiscentias (uuerlt luste) ferbricheist tu an in.

Vox

Ein Herodes) i. Herodes, magnus scilicet, infanticida, volebat ipsum interficere, alter (Pilatus) concessit id. Idcirco vadit istis voluntas, sicut & opera. S. Hieronymus hîc: *Non solum Herodes Rex, sed etiam illi reges adversus Dominum constiterunt: quorum regna ei in puncto temporis diabolus ostendit.*

v. 3.

Quintum hîc versiculum constituit Hieronymus, velut Responsum DEI Patris, cohortantis populum gentilium, ut legalia vincula dissolvant. Sed hæc Origenis fuerit expositio. Noster verò formulam conjurationis potius adversariorum christianæ religionis interpretatus, sequens S. Ecclesiam & S. Petrum, *Act. IV.* 25. Atque S. Hieronymus in pr. ipse dixerat: *Audacis est hunc Psalmum interpretari velle post Petrum in Actibus Apostolorum.*

Sus einoton &c.) i. sic convenerunt invicem, dicentes.

Ne lazen) i. Neutiquam accedimus ad Christianam religionem. Vox *uolunga*, religio, videtur suspecta, & fortè *Volgunga* legendum, à *Volgen*, sequi.

v. 4.

Nals taz Got) i. Non quod DEUS ore atque naso cuiquam ludibrium faciat, sed quod ignominiosum esset, quod prædestinationem suam cogitarent reprimere, propterea erant meditantes &c.

Penemida, prædestinatio. Compositum ex *Pene*, pyne, Pein hodie, pœna, supplicium, & *mœda*, *myte*, Belgis, meta, i. e. pœnarum definitio. B. Lupus Epist. CXXVIII. *Hos* (impœnitentes) *B. Augustinus in multis libris, & in eo, quem fecit ultimum, non dubitat dicere prædestinatos ad pœnam.*

Tenckende in uppe, cogitantes in vanum. *Uppe*, inane, vanum. Kero: *uppigin vvort*, otiosa verba. MS. Arg. h. Ps. ℣. 1. *das volk gedachte uppikeit.* Populi meditati sunt inania. Cæterum hæc ipsa translatio recedit in hoc à Notkeri & omnibus: *Der do wonet in den himmeln der sol su behalten. und der Herre spottet ir.* Verbum *behalten* est conservare, salvare.

v. 6.

Vox Christi.

Idem & apud S. Hieron. habetur.

Iro undankes, ingratiis istorum, hostium & persecutorum. non est in textu, ad paraphrasin pertinens.

Daz chit Ev. lerende) i. hoc est, Evangelium docens. Sion stat in Jerusalem, & quoniam procul inde prospici potest, propterea dicitur Sion, h. e. Latinè, specula, nostro more Warta. Ille mons designat Ecclesiam, quippe ejus spes est, ut exaltetur ad DEI ipsius faciem. S. Hieronymus: *Sion, i. e. super Ecclesiam. Sion specula vitæ, interpretatur.*

v. 7.

Vox DEI Patris ex relatione Filii, qui locutus est, prout ipsum docuit Pater, *Joh. VIII. 26. 28.*

Gebar) Ita & MSC. Argent. *Ich hab dich hut geboren*, promiscue veteres hoc verbo usos, de patre æque ac matre, ostendo in Glossario.

Gote ne ist) i. DEO nullum tempus est præteritum, nec futurum. Ipsi est *Hodie* omne quod factum est, & adhuc futurum. Quare filius ejus est hodie genitus.

v. 8.

Pite mih uuanda du menniscno &c.) paraphrasis est. i. e. postula à me. quoniam tu homo, & eatenus me minor es.

Dero du biteist. &c.) i. e. quos terminos terræ, postulasti. Hoc ideò dicitur, quod Christus postulavit eos tunc, quum ipse se pro iis offerret Patri. Scilicet *Joh. XVII.* 20.

v. 9.

Daz chit mit ununendigemo) i. Hoc est, inflexibili justitia. Te non potest ab ea quisquam avertere,

Vox Prophetæ.

10. *Et nunc Reges intelligite.*

Unde nu fernement chuninga.

Chuninga dero erdo, chuninga des fleiſches, chuninga fone diu, uuanda ir doubont ten lichamen. Geborrent minen rat.

Erudimini qui judicatis terram.

Lazent iuch leren lantrechtara.

Meiſtera des lichamen fernement.

11. *Servite Domino in timore.*

Dienont Gote mit forhtun.

Daz ne beue iuub, daz er Reges kenamot pirnt.

Et exultate ei cum tremore.

Unde ridondo ſint imo fro.

Imo danchont ſoliches namen, ioh mit freuui, ioh mit forchtun.

12. *Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via juſta.*

Lirnent zucht, *unde uueſent in egi*, daz ſih Got eteuuenne ne belge, unde ir ne glesliphent aba rechtemo uuege.

Chriſtus iſt der ueg, an demo mannolich kan ſol.

Cum exarſerit in brevi ira ejus. Beati omnes, qui confidunt in eo.

So ſint zorn irheizzet in ſpuote, *unde uindicta (kerich) chumet in ictu oculi (in slago dero brauuo.)*

So ſint ſalig die ſih ze imo ferſehent.

Pſalmus David. III.

1. 2. *DOmine quid multiplicati ſunt qui tribulant me? David chad ex perſona Chriſti (in Chriſtis ſtat) do er ſinen ſun ſlob.* Ziu ſint, truhten, dero ſo manegen die mih arbeitent, *daz ioh einer minero diſcipulorum (jungeron i. Judas) min abtet?*

Multi inſurgunt adverſum me.

Manige ihrrichtent ſih uuider mir.

3. *Multi dicunt animæ meæ, non eſt ſalus illi in DEO ejus.*

Manige verſagent minero ſelo heili an iro Gote.

Sie ne truuuent, daz ih irſtan ſule.

4. *Tu autem Domine ſuſceptor meus es.*

Aber du Got piſt min infangare, *mih infienge du.*

Mih hominem (menniſcen) name du ane dih DEum (Got) bediu ne getuoſt tu mih ouch reſurgere (irſtan) uuider iro uuane.

Gloria mea & exaltans caput meum.

Du biſt min guollichi, *fone dir habo ih ſia*, unde du biſt irhohende min houbet *in reſurrectione (in oſtirtage.)*

5. *Voce mea ad Dominum clamavi & exaudivit me de monte ſancto ſuo.*

Mit minero ſtimmo, *daz chit mit des herzen ſtimmo* harreta ih ze dir, unde gehorteſt du mih fone dinemo heiligen berge.

Daz chit fone dero unſagelichun hohi dinero Gotheite.

6. *Ego dormivi & ſoporatus ſum.*

Ih ſchlief, *mines tanches ane noth. Ih ſchlief den ſchlaf des todes*, unde ſchlaf rauuota mir dar ana,

daz die ſundigen ne tuont, uuanda iro tot ſchlaf leitet ſie zeun rauuon.

Et exurrexi, quoniam Dominus ſuſcepit me.

Unde irſtuont ih, uuanda trohten infieng mih.

IN finem, qui Chriſtus eſt, reſpicit hic Pſalmus. Sicut & ſupra de aliis notatum eſt. Quamobrem eſt is ſcriptus? Quid petit ille? Ut cum æterno die, qui octavus dicitur, hujus ſeductoris mundi tenebræ, quarum cuilibet tædere poterit, diſſipentur.

v. 2. *Interpret.*

Fac me Domine ſalvum (ſalvatum) in hoc mundo. —— Quomodo fit iſtud? —— Quomodo poſſunt hi eſſe ſancti, cum iſtis paucis veritatibus?

Not.

S. Hieronymus: *Quare dixit veritates, dum unum ſcimus, qui eſt veritas? Sicut multæ Eccleſiæ & una Eccleſia, ſic multæ veritates, quia multorum juſtorum opera, & multi juſti qui faciunt bonum.* Sic & S. Auguſtinus hîc.

v. 3. *Interpret.*

Doloſa labia & inſidioſa loquuntur in duplici corde, ſicut Judæi cum Chriſto agebant. Hls erat aliud in animo, quàm in ore.

Not.

S. Auguſtinus hîc: *Quod bis dit, in corde & corde, duplex cor ſignificatur.*

v. 5. *Interpret.*

Sicut eorundem Judæorum lingua erat, qui tibi dixerunt, nos magnificamus noſtram linguam. nos facimus eam terribilem. Propter quem nos deberemus id omittere? à nobis ipſis habemus hæc labia. Quis &c. cui nos de illa gratias agamus?

v. 6. *Interpret.*

Hæc eſt perſona Patris. —— Hoc eſt: Illis in ſolatium oſtendo me in f. Illorum ſolatium Ponam &c. *meum*, quandoquidem ego illum do, & ego illum mitto. —— Sicut dictum eſt in E.

Nota.

Meum nullibi extat. MS. Arg. *Ih ſeze ſi in das heil.* Hieronymi veritas Ebraica pro *Fiducialiter &c.* habet: *auxilium eorum.* Recentiores: *Ponam in ſalute eum in quem exſufflat impius.*

v. 7. *Interpret.*

Pura ſunt eloquia Domini eloquia. Tradit ſicut promiſit & mittit filium ſuum.

Sicut examinatum igne argentum terræ, in quo nulla ſcoria ineſt, ita puri ſunt illi. —— Namque ſeptif. gr. eſt Spir. S. & quia ille inæqualiter eſt illorum, quorum dem. &c.

Nota.

Notkerus ſecutus verſionem, quam & S. Auguſtinus habuit: *Argentum igne examinatum terræ;* quam S. Pater ita exponit: *Ipſa eloquia Domini per tribulationes probata peccato-*

Alſo irſoten ſilber dero erdo, *dar nebein olter inne ne iſt, alſo luter ſint ſiu.*

Purgatum ſeptuplum.

Siben ſtunt irliutertiz.

Uuanda ſeptiformis gratia iſt Spiritus ſancti, unde uuanda er ungelich iſt dien, quorum diminutæ ſunt veritates.

8. *Tu Domine ſervabis nos & cuſtodies nos à generatione hac in æternum.*

Du truhten halteſt unſich hinnan unz in euua.

Hier arme unde dar riche.

9. *In circuitu impii ambulant.*

Die argent gant umbe.

Unanda ſie niomer dara ne geribtent ad requiem octavi diei. (Ze dero rauuo des achtodin tages.) Sie uuellen temporalia (zit friſtigiu dinch) nals æterna (euuigiu.)

Secundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.

Rehte menniſchen habeſt du gemanigfaltot nah dinero hohi.

In cœlo biſt du filios Abrahæ habeſt du getan manige ſicut ſtellas Cœli.

Pſalmus XII.

Hebr. XIII.

v. 1. In finem Pſalmus David.

Der finis legis iſt, der uuirt xeladot bara in uuerlt ſone demo propheta.

2. *Usque quo Domine oblivisceris me in finem?*

Uuio langa truhten irgizeſt du, *daz chit, ne lazeſt du mih keſehen* an daz ende?

Ziu ne uuirdeſt du Chriſti geborn?

Quousque avertis faciem tuam à me?

Uuie lango chereſt du ſone mir *nals zu mir* din anaſune?

Ih chapfen din, du ne chumeſt.

3. *Quamdiu ponam conſilia in anima mea? dolorem in corde meo per diem.*

Uuie lango ſol ih ahton, *uuie lango ſol ih* ſereg han in dage, *daz chit in diſemo libe, daz du ne chumeſt, alde mih hina ne nimeſt?*

Usque quo exaltabitur inimicus meus ſuper me?

Uuie lango uuirt min fient irhohet uber mih?

Daz chit uuie lango ſol mir daz uue tuon, daz infidelitas (ungelouba) richeſot? alde oub mih trucchet carnalis concupiſcentia? (des lichamen geluſt.)

4. *Reſpice & exaudi me Domine Deus meus.*

Sih hara truhten, *daz inchit demo: usque quo avertis faciem tuam à me?* unde gehore mih, *daz inchit demo, usque quo obliviſceris me in finem?*

Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte.

Irliehte miniu ougen, *ih neimo ougen des herzen,* nie ih in tode ne inſlaffe.

Den ſlaff minnot der ſient der ze tode leitet, der iſt in carnali delectatione (in des lichamen luſt.)

5. *Ne quando dicat inimicus meus, prævalui adverſus eum.*

Nie der tiefel huhondo ne chede, ih pin imo oberroro uuorten.

Qui tribulant me exultabunt, ſi motus fuero.

Demones die mih pinont, ſprungezent ube ih aba ſtete chumo, unde ube ih fallo in dia ſunda.

Ego autem in tua miſericordia ſperabo.

Ih habo aber gedingi an dih, daz du mih habeieſt.

Exultavit cor meum in ſalutari tuo.

An dinemo haltare freuuo ih mih, *an Chriſto filio tuo (ſune dimo.)*

Cantabo Domino.

Singo Gote *den lichamen vertendo nah redo, uuanda daz iſt keiſtich ſang dero ſelo.*

Qui bona tribuit mihi.

Der mir ſpiritualia bona gegeben habet.

Et pſallam nomini Domini altiſſimi.

Unde des hoheſten namen ſalmon ſangon ih.

Pſalmus

---

peccatoribus. Sed Notkerus vocem terræ in caſu non dativo, ſed genitivo accepit & ad argentum retulit, quod ex terra effoditur. Septuaginta habent: ἀργύριον πεπυρωμένον δοκίμιον τῆ γῆ, κεκαθαρμένον ἑπταπλασίως. *argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum.* Hieronymi veritas Ebraica: *Argentum igne probatum, ſeparatum à terra, colatum ſeptuplum.* In Ebræo enim eſt בעליל לארץ *Baalil laarez*, quod Coccejus reddit: *in fornace terrea.* Schmidius: *In tigillo terræ.*

v. 8. Interpret.

Hic, pauperes: & iſthic divites.

v. 9. Interpret.

Namque iſti nunquam ibi diriguntur ad r. Volunt temp. non æt. —— In cœlo es tu. Filios A. effeciſti multos ſicut ſt. c.

Ad Psalmum XII.

Hebr. XIII.

Interpretatio Rubr.

Quli Finis legis eſt, invitatur huc in mundum à Prōpheta.

Nota.

Finis enim legis Chriſtus ad juſtitiam omni credenti. §. *Auguſt. hic.*

v. 2 Interpret.

Hoc eſt, non finis me reſpicere in finem? Cur non Chriſte naſceris? —— non ad me. Ego exſpecto te, tune venias?

Nota.

Du me chumeſt) videtur vitium amanuenſis pro *me* legendum *ne*, non, anne, ut mox verſ. ſeq.

v. 3. Interpret.

Hoc eſt, in hac vita, quod tu non venis, aut me hinc non ſumis.

Hoc eſt, quamdiu debet mihi hoc ægrè facere, quod inf. gubernat: aut etiam me premit c. c.

v. 4. Interpret.

Hoc correſpondet illi: Uſque quo avertis &c. ſuprà. Atque exaudi me. hoc correſpondet iſti: Uſque quo obobliv. Intelligo oculos cordis. —— Somnum amat inimicus qui ad mortem ducit, qui eſt in c. &c.

v. 5. Interpret.

Ne diabolus inſultans dicat inimicus meus, factus eo ſum ſuperior. Dæmones qui me torquent, exultant ſi ego de loco venero, & ſi ego cado in peccatum. Ego verò habeo fiduciam ad te, ut te miſereat mei.

Cantabo Dōmino, corpus dirigens juxta ſermonem, quia hic eſt ſpiritualis cantus animæ.

Not.

Digitized by Google

Pſalmus XIII.
Hebr. XIV.

v. 1. In finem ipſi David.

DEn uuir geſehen ſo uuir folle chomen, der iſt daz finis. Demo ſinget Dauid irrefsendo die iuden.

Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus.

Der unuuizzigo dahta, daz cot ne ſi.

So dahta ouh iudaicus populus, daz Chriſtus kat ne ſi.

Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in affectionibus [ſtudiis] ſuis.

Diſa uuerlt minnondo uuurden ſie iro ſinnes keuuertet, unde leidſame getane.

Daman irblindeton ſie ſo daz ſie ne uuiſſon, ube Got uuare.

Non eſt qui faciat bonum non eſt usque ad unum.

Nehein ne iſt der uuola tue. Nehein ane ein.

Uuer iſt der? Homo Deus (man Got) Chriſtus. An imo ſtant allero menniſchon uuolatate.

2. Dominus de Cœlo proſpexit ſuper filios hominum.

Truhten uuarteta *ferrenan* aba himele, uber menniſchon chint.

Uber iudeos uuarteta er, dien ſanta er ſinen ſun.

Ut videat ſi eſt intelligens aut requirens Deum.

Daz er irſahe ube deheiner uuare fernumeſtig alde Got forderonte.

3. Omnes declinaverunt ſimul.

Do uuangton ſie alle.

Ube deheine ne uuangton, dero uuas ſamo ſo nehein uuider dien anderen.

Inutiles facti ſunt.

Sie uuurden unnuzze.

Uuemo aber? an in ſelben.

Non eſt qui faciat bonum, non eſt usque ad unum.

Daz ſtat dar fore.

Sepulcrum patens eſt guttur eorum.

Iro chela *ſtinchet* alſo offen grab, *uuanda ſie ſprechent daz mit diu ſie andere argeront.*

Linguis ſuis doloſe agebant.

Mit iro gechoſe muzton ſie.

Venenum aſpidum ſub labiis eorum.

Eiter dero aſpidum iſt under iro lefsen, *uuanda ſie præcepta legis ne uuellen geboren, alſo aſpides ne uuellen incantationem (kerminot) geboren. Ter aſpis trucchit ein ora an die erda, in daz ander ſtozet er den zagel.*

Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt.

Dero munt fluoches unde bitteri fol iſt.

Daz iſt venenum aſpidum.

Veloces

Not.

Den lichamen rertendo, eſt vitium amanuenſis, legendum *rebtendo*, richtend, regens, dirigens. Deſumſit hoc Notkerus ex S. Auguſtino hîc: *Cum gaudio gratias ago, & ordinatiſſimè utor corpore, quia eſt cantus animæ ſpiritalis:* Sic enim ex hoc Notkeri loco lectio vulgaris apud Auguſtinum emendanda, pro *qui*, quia, wanda.

Ad Psalmum XIII.
Hebr. XIV.

Rubr. Interpret.

QUem videbimus, quum pervenerimus, is eſt hic finis, cui cantat David, reprehendens Judæos.

Not.

Hanc ſententiam pluribus adſtruit & exponit B. Smidius hîc pag. 26.

v. 1. Interpret.

Sic cogitabat etiam J. P. quod Chriſtus Deus non eſſet. Hunc mundum amantes facti ſunt in ſenſibus ſuis corrupti, & abominabiles. Unde occœcati ſunt ita, ut neſciant, an Deus ſit? Quis iſte? In ipſo conſiſtunt omnium hominum benefacta.

v. 2. Interpret.

Ferrenan, è longinquo. Super Judæos proſpexit, his miſit Filium ſuum.

v. 3. Interpret.

Tunc omnes declinaverant. Cum quisquam non declinaſſet iſtorum erat ſimul nullus contra alterum. Cui vero? ſibi ipſis. Hoc poſitum jam ſupra.

Not. I.

Non eſt, uſque ad unum. Salvianus *L. V. de Gub. DEI pag. 104.* legit hîc: *penè uſque ad unum*, & annotat: Ideo dixit, pene uſque ad unum, quia tanta eſt raritas bonorum, ut penè unus eſſe videatur.

Nota. II.

Verſiculi ſequentes: *Sepulcrum patens*, uſque ad ℣. *Non eſt timor*, abſunt ab Hebræo textu, abſunt à LXX. interpretum & Gallicana Latina verſione, apud Hieronymum quippe alieni. Inſerti fuerunt in veterem Romanam, quâ & Hieronymus & Auguſtinus hîc uſi: ſed & in Codice Alexandrino reperiuntur. Occaſio inſerendi arrepta ex allegatione S. Pauli *Rom. 3, 10.* ſeqq. quem locum primus inſertor putavit totum ex hoc pſalmo deſumtum fuiſſe: ſed præter intentionem Apoſtoli, quam ita explicat laudatus Hieronymus: *Apoſtolum de Deuteronomio ac Pſalterio & cæteris ſcripturarum locis hoc teſtimonium texuiſſe*, ait enim Apoſtolus: *Sicut ſcriptum eſt.* Sed non in hoc eodem pſalmo, ſed & cæteris ſcripturis. Nam ℣. *ſepulcrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant*, deſumtus eſt ex Pſal. V, 11. Verſus: *Venenum aſpidum ſub labiis eorum*, à Paulo ex Pſal. 139, 4. deſumtus fuit. Verſus: *Quorum os maled.* ex Pſal. IX. ℣. 7. partis ſecundæ, ſive Pſal. X. 7. Verſus: *Veloces pedes eorum ad effund. ſang. &c.* extat *Proverb. 1, 16.* & *Eſa. 59, 7.* denique: *Non eſt timor &c.* in Pſ. XXXV. 2. Quæ verò ex Deuteronomio Apoſtolus eò tranſſumſerit, ut habet Hieronymus, non occurrunt.

Interpret. paraphr.

Iſtorum guttur fœtet ſicut apertum ſepulcrum, namque loquuntur id, quo alios ſcandaliſant. Loquelâ ſuâ adulantur.

Namque iſti præcepta legis non volunt audire, ſicut aſpides nolunt incantationem audire.

Not.

Kerminot, vox diverſimodè expreſſa. infra Pſal. LVII. 6. *germenot, geſmenot*, vide Gloſſar. *in Ger.*

Interpret.

Aſpis reprimit unam aurem in terram, in alteram immittit caudam.

Not.

S. Auguſtinus in Pſal. LVII. *Data eſt quædam ſimilitudo de Marſo, qui incantat, ut educat aſpidem de tenebroſa caverna, utique in lucem vult educere, illa autem amando tenebras ſuas, quibus ſe involuta occultare dicitur, quod exire noluerit, recuſans tamen audire illas voces quibus ſe cogi ſentit,*

Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.

Sie ſint ſnel ze manslachte, *ſid ſie iob filium Dei ſlugon.*

Contritio & infelicitas in viis eorum.

Chriſti unde unſalda iſt in iro uuegen.

Sie uuerbent mit arbeiten, ſo uuar ſie uuerbent.

Et viam pacis non cognoverunt.

Unde doh ne bechennent ſie viam pacis (uueg fridis.)

Chriſtum, der aba nemare iſt dero arbeite. Alſo er ſelbo chad. Venite ad me omnes, qui laboratis & ego reficiam vos. (choment ze mir alle ir dir in arbeiten birint, unde ih labon iuuch.)

Non eſt timor Dei ante oculos eorum.

Gotes forhta niſt in fore ougen.

Doh ſie in uuizzen ſie ne furbtent in.

4. *Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem?*

So judicium (ſuono tach) chumet, ne bechennent denne iro unreht alle die iz nu uuurchent?

Qui devorant plebem meam ſicut eſcam panis.

Die minen liut frezzent alſo brot, *die ſih ilent keſaton iro ferlorniſſido.*

5. *Deum [dominum] non invocaverunt.*

Got ne hareton ſie ana.

Noh uuarhafto die ne tuont, die uulder imo ſint.

Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.

Sie forchton daz ze ~~furehtenne ne uuas.~~

Sie forbton terrenum Regnum (erde riche) ze ferlieſenne. unde ferluren cœleſte (himil riche.) Bediu chaden ſie: Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum & venient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem (lazen uuir in ſo hina ſo gloubint ſe alle an in. Unde ſo chomint romora unde nemint uns ſtat unde liuta.) Alle die in furbten, ferlieſen temporalia (zit friſtigiu dinch) die ne mugen bedtu chomen ad æterna (ze dien euuigen.)

6. *Quoniam Deus [dominus] in generatione juſtus [juſta] eſt.*

Uuanda Got in rehtero ~~slahto~~ iſt, *nals in dien, die diſa uuerlt minnant.*

Conſilium inopis confudiſtis.

Des armen rat kemiskkont ir, *daz chit, den rat filii Dei ferchurent ir, der umbe daz uuolta chomen arm, daz er iuub riche getate. Uuanda ir an imo pompam ſeculi (zieri dero uuerlte) ne ſahent, bediu beſmabeta er iu.*

Quoniam Dominus ſpes ejus eſt.

Uuanda echert kot ſin droſt iſt.

Daz chit, uuanda er iuub lerta echert an Gote troſt haben.

7. *Quis dabit ex Syon ſalutare Iſrahel?*

Sid ir in ferchoren habent, uuer gibet danne fone Syon daz heilſrafte ſi Iſraeli.

Ne iſt ſer den Eſaias kehiez, do er chad. Veniet ex Syon, qui avertat impietatem ex Jacob? (der chumit fone uuarto, der Jacob iruuendit ubeli.) Eſ. 59. pen.

Cum averterit Dominus captivitatem plebis ſuæ, exultabit Jacob & lætabitur Iſrahel.

So *an demo ende dero uuerlte* truhten uuendet dia allendi ſines liutes, ſo freuuet ſih Jacob unde Iſrahel.

So ſi folle choment, dara ſie folle chomen ſuln, dar freuuent ſie ſih.

Pſalmus

---

tit, allidit unam aurem terræ, & de cauda obturat alteram, atque ita voces illas quantum poteſt evitans, non exit ad cantantem. De Marſorum gente, à Marſo Circes filio in Italia condita, ſerpentium domitrice A. Gell. *Lib. XVI. c. XI.* Plin. *Lib. VII. c. II.*

Interpret.

Veloces ſunt ad homicidium, poſtquam & filium DEI interfecerunt. —— Operantur cum labore (dolore) ubicunque operantur. —— Qui verò ſublator eſt laborum, ſicut ipſe dixit &c. —— Etſi eum ſciunt, nec timent eum.

v. 4. Interpr.

Cum judicium venerit, anne confitebuntur tunc ſuam iniquitatem omnes iſti, qui eam nunc operantur? —— Qui ſe præpropere ſatiantur ſua perditione.

Not.

S. Hieronymus: *Hæretici nunquam ſatiantur iniquitatibus ſuis, niſi de plebe DEI vel de Eccleſia.*

v. 5. Interpret.

Nec certè iſti fecerint, qui contra ipſum ſunt. Metuebant terrenum regnum ne perderent, & perdebant cœleſte. Quare dicunt: ſi &c. omnes qui eum timent, perdunt temp. quæ non poſſunt, ideo venire ad æt.

v. 6. Interpret.

Non in iſtis, quæ hunc mundum amant. Hoc eſt, conſilium F. D. pervertitis, ideo quod volebat venire pauper, ut vos divites faceret. Quandoquidem vos in ipſo p. ſ. non videtis, ideò contemtus eſt vobis. Quoniam ſolùm Deus ejus ſolatium eſt. Hoc eſt, quoniam is vos docuit ſolum in DEO fiduciam habere.

Nota.

In generatione juſtus eſt. Legendum *Juſta.* LXX. δικαίων, juſtorum. Secundum veritatem Ebraicam: *Juſti.*

v. 7.

Poſtquam vos ipſum reprobaſtis, quis dabit &c. Nonne eſt ille, quem Eſaias promiſit, cum dixit: Veniet &c. Cum in fine mundi Dominus averterit exilium ſui populi, tunc exultabit Jacob & Iſrael. Cum pervenerint, quorſum pervenire debent, ibi exultabunt.

Not. I.

Heilſrafte, eſt vitioſa lectio, ſine dubio legendum *heilſcafte*, ſalutare, ſalutiferum.

Not. II.

Textum Eſaiæ allegat Notkerus eo modo, quo & Auguſtinus. In vulgata legitur: *Venerit Sion redemtor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Jacob.* S. Hieronymus in Eſaiam Lib. XVI. in fi. ſecundum textum Hebraicum legi ita: Sed LXX. transtuliſſe, ut habet hîc Notkerus. Id quod argumento eſt, Vulgatam, ut hodie cernitur, non eſſe eandem, quâ & S. Auguſtinus & Notkerus aliique Dd. iſtorum temporum uſi.

Ad

Digitized by Google

Pſalmus XIV.
Hebr. XV.

Pſalmus ipſi David.

DAvid chit manu fortis. Daz iſt Chriſtus, er iſt der hant ſtarcho, imo uuirt diſer pſalmus keſungen, uuanda er uuirt hier gefraget, unde er gibet hier antuuurte.

1. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?*

Uuer truhten buet in dinemo gezelte?

Eccleſia iſt din gezelt, uuielich miles (tegen) kezimet dar inne.

Aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

Alde uuer rauuet *nah dero hereſchefte* in *cœlo (in himele.)* dinemo heiligen berge?

2. *Qui ingreditur ſine macula & operatur juſtitiam.*

Nu antuuurtet Chriſtus.

Der ana flacchen dar in gat, unde reht uuurchet.

Daz chit der nah ſinero touſi ubel fermidet, unde uuola tuot in minero Eccleſia.

Qui loquitur veritatem in corde ſuo.

Der in ſinemo herzen uuar ſprichet, *alſo der tuot, der ſines tanches ne liuget.*

3. *Qui non egit dolum in lingua ſua.*

Der ne heinen tum choſondo ne uobet.

Nec fecit proximo ſuo malum.

Unde mannolichen arges fermidet.

Et opprobrium non accepit adverſus proximos ſuos.

Unde er ze gahes arg ne geloubta fone anderen.

4. *Ad nihilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus.*

Unde der tiefel fore imo ze niehte braht uuart.

Ib chido, daz er imo nieht ne gemohta in nebeinero temptatione, uuanda er imo nieht ne ueeicht.

Timentes autem Dominum glorificat.

Unde Got furhtende durh in eret.

Qui jurat proximo ſuo & non decipit.

Der andermo man ſueret, unde in ne beſuichet.

Uuanda er imo in dien uuorten ne ſueret, daz er in beſuiche.

5. *Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram.*

Der ſinen ſcaz ne gab ze uuuocheronne.

Et munera ſuper innocentes non accepit.

Unde er mieta ne infieng umbe unſculdige.

Ib chido, daz er umbe mieta niomanne ne ſcadeta.

Qui facit hæc non movebitur in æternum.

Der diz tuot, der rauuet *in monte ſancto ejus (in himele) noh dannan ne uuirt er furder ferſtozen.*

Pſalmus XV.
Hebr. XVI.

v. 1. Tituli inſcriptio ipſi David.

DAz chit ſelbemo Chriſto uuirt zeichen ſcrift getan in cruce Deme der titulus getan uuard, der ſprichet hier ad patrem ſone ſinero paſſione.

2. *Con-*

Ad PSALMUM XIV.
Hebr. XV.

Interpret. Rubr.

DAvid ſignificat manu fortem. Qui eſt Chriſtus, hic eſt manu fortis, ipſi cantatur hic Pſalmus. Interrogatur enim hîc, & dat hîc reſponſum.

Not.

Sic & S. Hieronymus: *Præſcribitur: Pſalmus David. David autem noſter Chriſtus eſt: ut ſæpe diximus.* Idem de Nominibus Hebraicis in 1. Reg. *David, fortis manu, ſive deſiderabilis.*

v. 1. Interpret.

Eccleſia eſt tuum tabernaculum. Quis miles congruit huc? —— aut quis quieſcit poſt exercitus in cœlo &c.

v. 2. Interpret.

Nunc reſpondet Chriſtus. Hoc eſt, qui poſt ſuum baptiſma malum evitat, & bonum facit in mea Eccleſia. —— ſicut is facit, qui non temere mentitur.

v. 3. Interpret.

Qui nullum dolum loquendo egit. (exercuit) Et cuilibet malum evitat. Atque non ſtatim malum credit de aliis.

Not.

S. Hieronymus: Opprobrium detractionis de fratre tunc non accepit, ſi prius non credit illa, antequam probet.

v. 4. Interpret.

Ego dico, quod malignus (diabolus) ipſi nihil prævaluit in ulla tentatione, quoniam ipſe nihil quitquam iſti ceſſerat. Atque Deum timentes propter ipſum (DEUM) honorat. —— Quoniam ei verbis iſtis non jurat, ut ipſum decipiat.

v. 5. Interpret.

Dico, quod ob munus nemini noceat.

Qui hæc facit, quieſcit in monte ſancto ejus in cœlo, nec inde ulterius ejicitur.

Ad PSALMUM XV.
Hebr. XVI.

v. 1.

HOc eſt, ipſi Chriſto tituli inſcriptio fuit facta in cruce, cui ille titulus factus, is dicit hic ad patrem de ſua paſſione.

Not.

Ebræum מכתם *Michtham* LXX. συλλογαφίαν reddunt, h. e. cippi inſcriptionem ſive titulum, Græcum belle exprimit Notkerus *Zeichenſchrifft*, σῆμα enim ſignum ejusmodi denotat, veluti lapidem, cippum, columnam, tabulam, cui titulus inſcribitur, apponitur, qui titulis præſignatur, titulatur, rectiùs & convenientius, quàm Latine, *tituli inſcriptio*, imo cippi inſcriptio: quanquam lapis inſcriptus etiam *Titulus* vocatur, ut limes, meta. Aggenus: *per terminos territoriales & titulos, i. e. inſcriptis lapidibus claudi territorium.* Ita Abſalom erexerat ſibi titulum in valle Regis dicens: *Non habeo filium, & hoc erit monumentum nominis mei.* 2. Reg. 18, 18. Atque tale, at melius monumentum Epitaphium ſive Titulus Davidi, vel à ſeipſo vivo, imo & Antitypo ſuo, fuit in hoc pſalmo erectus, ſecundum Græcos. Idque ſecundum horum ſententiam Hebræum מכתם *Michtham* denotare, h. e. aureum

Digitized by Google

2. *Conſerva me Domine, quoniam in te ſperavi.*

Kehalt mih truhten, *chit Chriſtus ad patrem,* uuanda ih kedingo an dih.

Sar dara nah ſprichet er (titulus) uns zuo.

Dixi Domino Deus meus es tu quoniam bonorum meorum non eges.

Ih chad ze truhtene, *daz ir imo zuo chedent ſulint,* du biſt min Got, uuanda mines cuotes ne biſt du durftig.

Minero guoti ne uuirdeſt du ſalig.

3. *Sanctis qui ſunt in terra ejus mirificavit Dominus* [*pro dom. omnes*] *voluntates meas in eis.*

Dien heiligon die in ſinero lantſceffte ſint, *daz chit, dero gedingi in terra viventium (in erdo dero kebendon) iſt,* dien habet er uuunderlich ketan, alle mine uuillen an in.

Uuelich iſt der min uuillo an in? Ane daz ih ſie habo getan ſone mortalibus æternos (todigen euuige) unde ſone terrenis cœleſtes (erdinen himeliſce) daz habet er ſie geleret ſure uuunder zeabtonne.

4. *Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum.*

Iro ſiehheite uuaren fore des manige, *er ſie cœleſtes unde æterni uurdin.*

Poſtea acceleraverunt.

Dara nah keſpuoton ſie ſih, *daz ſie genaſin.*

Non congregabo conventicula eorum de ſanguinibus.

Sid daz ſo iſt, nu ne heizo ih ſie ana uuert zeſamine chommen, *daz ſie debein opfer ſone dien friſchingin mir bringen, uube min ſelbes corpus (lichamin) unde ſanguinem (pluot) uuile ih daz ſie mir opferoen.*

Nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Noh ne irhugo iro alton namon, *daz ih ſih beize filios iræ (ſune abolgi) filios Diaboli (ſune des tieuels) nube fratres meos (mine brudra) unde filios Dei (kotis chint.)*

5. *Dominus pars hereditatis meæ & calicis mei.*

Truhten Got fater iſt teil mines erbes, *das chit minero Eccleſiæ, diu in ſelben ſament mir beſizzet.*

Unde iſt er teil mines calicis (ſtoufes.)

Er iſt ſament mir in paſſione (martero) ſone dero ih chumo ſamo ſo ſone getrunchemo calice (ſtoufe) ad lætitiam reſurrectionis (ze dero freuuidi dero irſtantini.)

Tu es qui reſtitues [*reſtituiſti*] *hereditatem meam mihi.*

Du erſezzeſt mir daz erbe.

Nals daz ih ſture, nube die, an dien ih pin, die ih florenne loſen uuile.

6. *Funes*

---

e. aureum monumentum, ſive cippum aureis literis inſcriptum: non vero humilem aut ſimplicem immaculatumque, ut Aquila & Symmachus interpretati cum priſcis Rabbinis, qui vocem hanc in duas diviſerunt, מך *Mich*, humilis & תם *Tham* perfectus, utramque virtutem Davidi aſſignantes. Id quod etiam Lyra ſecutus eſt, ſed R. Salomo reprobavit, ut & Tarnovius & B. Smidius. Nolim vero cum Tarnovio τοῖς LXX. imputare, quod *ſuo more perperam legiſſent.* Confer etiam Pſal. LVI. ℣. 1. Porro continet hic titulus Confeſſionem fidei Davidis, quod etſi mortuus fuerit corpore, anima tamen adhuc vivat, & utroque in Reſurrectione mortuorum, acquiſiturum ſe ſuam hereditatem æternæ vitæ, interim vero corpus requieſcet in ſpe & tranquillitate. Qui denique titulus etiam typus tituli Chriſti mortui fuit, teſte S. Petro *Actor.* 2, 31.

v. 2. *Interpret.*

Ait Chriſtus ad P. Mox deinde loquitur is (Titulus) ad nos. Dixi ego ad Dominum, quod (&) vos ad ipſum eloqui debetis, Tu es Deus meus, Bonis meis Tu non fis beatus.

Not. I.

Titulus. Videtur legendum *Chriſtus* aut *Titulum.*

Not. II.

S. Auguſtinus hîc: *Quoniam bonis meis tu non exſpectas tu fieri beatus.* S. Hieronymus: *Univerſa bona quæ Dominus ſecundum formam ſervi in carne monſtravit, non Patri proſunt, ſed generi humano.*

Not. III.

Dixi, ita Græci, Ἶπα, & Latini, etiam Hieronymi veritas Ebraica: Licet in textu Hebræo legatur אמרת *Amarth*, dixit, ut & in Maſora & Chaldæo.

v. 3. *Interpret.*

Hoc eſt, quorum ſpes in t. v. eſt, iis mirabiliter fecit omnes vol. m. in eis. Quæ eſt iſta mea voluntas in eis? niſi quod ego eos e mortalibus feci æternos & de terr. c. Hoc docuit eos pro miraculis æſtimare.

Nota.

Voluntates meas, ita & in textu Ebraico hodie legitur, ſed & in ea latina, qua uſus S. Auguſtinus, hoc ſenſu ut in perſona Chriſti Propheta loquatur: *Sanctis miras feci omnes voluntates meas: in profectu eorum, quo ſenſerunt quid eis profuerit & humanitas meæ divinitatis ut morerer, & divinitas humanitatis ut reſurgerem.* At LXX. legerunt in Ebræo חפציו *chæphziv*, pro חפצי *chæphzi*, interpretantes τὰ βελήματα αὐτῶ. Et Latina Verſio qua S. Hieronymus in Commentario uſus: *Mirificavit omnes voluntates ſuas.* Annotans: *Chriſtus per ſanctos ſuos myſteria ſua mirificavit h. e. magnificavit.*

v. 4. *Interpret.*

Infirmitates eorum (Sanctorum) erant antea multiplices, priusquam cœleſtes & æt. facti. Poſtea acceleraverunt ſe, ut ſanarentur. Poſtquam res nunc ita eſt, non jubeo eos denuo convenire, ut ullum ſacrificium de victimis eorum mihi offerant, ſed meum ipſius corpus & ſanguinem volo ut mihi offerant.

Not.

Formula offerendi in Eccleſia Francorum hæc fuit: *Remotis obumbrationibus carnalium victimarum, ſpiritalem tibi, ſumme Pater, hoſtiam ſupplici ſervitute deferimus: quæ miro ineffabilique myſterio & immolatur ſemper, & eadem ſemper offertur: pariterque & devotorum munus & remunerantis eſt præmium.* Jo. Mabillon. Lib. III. de Liturg. Gallic. pag. 325. Euſebius Lib. I. demonſtr. Evang. c. 10. de Chriſto: Μετὰ δὲ πάντα δι' ὅν τι θαυμάσιον θῦμα, καὶ σφάγιον ἐξάρχοντος τῷ πατρὶ καλλιερησάμενος, ὑπὲρ τῶν ἁπάντων ἡμῶν ἀνένεγκε σωτηρίας, μνήμην καὶ ἡμῖν παραδοὺς, ἀντὶ θυσίας τῷ Θεῷ δικαίως προσφέρειν. i. Poſt omnia quaſi admirabilem aliquam victimam, & ſacrificium eximium Patri operatus, pro noſtrum omnium ſalute obtulit, memoriam & nobis relinquens, pro ſacrificio Deo aſſidue offerre.

Interpret.

Neque re cogito nomina iſtorum priſtina, ut eos nominem filios iræ &c. ſed fratres m. & f. d.

v. 5. *Interpret.*

Dominus Deus Pater eſt p. m. h. hoc eſt Eccleſiæ meæ, quam in illis mecum poſſidet. Et eſt ipſe portio calicis mei. Ipſe eſt mecum in paſſione, a qua venio ſicut ab ebibito calice. Non quam ego perdo, ſed eos in quibus ego ſum, quos ego perditos redimere volo.

v. 6. *In-*

Digitized by Google

6. *Funes ceciderunt mihi in præclaris.*

In zorften teilen ſint mir geuallen diu lantmez ſeil.

Zorfter teil des erbes gefallet mir an dir, ſid du piſt pars hereditatis meæ (teil mines erbes.)

Etenim hereditas mea præclara eſt mihi.

Mir iſt crehto uuorden zorfteſt erbe.

Juſti (rebte) ſint min erbe unde mine geerben. Juſti fulgebunt quaſi ſol in regno meo (rebte ſcbinent alſo ſunna in minemo riche.

7. *Benedicam Domino qui tribuit mihi intellectum.*

Lob tuon ih cote, der mir fernumiſt cab, *ſolih erbe ze bechennenne unde ze minonne.*

Inſuper & usque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Dara zuo inchondon mih mine lancha unz dia naht.

Daz chit min hindero teil, des halb ih homo (man) bin, Lerta mih pechennen dia finſtri des todes, diu an demo intellectu (fernumeſt) des erbes funden ne uuirt.

8. *Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper.*

Aber in carne (fleiſce) uueſendo fore ſah ih, *daz ih ze* Gote *folle tanero uerte iruuinden ſolta.*

Quoniam à dextris eſt mihi, ne commovear.

Uuanda er iſt mir ze zeſuuun, *daz chit, er iſt mir des ze helfo*, daz ih mit imo folle ſi.

9. *Propter hoc delectatum [lætatum] eſt cor meum & exultavit lingua mea.*

Pediu habet min herza luſtſami, unde freuuet ſih min zunga.

Miniu uuort ſint frolicb.

Inſuper caro mea requieſcet in ſpe.

Dara zuo rauuet min *paſſibilis caro (martyrlih* fleisk) in dero gedingi *reſurrectionis (urſtendido) ih intslafo ad vitam (ze libe) nals ad interitum (ze tode.)*

10. *Quoniam non derelinques animam meam in inferno.*

Uuanda du mih *ufbeveſt unde* in hello ne lazeſt.

Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.

Non mih dinen heiligen ne tuoſt du liden iruuerteda.

Min lichamo ne fulet, nob ne rozzet, ſo anderro tuot.

11. *Notas mihi feciſti vias vitæ.*

Mir tate du chunt an dinen minen die uuega des libes.

Daz

---

v. 6. *Interpret.*

In præclaris portionibus mihi ceciderunt funes menſuræ provincialis. Præclara portio hereditatis cecidit mihi in Te, poſtquam Tu es p. h. m. —— Mihi eſt jure quæſita præclara hereditas. Juſti ſunt mea hereditas & mei coheredes.

Not. I.

Landmez-ſeile, funes, σχοίνια, Meſsſchnuren, quibus populus Iſrael terram Chanaan definiverunt & diviſerunt, inter ſeſe ſortiti. *Numer. 34, 3. Joh. 15. ſeq.*

Not. II.

Crehton, jure, meritò. Kerecht, Grecht, jus: Eregrehtin, regalia, Majeſtas. Vid. Gloſſar. in G.

v. 7. *Interpret.*

Intellectum dat, ad talem hereditatem agnoſcendam & amandam. —— Hoc eſt, mea pars ultima propter quam homo ſum, docuit me agnoſcere tenebras mortis, quæ in intellectu hereditatis non inveniuntur.

Not.

Hauſta illa ex S. Auguſtino hìc: *Super intellectum uſque ad mortem erudivit me inferior pars mea, carnis aſſumtio, ut experirer tenebras mortalitatis, quas ille intellectus non habet.*

v. 8. *Interpret.*

At in carne exſiſtens providebam, ut ad Deum confecta hac expeditione, revertere deberem. —— Hoc eſt, ipſe eſt mihi auxilio, ut ego cum ipſo permaneam.

Not.

S. Auguſtinus: *Sed veniens in ea, quæ tranſeunt, non abſtuli oculum ab eo, qui ſemper manet: hoc providens, ut in eum poſt temporalia peracta recurrerem. Quoniam favet mihi, ut ſtabiliter in eo permaneam.*

v. 9. *Interpret.*

Verba mea ſunt læta. —— Ego obdormio ad vit. non ad mortem.

v. 10. *Interpret.*

Namque tu me ſuſtollis & in inf. non d. Meum corpus non putreſcit, neque fœtet, ut aliorum façit.

Not.

Verſio Teut. MS. Arg. corruptionem animi interpretatur: *noch engiſt* (i. verhengeſt) *nit dinen Heiligen ze ſchende die boſsheit.*

v. 11. *Interpret.*

An dinen minen i. in amore tuo, ut & mox. Cum Te adſpecturi ſunt, habebunt plenum gaudium. h. e. Beatitudinem & mercedem ſanctorum. —— Hoc eſt, in tuo beneplacito eſt perpetuo delectatio & nulla moleſtia.

Not.

S. Auguſtinus: *Notas feciſti per me humilitatis vias, ut ad vitam redirent homines, unde per ſuperbiam ceciderunt.*

CIPPVS DAVIDICVS.

DAVID AD DOMINVM

De Meſſia & ſeipſo.

1. CUſtodi me Deus etiam poſt mortem & diſceſſum animæ à corpore: quum vera fide in Redemtorem confiſus ſum.
2. Pactumque feci tecum, cujus formula: Adonai Tu. Bonorum munerumque ac meritorum meorum non indiges: Ego vero tuorum.
3. Hoc myſterium ſalutis noſtræ, & occultam ſapientiam Pſ. 51. omnesque voluntates tuas notas feciſti ſanctis tuis, in hac terra.
4. Quorum quidem multæ ſunt adhuc imbecillitates, quæ non expiantur ſacrificiis, victimis, ſanguinibus & noſtris operibus, ſed
5. per DEI gratiam & Chriſti meritum ejusque unicum ſanguinem ſalus ac hereditas æterna acquiritur,
6. de qua & mihi cecidit ſorte ſpecialique promiſſione præclara portio.
7. Gratias ergo DEO ago, qui de his myſteriis Meſſiæ ex ſemine Davidis oriundi, ejusque ſatisfactionis pro genere humano, mihi dedit intellectum, atque inſufficientiæ meæ cognitionem.
8. Hæc unio cum DEO & in vita conſervanda, &
9. in morte, qua anima cum DEO exultat, & caro mortua Chriſti quidem Redemtoris nequidem putredinem experietur, ſed tertia die reſurget, aliorum vero ſanctorum caro poſt diſſolutionem tamen quieſcit tranquille, uſque ad
10. reſuſcitationem carnis è ſepulcro & redunitionem cum anima per incorruptibilitatem,
11. ubi in gloria lætabitur ſempiterna.

Digitized by Google

Daz ſint viæ humilitatis (uuega tiemuoti) uuande ſie in Adam fielen per ſuperbiam (durh ubermuoti.)

Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.

Mih *an dien minen* genietoſt du freuui, mit dinemo analiute.

So ſie dih muozen ana ſehen, ſo habent ſie ſollun mendi. Daz iſt diu ſaligheit, unde der lon dero heiligon.

Delectationes in dextera tua usque in finem.

An dinero zeſuun, *das chit in dinero guotlichi* iſt iemer luſſami, *unde ne bein urdruzzi.*

Pſalmus XVI.

Hebr. XVII.

v. 1. *Oratio ipſi David.*

UUAz *chit daz? Ane ſelbemo Dauid, ſelbemo Chriſto iſt diz kebet zegebenne. So daz uuir in dar ana fernemen betonten, unde ſament imo ſina Eccleſiam.*

Exaudi Domine juſtitiam meam.

Gehore truhten min reht.

Sid elemoſina betot, alſo iz chit: Abſcondite elemoſynam in ſinu pauperis & ipſa orat pro vobis (pergint armberzlich keba in des turftigen puoſame, duſelba petot fure iuub) ſo betot oub juſtitia (reht) uuanda elemoſina (armberzlich keba) iſt juſtitia (rebt.)

Intende deprecationem meam.

Sih ana mina digi.

Auribus percipe orationem meam.

Mit oron infahe min gebet.

Non in labiis doloſis.

Nals in ungetriuuuen lefsen *geſprochenez, ſo daz iſt, daz ſone herzen ne chumet.*

2. *De vultu tuo judicium meum prodeat.*

Fone dinemo analiute chome min urteilda.

So durhſihtig ſi dir ſi. Uuanda ſi dih ne triuget, ſo muozze ſi mir ſin.

Oculi mei [tui] videant æquitatem.

Reht muozin irchennen miniu ougen, *daz ih ne miſſe fahe nob unreht ne finde fure reht.*

3. *Probaſti cor meum & viſitaſti nocte.*

Du beſuohtoſt min herza, unde uuiſotoſt ſin in dero naht.

In arbeiten uuiſotoſt du ſin ze beſuochenne mina patientiam (kedult.)

Igne me examinaſti & non eſt inventa in me iniquitas.

In demo eite irſuohtoſt du mih, unde unreht nefunde du in mir.

Daz chit knoto choretoſt du min in dero paſſione (martro) uzer dero ih luter cham ze reſurrectione (urſtendido.)

4. *Ut non loquatur os meum.*

So gnoto choretoſt du min unde ſo luter uuard ih funden, daz ih iz ſo ne ſage, du uueiſt iz. Du uueiſt mir ſuigentemo, uunz ih leid.

Opera hominum.

Menniſchon uuerch *leid ih. Daz ſie mir tuon uuolton, daz truog ih.*

Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodivi vias duras.

Umbe diu uuort dinero lefso, *uuanda du iz per prophetas (durch uuizzegin) fone mir gebiezze, ſo* gieng ih herta uuega.

Herta uuega mortis (todis) unde paſſionis (martero) kieng ih.

5. *Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ut non moveantur veſtigia mea.*

Folle tuo mine genge in dinen uuegen daz miniu ſpor, *daz chit mine fuozze* dar aba ne uuenchen.

Folle halt mih in dinen præceptis, daz oub mine Apoſtoli (poten) dar ana geſtanten.

6. Ego

Ad Psalm. XVI.

Hebr. XVII.

v. 1. *Interpret.*

QUid hoc eſt? ipſi David, ipſi Chriſto eſt hæc oratio tribuenda, ita ut ipſum inibi intelligamus orantem & ſimul cum ipſo Eccleſiam ſuam.

Not.

Hauſta hæc ex S. Auguſtino hîc.

Interpret.

Cum Eleemoſyna oret, ſicut dictum eſt: Abſcond. &c. Sic & juſtitia orat, quandoquidem Eleemoſyna eſt juſtitia. —— Non in labiis doloſis nuncupatum, ſicut iſtud eſt, quod ex corde non venit.

Not. I.

In Hebræo abeſt *meum* & tantum יהוה צדק *Jehovah zedek*, quod LXX. de Genitivo intellexerunt, addentes tamen *meum*, Κύριε δικαιοσύνης μου. Alii in Accuſativo: audi juſtitiam ſive juſtum, id quod juſtum eſt.

Not. II.

Dictum à Notkero allegatum, quoad ſenſum non ſemel eſt in ſcriptura, ſed quoad verba non occurrit.

v. 2. *Interpret.*

Quam illuminatum tibi ſit judicium, quum te non fallat, tam ſit & mihi. —— ut ne male judicem, aut injuſtum inveniam pro juſto.

Not. I.

S. Auguſtinus hîc: *Ex illuminatione notitiæ tuæ verum judicem! Aut certe: non in labiis doloſis à vultu tuo judicium meum prodeat, ut ſcilicet non proferam judicans aliud quam in te intelligo.*

Not. II.

Oculi mei. In Ebræo *tui*, עיניך *benæcha.* At LXX. ὀφθαλμοὶ μου. Sic Latinæ verſiones præter eam, quæ adjuncta eſt Græcæ in Cod. MS. Alexandrino.

v. 3. *Interpret.*

In laboribus (crucis) viſitaſti illud (cor meum) ad probandam meam pat. —— Hoc eſt, rigoroſe tentaſti me in paſſ. poſt quam purus veni ad reſurr.

Not.

Knoto, gnoto, genoto, à geno, genau, accurate, rigoroſe, ſtricte. Vide ad ℣. ſeq.

v. 4. *Interpret.*

Tam rigoroſe probaſti me & tam purus inventus ſui, ut ego id haud ita enarrem, Tu noſti id. Noſti me tacente quid ego paſſus. Hominum opera paſſus ſum: Quidquid mihi facere voluerunt, id pertuli ego. Propter verba —— Namque tu id per Proph. à me poſtulaſti, ſic ivi vias d. duras vias mortis & paſſ. ambulavi.

v. 5. *Interpret.*

Spor h. e. mei pedes. Plene conſerva me in tuis præceptis, ut etiam Apoſtoli mei in iis perſiſtant.

v. 6. In-

Digitized by Google

6. *Ego clamavi quoniam exaudisti me Deus.*

Nah demo allemo hareta ih paldo *ze dir*, uuanda du mih kehortost *durh solche frebte.*

Inclina aurem tuam mihi & exaudi verba mea.

Helde ze mir din ora, *uuanda min humanitas (menneſckebeit) bina uf ze dir gereichen ne mag*, unde ſo gehore mih.

7. *Mirifica misericordias tuas.*

Pring ze uuundere *fore iudeis* dine gnada.

Gib infirmis (ſiechen) fone minero hende ſanitatem (den geſunt.)

Qui salvos facis sperantes in te, à resistentibus dexteræ tuæ.

Du dir gehalteſt *in vita æterna (libe euuigemo)* die ſih ze dir ferſehent fore uuiderſtantem dinero zeſuuun, *daz chit filio tuo, (dinemo ſune.)*

8. *Custodi me ut pupillam oculi.*

Pehuote mih alſo dia ſehandes ougen.

Si eina becchennet in corpore (lichamen.) UUelez lux (lieht) unde tenebræ (finſtri) ſint, ſo bechenno ih eina inter homines (liutin) uuelez juſti (rebte) unde peccatores (ſundige) ſint, unde uuieo ih irteilen ſol.

9. *Sub umbra alarum tuarum protege me à facie impiorum, qui me afflixerunt.*

Skirme mih under dinero fettacho ſehatue, *alſo folgel tuot ſine iungen. Caritas tua (din minna) unde miſericordia tua (din irbarmeda) ferſtanden mih dien ubelen die mir cheli tuont.*

Inimici mei animam meam circumdederunt.

Mine fienda *iudei* behalboton mih.

10. *Adipem ſuum concluſerunt.*

Unde besluzen iro ſpint.

Daz chit folle maſton ſih iro unrebtes mih irtodendo.

Os eorum locutum eſt ſuperbiam.

Iro munt ſprach mit ubermuoti.

Ave Rex Judæorum (heil chumine iudon.) unde ander ſamolich.

11. *Projicentes me, nunc circumdederunt me.*

Unde beuore mih feruuerfende *ioh mina lera*, umbeſtuonden ſie mih nu.

Daz chit, unz ih hangeta in cruce.

Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.

Unde beneimdon iro ougen ze ſtecchenne an dia erda.

Alſo die tuont, die ubeles tenchent, die daune ne belent.

12. *Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam.*

Infiengen mih *fone Pilato, do er chad tollite eum vos & crucifigite (nemint ir in unde chriucigont in)* alſo der uarigo leuuo, *der in uueido gat.*

Et ſicut catulus leonis habitans in abditis.

Unde alſo ſin iungo, der ferborgen liget, *unde lagot.*

13. *Exurge Domine præveni eos & ſubplanta eos.*

Stant uf truhten, furefah ſie mit *vindicta (kericht)* unde beskrenche ſie.

Eripe animam meam ab impio.

Loſe mih *reſuſcitando (irchiſchendo)* fone ubelen.

Framea tuam ab inimicis manus tuæ.

Loſe fone fiendo handen *mih* din ſuuert, *mit demo du Diabolum ſlabeſt.*

14. *Domine à paucis de terra divide eos.*

Sceid ſie truhten fone *paucis electis* (unmanigen *iruueliten) ſceid ſie de terra viventium* (fone erdo *dero lebenton.*)

In vita eorum

ſ. divide eos. Hier in diſemo libe *zeuuirf ſie, helz ſie Titum unde Veſpaſianum zefuoren after allero uuerlte.*

De abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum & ſaturati ſunt porcina [filiis.]

(*i. immun-*

---

v. 6. Interpret.

Poſt hæc omnia clamavi vehementer ad te, quoniam me exaudiſti ob talem tribulationem *Inclina &c.* Nam mea humanitas ſurſum ad Te non poteſt pertingere.

v. 7. Interpret.

Profer ad miracula coram Judæis tuam gratiam. Da infirmis à meis manibus ſanitatem. Tu tibi ſervas in v. æ. qui in te confidunt, coram reſiſtentibus dexteræ tuæ. Hoc eſt, filio tuo.

Not.

A reſiſtentibus &c. Alii Codd. ad ſequentem verſum hæc referunt, ſed noſter Ebraicam veritatem ſecutus.

v. 8. Interpret.

Illa ſola (pupilla oculi) dignoſcit in corpore, quid lux & tenebræ ſint: ſic dignoſco ego ſolus inter homines, qui juſti & peccatores ſint, & quomodo ego ſententiam ferre debeo.

Not.

Confer S. Auguſtinum hîc.

v. 9. Interpret.

—— Sicut avis facit ſuis pullis. Caritas & miſ. tua defendunt me a malis quæ in me impetum faciunt.

v. 10. Interpret.

Hoc eſt, exſatiant ſe ſua injuſtitia me interficientes. —— Salus veniat Judæorum Regi. Et alia ſimilia.

v. 11. Interpret.

Et antea me rejicientes & meam doctrinam, circumſteterunt me nunc, hoc eſt, dum pendebam in cruce. Et ſtatuerunt, ſuos oculos defigere in terram, ſicut hi faciunt, qui malum cogitant, qui abinde non retorquentur.

Not.

Belent vox eſt ſuſpecta, & vitioſe forte ſcripta: ſenſus tamen non obſcurus, improbos malum meditari, & terrena adſpicere oculo irretorto. *Belenden* Flandris eſt evadere, pervadere, teſte Kiliano. *Beleyden*, eſt deducere, abducere. Sed nihil definiendum.

v. 12. Interpret.

Suſceperunt me à Pilato dicente: Tollite eum &c. Sicut leo paratus (expeditus) qui in paſcuum vadit. —— & inſidiatur.

v. 13. Interpret.

Libera ab hoſtium manibus me tuum gladium, quo diabolum cædis.

v. 14. Interpret.

Hîc in præſenti vita disjice eos, jube Titum & Veſpaſianum iſtos diſſipare per omnem mundum, quæ (abſcondita) diſcebant ex I. P. abinde averſi, ſatiabant ſe immunditia, quæ ſatietas erat iſtis gratior. —— Quid hoc eſt, niſi exſecratio & imprecatio iſta: ſanguis ejus &c.

Not.

Digitized by Google

(*i. immunditia.*) Iro buch uuard irfullet dinero tougeni, *dia ſiu lirneton ex libris (ſone dien buochen) prophetarum, daraba habendo*, ſo ſateton ſie ſih unſubri.

Diu ſeti uuas in liebra.

Et dimiſerunt reliquias ſuas parvulis ſuis.

Unde liezen iro chind en daz ſie leibton.

Uuaz iſt daz? Ane der fluob unde der uunſch. Sanguis ejus ſuper nos & ſuper filios noſtros (ſiniz pluot uber unſih unde uber chint unſriu.

15. *Ego autem cum [in] juſtitia apparebo in [conſpectui] conſpectu tuo.*

Ih chumo aber mit demo rehte fure dih, *daz ih ne uuolta offen uuerden unſubren unde finſteren herzon.*

Satiabor dum [cum apparuerit] manifeſtabitur gloria tua.

Ih habo genuoge an *dien*, ſo din guollichi offen uuirt, *dien ih irskein die mit porcina (unſubri) beuuollen ne uuaren.*

Pſalmus XVII.

Hebr. XVIII.

In finem puero Domini David.

1. [*Qui (quæ) locutus eſt Domino*] *Verba cantici hujus in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus & de manu Saul & dixit.*

Dauid tanchot demo, der in loſta in perſona Chriſti unde Eccleſia, daranab ſaget er dia tougeni ſinero incarnationis (lichambafti.)

2. *Diligam te Domine virtus mea.*

Truhten min chraft, dih minnon ih.

3. *Dominus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus.*

Truhten iſt der mih feſtenot unde ze demo ih fluht habo, unde der mih loſet.

Deus meus adjutor meus & ſperabo in eum.

Er iſt min Got unde der mir hilfet, unde an in gedingo ih.

Protector meus & cornu ſalutis meæ & redemtor meus.

Er iſt min ſchirmare unde horn minero heili, *alſo tieren iro horn ſint ſchirm*, unde min loſare.

4. *Laudans invocabo Dominum & ab inimicis meis ſalvus ero.*

Mit lobe haren ih ze imo, unde *ſo tuondo* uuirdo ih kehalten.

5. *Circumdederunt me gemitus mortis.*

Mih habent umbefangen ſuftoda des todes.

Daz ſint die geſtungeda des fleiskis alde diu manigi dero ungeloubigen.

Et torrentes iniquitatis conturbaverunt me.

Unde die draten aha des unrehtes habent mih ketruobet.

Daz chit, die drato farent mit iro unrehte, die leidegont mih.

6. *Dolores inferi [inferni] circumdederunt me.*

Hello

Not.

Porcina. Etſi & Hebræus & Græcus textus habeat, filiis, υἱῶν, בָּנִים *banim*: vetus tamen Romana verſio, quam & S. Auguſtinus ſequitur, habet *Porcina.* S. Hieronymus ait: *Propter ambiguitatem verbi, quidam pro Filiis, porcinam ſcriptum arbitrantur, quod Symmachus Hebræam exprimens veritatem, transtulit: Saturabuntur filiis.* Et S. Auguſtinus: *Sane illo verſu, ubi dictum eſt; Saturati ſunt porcina, nonnulla exemplaria: Saturati ſunt filiis, habent. Ex ambiguo enim Græco interpretatio duplex evenit.* Scilicet ex vitioſa Lectione LXX. interpretationis, pro υἱῶν, filiorum, legerunt ὑῶν, porcorum.

v. 15. *Interpret.*

Ut ne voluerim manifeſtus fieri immundis & tenebricoſis cordibus. Satis habeo in his, quibus tua gloria manifeſta ſit, quibus apparebo qui porcina maculati non ſunt.

Ad Psalmum XVII.

Hebr. XVIII.

v. 1. *Interpretatio.*

David gratias agit illi, qui ipſum liberaverat, in perſona Chriſti & Eccleſiæ, poſtea refert myſteria ſuæ incarn.

v. 3. *Interpret.*

Sicut beſtiis cornua ſua ſunt defenſio.

v. 4. *Interpret.*

Cum laude clamo ego ad ipſum, & ab inimicis conſervor.

Not.

So tuendo: ſic faciendo, eſt vitium amanuenſium, ita emendandum: *ſon fiendon*, ab inimicis.

v. 5. *Interpret.*

Id ſunt ſtimuli carnis, aut multitudo incredulorum. ——Hoc eſt, qui impetu iniquitatis feruntur, læſerunt me.

v. 6. *Interpret.*

Hoc ſunt pagani qui inferno deſtinati. Aut invidia quæ ad infernum ducit, de qua Johannes ait: Eſt peccatum &c.

Not.

Hic in MS. ad marginem ſcriptum reperitur: *Nota invidos pro quibus nec orandum eſſe Johannes dicit.* Locus eſt 1. Joh. V. 16. qui de peccato in Spiritum S. intelligendus. S. Auguſtinus ita explicat *Lib. de Corrept. & Gratia cap. XII. Tom. VII.* fidem, quæ per dilectionem operatur, deſerere uſque ad mortem.

Interpret.

Originale peccatum (Adami peccatum) adhæſit mihi, antequam naſcerer.

Nota I.

Communis interpretum ſententia eſt, quod hoc Pſalmo David loquatur partim in perſona propria, ut Rubrica comprobat, partim ut typus in perſona Meſſiæ, ejusque Eccleſiæ: adeoque quædam hic dicta Davidi & fidelibus, quædam ſoli Meſſiæ competunt, quædam utrisque κατὰ τὶ. Atque notatu digna ſunt, quæ S. Auguſtinus in fine ad hunc Pſalmum monet: *Quæcunque in hoc Pſalmo dicta ſunt, quæ ipſi Domino proprie i. e. Capiti Eccleſiæ congruere non poſſunt, ad Eccleſiam referenda ſunt. Totus enim Chriſtus hic loquitur, in quo ſunt omnia membra ejus.*

Quamobrem quod *laqueos mortis* interpretatur Notkerus de peccato originali, illud de ſolo Davide & fidelibus, ut & cæteris mortalibus vult intelligi.

Not. II.

Digitized by Google

Hello ſer behalboton mih.

Daz ſint pagani (heidene,) die ze bello ſuln, alde invidia (nid) diu ze bello leitet. Fone dero Johannes chit: Eſt peccatum ad mortem, pro eo ut quis roget non dico (ein ſunda uuirt ze tode, umbe dia ne beizo ih niemannen beton.)

Prævenerunt [*præoccuparunt*] *me laquei mortis.*

Die ſtriccha des todes furefiengen mih.

Originale peccatum (adamis ſunda) lag mir ana, er ih keborn uuurde.

7. *Et in tribulatione mea invocavi Dominum, & ad Deum meum clamavi.*

Unde in minero note bat ih helfo truhtenen, unde ze minemo Gote hareta ih.

Et exaudivit de templo ſancto ſuo vocem meam.

Unde gehorta er fone minemo *herzen* ſinemo heiligen hus mina ſtimma.

Et clamor meus in conſpectu ejus introivit in aures ejus.

Unde min ruoft, der in ſinero geſihte iſt *nals menniſchon*, der gieng in ſin ora.

Ih pat ſinero adventus (chumfte) dero beto geborta er mih.

8. *Commota eſt & contremuit terra.*

Fone ſinero adventu geſchae, daz diu erda daz chit peccatores (ſundige) iruuageton unde irbibenoton.

Et fundamenta montium conturbata & commota ſunt, quoniam iratus eſt eis.

Unde uurden geirret *zuouerſihte ſuperborum (ubermuoton)* unde iruueget uuanda er ſih irpalg.

Unde er uuolta daz iro zuoverſiht an imo uuare nals in uuerlt ſachon.

9. *Aſcendit fumus in ira ejus.*

(*i. propter iram.*)

An ſinero irbolgeni rouh *der ruch pœnitentiæ (riuuuo) der trane machot. Iram Dei (Gotes abolgi) furhtendo uueinoton ſie.*

Et ignis à facie ejus exardeſcet [*exarſit, al. exardeſcit.*]

Unde fiur inbrinnet fone ſinemo anaſiune.

Caritas (minna) inzundet die, die in bechennent.

Carbones ſuccenſi ſunt ab eo.

Irloſchene zanderen, uuurden inzundet fone imo.

Die in guottaten tot uuaren, die chicha er.

10. *Inclinavit Cœlum* [*cœlos*] *& deſcendit.*

Er bougta den himel, unde irbeizta hara nider,

uuanda er chunta terrenis cœleſtia (irdiſchen himiliſchin.)

Et caligo ſub pedibus ejus.

Unde timberi uuas under ſinen fuozzen.

Diabolus (niderris) uuard fone imo getrettot, alſo iz chit. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis (uber [*deficit vox.*] *unde unch eas du)* Pſalm. 90, 13, *& conculcabis (unde trettoſt) leonem & draconem.*

11. *Et aſcendit ſuper cherubim.*

Unde uberſteig er *plenitudinem ſcientiæ (folli chunſte.)*

Daz

Not. II.

Etſi peccatum protoplaſtorum & peccatum originale differant: quia tamen prius fuit origo poſterioris in omne genus humanum propagati, itaque Notkerus hic unum per alterum interpretatur. Alcuinus Epiſt. LXX. ait: *Originale peccatum tribus modis actum eſt, delectatione, conſenſu & opere. Itaque & omne peccatum aut cogitatione, aut locutione aut operatione efficitur.* Conf. Pſal. XLII. 2. & L, 7.

v. 7. *Interpret.*

Et exaudivit me de meo corde, ſua ſancta æde. —— In conſpectu ejus, non hominum. —— Ego petii ſuum adventum, has ad preces exaudivit me.

Nota.

S. Auguſtinus: *Exaudivit de templo) Exaudivit de corde meo, in quo habitat, vocem meam.* Templum tempore Davidis nondum fuit exſtructum. *Tabernaculum* tamen etiam Templum vocatur *1. Sam. 1, 7. & 3, 3.* Conf. ſupra *Pſal. X. 4.*

v. 8. *Interpret.*

De adventu ſuo factum fuit, ut terra h. e. peccatores commoti fuerint & contremuerint. Et perturbatæ fuerunt ſpes ſuperborum & commotæ, —— Et volebat ut eorum ſpes in ipſum eſſet; non in mundanas res.

Not.

S. Auguſtinus: *Et ſpes ſuperborum qui in hoc ſeculo fuerunt, conturbatæ ſunt. Ut ſcilicet jam firmamentum non haberet in cordibus hominum ſpes temporalium bonorum.*

v. 9. *Interpret.*

In indignatione ejus fumavit fumus pœnitentiæ qui lacrymas ciet. Iram Dei metuentes, lacrymabantur.

Not.

Idem Auguſtinus: *Adſcendit lacrymoſa deprecatio pœnitentium, cum cognoviſſent, quid minetur DEUS impiis.*

Interpret.

Caritas incendit hos, qui ipſum confitentur. Extincti carbones incenduntur ab ipſo: Qui in bonis operibus mortui erant, eos reviviſcere fecit.

v. 10. *Interpret.*

Namque nunciavit t. c. —— Diabolus ab ipſo conculcatus fuit, ſicut dictum eſt: ſuper &c. Diabolus ab ipſo premebatur, ſicut dictum eſt: ſuper aſp. &c.

Not. I.

Deficit vox Germanica quæ exprimat latinam Aſpidem, ſed & infra in *Pſal. XC. 13.* retinet Autor latinam: *du gaſt uber aſpidem.* Unch baſiliſcum interpretatur etiam Vocabularium MS. Jacobi Twingeri, Presbyt. Argent. *Baſiliſcus Uncke. W. Eſt animal letale ſatanque notat baſiliſcus.*

Not. II.

Eas du.) vitium amanuenſis videtur, pro *gaſt du*, ut infra *Pſal. XC. 13.*

v. 11. *Interpret.*

Et ſuperadſcendit plen. ſcient. Hoc eſt, oſtendit ſe incompr. —— à terra in cœlum. Et ſupervolavit alas ventorum. Namque etſi ſanctæ animæ earumque virtus alte adſcendit, non attingunt tamen ipſum, quippe qui omnibus creat. incomp. eſt.

Not.

Cherubim Notkerus reddit *plenitudinem ſcientiæ.* Sic S. Hieronymus: in Eſa. c. VI. *In LXXIX. pſalmo legimus: Qui ſedes ſuper Cherubim. Qui in noſtra lingua interpretantur, multitudo ſcientiæ: Unde & Dominus in auriga modum ſuper Cherubim aperte ſedere oſtenditur.* Idem in Habac. c. III. & de Nomin. Ebraic. in Exodo. Atque in hunc Pſalmum: *Aſcendit ſuper Cherubim, hoc eſt, ſuper plenitudinem ſcientiæ. Cherubim interpretatur plenitudo ſcientiæ, quæ eſt charitas, quia plenitudo legis eſt dilectio.* Itemque in *Ezech. C. X. fi.* Conformia habet S. Auguſtinus

Digitized by Google

Daz chit ougta ſih incomprehenſibilem (unirratenen) & volavit.

Unde floug *ſone erdo ze himele.*

Et volavit ſuper pennas ventorum.

Unde uberfloug die uettacha dero uuindo, *uuanda noh ſancta animæ (ſela) dero virtus (chraft) hoh iſt keſtigen ne irrecchent in, uuanda er allen creaturis incomprehenſibilis (keſchefſidon unirratin) iſt.*

12. *Et poſuit tenebras latibulum ſuum.*

Unde tougena gedingi ſazta er in *corde credentium (herzin gloubigero) dar er loſchet. Alde er cham tougeno Deus in homine (Got in menniſchin.)*

In circuitu ejus tabernaculum ejus.

Sin gezelt iſt umbe in, *uuanda dar die ſine ſint, Dar iſt er in medio eorum (under in mitten.)*

Tenebroſa aqua in nubibus aëris.

Finſtir uuazer iſt in dien uuolchenen des himeles,

daz iſt obſcuritas in Prophetis (tougeni in uuizegon) alde in prædicatorum doctrinis (predigare leron.)

13. *Præ fulgure [fulgore] in conſpectu ejus nubes tranſierunt.*

Diu ſelben uuolchen fuoren *ſone iudea ad gentes (iudon ze dieten)* ſinen ougon glanziu, *doh ſiu uns ſin timberriu.*

Grando & carbones ignis.

Hagel unde gluot *fuor dar inne, uuanda ſie irraſſton gentes (liete) unde zunton ſie ad fidei caritatem (ze gloubo minno.)*

14. *Et intonuit de Cœlo Dominus.*

Unde do irdunnerota truhten ſone himele.

Sie ſint ſin himel, uuanda er an in ſizzet, ſone in deta er chunt gentibus Evangelium.

Et altiſſimus dedit vocem ſuam.

Unde der hoheſto ſprah ſprahin uz, *uuanda ſie archana Dei (Gotes tougeni) ſageton.*

15. [*Grando & carbones ignis. Et*] *Miſit ſagittas ſuas & diſſipavit eos.*

Prædicatores ſanta er, unde zeuuarf ſie.

Ze dien er ſie ſanta, die zeuuarf er ſo, daz ſie ſamelichen uuaren odor vitæ in vitam (ſtanch libes ze libe) ſumelichen odor mortis in mortem (ſtanch todis ze tode.) 2.Cor. 2, 15.

Fulgura multiplicavit & conturbavit eos.

Manigiu zeichen teta er, unde irbrutta ſie.

16. *Et apparuerunt fontes aquarum.*

Do irſchinen die urſpringa dero uuazzero.

Daz chit, do uuard keeiſchot diu uuarheit dero prædicatorum.

Et revelata ſunt fundamenta orbis terrarum.

Unde uuurden geoffenot Prophetæ *(ſone ſagin) ufen dien diſſu uuerlt keloubendo, Gote gezimberot uuurde.*

Ab increpatione tua Domine.

Daz allez keſchach ſone dinero irrafsungo truhten, *alſo daz iſt: Appropinquabit regnum Cœlorum (nu nahet himelriche.)* Matth. IV, 18.

Ab increpatione ſpiritus iræ tuæ.

Unde ſone dero zornlichun irrafsungo dines keiſtes.

So diu iſt: Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter moriemini (ir ne tuoient riuuua ſo irſterbent ir alle gelicho.) Luc, XIII, 3.

17. *Miſit de ſummo & accepit me.*

Unz hara liutet diu prophetia incarnationis Domini (ſore ſaga Gotes keburte) nu ſprichet Eccleſia (Gotes prut) ſone iro ſelbun:

Er ſanta *ſinen ſun* ſone himele, unde infieng mih, *unde uuolta mih uueſen ſina ſponſam (gemalun.)*

Et

ſtinus hic. Cæteroquin *Cherubim* denotant Angelos, *Gen. III, 24.* conf. *Eſ. VI. 2.* quos repræſentarunt Cherubini viſibiles & arte facti, ſub forma humana, alata tamen, operculo propitiatorio arcæ fœderis impoſiti. *Exod. XXV, 18. & 3. Reg. VI, 23. Ezech. XLI, 18.* Aliter apparuerunt Cherubini quaternis faciebus Ezechieli Prophetæ, c. IX. X. & I. 14. itemque S. Johanni in Apoc. c. IV. qui videntur eſſe Angeli Eccleſiarum per IV. mundi plagas. Exhinc & origo Geniorum alatorum in ſacris Gentilium.

v. 12. *Interpret.*

Atque ſecretas ſpes poſuit in c. c. ubi latet. Aut; venit ille abſcondite Deus in homine.

Nota.

S. Auguſtinus hic: *Poſuit obſcuritatem ſacramentorum, & occultam ſpem in corde credentium ubi lateret ipſe, non eos deſerens.* S. Hieronymus hic: *Chriſtus in Maria quaſi ſponſus in thalamo, & corpus Mariæ quaſi tabernaculum.*

Interpret.

Ejus tabernaculum eſt circa ipſum, nam ubi ſui ſunt, ibi eſt in medio eorum.

v. 13. *Interpret.*

Iſtæ nubes tranſierunt à Judæa ad g. ſuorum oculorum fulgore, etſi illæ nobis ſint tenebræ. Grando & carbones ferebantur in iis, namque reprehendebant gentes & accendebant &c.

v. 14. *Interpret.*

Illi ſunt ipſius cœlum. Namque is in iis ſedet, ab illis fecit notum gentib. Ev. —— Namque illi arcana DEI prædicabant.

v. 15. *Interpret.*

Ad quos eos miſit, diſſipavit ita, ut alii eſſent o. v. alii o. m. —— Varia ſigna fecit, & conturbavit eos.

Not.

S. Hieronymus: *Fulgura, miracula: per illa miracula Apoſtolorum compuncti ſunt.* Sic & S. Auguſtinus: *Coruſcationes* miracula interpretatur.

v. 16. *Interpret.*

Hoc eſt, tum exquirebatur veritas pr. Et revelati fuerunt Prophetæ, ſuper quos hic mundus credens, Deo fabricatur. Hoc omne factum eſt ab increp. t. D. ſicut eſt illud: Appropinq. —— Et ab iracunda increpatione ſpiritus tui. Quæ iſta eſt: Niſi &c.

Not.

S. Auguſtinus: *Ab increpatione tua D. clamantis: Appropinquavit ſuper nos regnum DEI. Ab inſpiratione ſpiritus, dicentis: Niſi pœnitentiam egeritis &c.*

v. 17. *Interpret.*

Huc uſque ſonat Prophetia inc. D. Nunc dicit Eccleſia DEI ſponſa, de ſeipſa: Miſit filium ſuum de cœlo & amplexus me, & voluit me eſſe ejus ſponſam. —— Ex multis baptiſatis collegit me.

v. 18. *In-*

Digitized by Google

Et assumsit me de aquis multis.

Uzer manigen uuazzeren nam er mih ze sih.

Uzer manigen getouften samenota er mih.

18. *Eripuit me de inimicis meis fortissimis.*

Fone harto starchen fienden losta er mih,

uuanda fone dero persecutione (abtungo) uuuochs ih, mit dero sie mih suenden uuolton.

Et ab his qui oderunt me, quoniam confortati sunt super me.

Unde fone dien, die mih hazzent, *losta er mih,* uuanda sie mir oberoren uuaren, *unde ih mih in iruuerren ne mahta.*

19. *Prævenerunt me in die afflictionis meæ.*

Sie fure fiengen mih in dien ziten dero persecutionis *(abtungo) daz sie mih suantin, er ih folle uuuochse.*

Et factus est Dominus protector [firmamentum] meus.

Unde uuard Got min scherm,

uuauda minnenniscbo fareta.

20. *Et produxit me in latitudine.*

Unde brahta er mih in dia uuiti *caritatis & fidei (minno unde gloubo.)*

Salvum me fecit.

Teta mih kehaltenen.

Ziu chit si fone iro selbun salvum (kehaltenin) nals salvam? (kehaltena.) Ane daz si sichet ad populum (ze demo liute) fone demo si uuorden ist.

Quoniam voluit me.

Uuanda er uuolta mih *er ih in uuolti*

21. *Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam & secundum puritatem operum [manuum] meorum retribuet mihi.*

Unde lonot er mir nah minemo relste, unde nah dero lutteri minero uuercho, *doh er mih er uuolti, er ih in.*

22. *Quia custodivi vias Domini, nec impie gessi à Deo meo.*

Uuanda ih Gotes uuega behuota, unde ih ubelo ne teta fone imo *zihendo, fure daz er einest mih zuo imo zoh, sid ne zoh ih uuidere.*

23. *Quoniam omnia judicia ejus in conspectu meo, & justitias ejus non repuli a me.*

Unanda ih alle sine urteilda ana sieho *uber guote, unde uber ubele.*

Unde siniu reht ne treib fone mir, *so die tuont die rebtes irdruzet.*

24. *Et ero immaculatus cum eo, & observabo me ab iniquitate mea.*

Unde *anauuert* uuiso ih ungeflecchot mit imo, unde behuoto mih fore allemo unrehte.

25. *Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, & secundum innocentiam manuum in conspectu oculorum ejus.*

Unde des lonot er mir nah minemo rehte, unde nah dero unsundigi minero hando, diu fore imo ist, *nals fore menniscbon. Lonot mir niebt ein latitudinis fidei (der breite gloubo) quæ per dilectionem operatur (diu mit minnon uuerchot) unb oub perseverantiæ (statigi.)*

26. *Cum sancto sanctus eris.*

Mit heiligemo bist du heilig, *uuanda du geheiligost in.*

Et cum viro innocente innocens eris.

Unde mit unscadelemo unscadeler,

uuandadu ne tarost niemanne, sine selbes unreht pegat iegelicben.

27. *Et cum electo electus eris.*

Unde

---

v. 18. *Interpret.*

Nam à persecutione crevi, qua isti me perdere volebant. —— Liberavit me, namque isti mihi superiores erant, & ego me ab ipsis defendere non valebam.

v. 19. *Interpret.*

Ut me perderent, antequam excrescerem. Cum me homo persequeretur.

v. 20. *Interpret.*

Cur dicit illa de seipsa salvum, non salvam? nisi quod respicit ad populum ex quo facta ea est.

v. 21. *Interpret.*

Quanquam ille me prius voluit, quam ego ipsum.

Nota.

S. Augustinus: Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam bonæ voluntatis: qui prior præbuit misericordiam, antequam haberem bonam voluntatem. Et secundum puritatem factorum meorum retribuet mihi, qui tribuit ut bene facerem, educendo me in latitudinem fidei.

v. 22. *Interpret.*

Nec male feci ab ipso retrahendo, posteaquam ipse aliquando mihi ad se traxit, ego non retraxi.

v. 23. *Interpret.*

Super bonos atque malos. —— Sicut hi faciunt, quibus juris tædet.

Not.

S. Augustinus: *Quod faciunt deficientes sub sarcina earum & revertuntur ad vomitum suum.*

v. 24. *Nota.*

Anauuert uuiso, porro ero; anderweit, ferner, immaculatus. Vide supra *Psal. XV. 4. XXIX. 13.*

v. 25. *Interpret.*

Secundum innocentiam manuum mearum, quæ coram ipso est, non coram hominibus. Retribuit mihi non solum ob lat. fid. —— sed etiam persev.

Nota.

S. Augustinus: *Itaque non solum propter* latitudinem *fidei, quæ per dilectionem operatur, sed etiam propter* longitudinem *perseverantiæ, retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam. Non quod homines vident, sed in conspectu oculorum ejus. Quoniam quæ videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna, quo pertinet* altitudo *spei.*

v. 26. *Interpret.*

Nam tu sanctificas eum. —— Nam tu noces nemini. Sua cujusque injustitia constringit quemlibet.

Nota.

Ex S. Augustino: *Est etiam occulta* profunditas, *qua intelligeris cum sancto sanctus, quia tu sanctificas. Quia tu nulli noces, sed criminibus peccatorum suorum unusquisque constringitur.*

v. 27. *Interpret.*

Te eligit, quem tu elegisti.

Et cum perverso inculparis perversitatis, h. e. injustitiæ, nam peccatores dicunt: Non est &c.

Digitized by Google

Unde mit eruueltemo uuirdeſt du iruuelet.
Dih iruuelet den du eruueletoſt.
Et cum perverſo, perverſus eris.
Unde mit demo lezzen uuirdeſt du gezigen lezzi.
Daz chit unrebtes, uuanda ſundige chedent: Non eſt æqua via Domini (kotis uuegh niſt rebt.) Of. XIV, 10.

28. *Quoniam tu populum humilem ſalvum facies.*
Uuanda diemuoten liut halteſt du.
Daz miſſelichet perverſis (leizzen) daz du die halteſt, die iro ſundon diemuotigo iehent.
Et oculos ſuperborum humiliabis.
Unde dero ubermuoton ougen gediemuoteſt du, *dien iro ſelbero reht lichet, unde ne uuizzen. Alſo iz chit, ignorantes Dei juſtitiam, ſuam volunt ſtatuere (unuuizende kotis reht uuellin ſie iro reht ſtellin.)* Gotes reht Rom X, 3.

29. *Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine.*
Uuanda min liehtfaz zundeſt du truhten, *uuir ne beigen ne hein lieht ſone uns ſelben.*
Deus meus illumina tenebras meas.
Uuir birn ſone ſundon finſtre, aber du irliehte dia finſtri.

30. *Quoniam in te eripiar a temptatione.*
Uuanda ih an dir *nals an mir* irloſet uuirdo ſone des tieveles chorungo.
Et in Deo meo transgrediar murum.
Unde an Gote minemo *nals an mir ſelbemo* uberſtegho ih dia mura *dero ſundon diu uns den himel ferſtat. Alſo gladius verſatilis (ſuuert uuerbendaz) ioh paradyſum ſundigen ferſtat.*

31. *Deus meus inpolluta via ejus.*
Der min Got iſt, des uueg iſt unbeuuollen, *er ne gat viam peccatorum (uuek ſundero.)*
Eloquia Domini igne examinata.
Siniu gechoſe ſint in fiure irſuochet.
Dar iſt nehein loter ana. Alſo er fore chad. Eloquia Domini eloquia caſta (choſe truchtenis ſint ſuber.)
Protector eſt omnium ſperantium in ſe.
Er iſt allero ſchirm, die ſih ze imo ferſehent *nals ze in ſelben.*

32. *Quoniam quis Deus præter Dominum [aut quis DEUS præter DEUM noſtrum] noſtrum.*
Uuanda *er iſt Got.* Uuer iſt Got ane in? Alde uuer iſt Got, ane unſeren Got?
Dii paganorum ſint Dæmonia (kota dero heidenon turſa.)

33. *Deus qui præcingit me virtute.*
Got iſt der mih curtet mit tugede, *nie miniu uuerch unde mine genge geirret ne uuerden ſone antlazigen geluſten.*
Et poſuit immaculatam viam meam.
Unde machota er ungeflecchoten minen uueg.

34. *Qui perfecit pedes meos tanquam cervi [cervorum.]*
Der mine fuoze getan habet *ſuelle* ſamo ſo hirzes.
Ze uberſcricchenne des tieveles ſtriccha.
Et ſuper excelſa ſtatuit [ſtatuens] me.
Unde an dero hohi ſazta er mih.
In himelo ſazta er mina gedingi.

35. *Qui docet manus meas in [ad prælium] prælio.*
Der mine hende leret in uuige, *ze uberuuindenne mine geiſtlichen fienda.*
Et poſuiſti ut arcum ereum brachia mea.
Unde mina arma tate du ſamo ſtarche, ſo erinen bogen, *alliu guotiu uuerch inmuodendo ze folletuonne.*

36. *Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ.*
Unde tate du mir ſchirm dinero heili, *diu mir ſone dir cham.*
Et dextera tua ſuſcepit me.
Unde din gnada infieng mih.
Et diſciplina tua correxit me in finem.
Unde

---

v. 28. 29. *Interpret.*

Hoc diſplicet perverſis, quod tu hos ſalvas, qui peccata ſua humiliter confitentur. —— Quibus ſua ipſorum juſtitia placet, & Dei juſtitiam neſciunt. Sicut dictum eſt: Ignorantes &c. —— Nos non habemus ullum lumen à nobis ipſis. —— Nos ſumus à peccatis tenebroſi, at tu illumina has tenebras.

v. 30. *Interpret.*

Quoniam ego in (per) te, non in me, eripiar à diaboli tentatione. Et in DEO meo, non in me ipſo transgrediar murum peccatorum, qui nobis cœlum præcludit.

v. 31. *Interpret.*

Ille non vadit viam peccator. Ibi non ineſt vanitas, ſicut ante dixit: Eloq. —— Non in ſeipſos.

v. 32. *Nota I.*

Verba: *aut quis DEUS &c.* in MS. ſunt omiſſa ab amanuenſi, ſupplenda tamen, præſertim quum & in verſione Teutonica habeantur.

Nota II.

Turſa vox dæmonia interpretatur, ſed alibi nondum inventa, & videtur legi debere *Tuiſa*, i. Duſii Gallorum, de quibus Auguſtin. *de Civ. D. XV.* 32. du Fresn. *Gloſſar. D.* & nos *in Gloſſar.*

v. 33. *Interpret.*

Ne mea opera & mei greſſus impediantur à diffluentibus cupiditatibus.

Not.

Mutuatus & hæc Notkerus à S. Auguſtino hîc: *DEUS qui præcinxit me ut fortis ſim, ne diffluentes ſinus cupiditatis impediant opera & greſſus meos.*

v. 34. *Interpret.*

Qui meos pedes fecit veloces ſicut cervi, ad tranſcendendos diaboli laqueos. —— In cœlum poſuit meam ſpem.

v. 35. *Interpret.*

Ad ſuperandos meos ſpirituales hoſtes. Et mea brachia feciſti ita robuſta, ut æreus arcus, omnia bona opera infatigabiliter ad perficienda.

v. 36. *Interpret.*

Quæ mihi à te venit. Et — in finem, ad quem debeo. Ad te dirigit ille me. Et docet me etiam eo pervenire.

Nota.

S. Auguſtinus: Et correptio tua me deviare non ſinens, direxit, ut quidquid ago, in eum finem referam, quo cohæretur tibi. Et eadem correptio tua me docebit pervenire, quo direxit.

v. 37. *In-*

Digitized by Google

Unde din geduuing rihta mih an daz ende, *dara ih ſol. Ze dir ribta er mir.*

Et diſciplina tua ipſa me docebit.

Unde er leret mih ouh tara folle chomen.

37. *Dilataſti greſſus meos ſubtus me.*

Du tate uuite mine genge under mir.

Du tate mine lide folgen dero uuiti des muotes. Diu uuiti iſt caritas.

Et non ſunt infirmata veſtigia mea?

Unde unirlegen ſint *pediu* mine fuoze.

38. *Perſequar inimicos meos & comprehendam illos, & non convertar donec deficiant.*

39. *Confringam illos nec poterunt ſtare, cadent ſubtus pedes meos.*

Ih iagon mine fienda, unde gefaho ſie, unde ne iruuindo, er ſie irlegen ſint. Ih kebricho ſie, noh geſtan ne mugen ſie, ſie uallent under mine fuoze.

Daz chit allez ſament, ih irfichto carnales delectationes (fleiſeliche luſte) unde uuirdo in obereoro, unde daz iſt vox fidelium (ſtimma keloubigero.) Aber vox Chriſti diu dar mitte liutet, die uuirt ſus fernomen. Die mir uuidere ſint, die iagon ih, unde gefabo ſie unde gebricho ſie nab mir, unde undertuon ſie mit barnſcharon minen legibus (eon.) Salig ſint dien ſo geſchiehet.

40. *Et præcinxiſti me virtute ad bellum.*

Unde mit dero virtute *temperantiæ* begurtoſt du mih ze uuiderſtanne.

Alde in Chriſti perſona (ſtal) chit iz. Mit patientiæ fortitudine (kedulte ſtarchi) tate du mih dero ſundigon abtunga fertragen.

Subplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.

Die mih ana uuellen ten irualtoſt du ſo, daz ~~ſie under mir lagen.~~

41. *Et inimicos meos dediſti mihi dorſum.*

Unde mine fienda tate du mir uueſen rukke, *daz chit ze rukke, uuanda ſie mir folgent, alſo Paulus tuot, unde maniga andere dero iudeorum.*

Et odio habentes [odientes] me diſperdidiſti.

Die aber folle ſtuonden in iro ubeli, unde mih hazeton, die ferlure du.

42. *Clamaverunt nec erat qui ſalvos faceret.*

Die hareton *in note*, do ne uuas der ſie hielte.

Uuer ſolti do Got ne uuolta?

Ad Dominum nec exaudivit eos.

Ze Gote *hareton ſie* der ne gehorta ſie.

43. *Et comminuam eos ut pulverem ante faciem venti.*

Unde ih fermulo ſie alſo daz ſtuppe, daz fore demo uuinde feret.

Ut lutum platearum delebo eos.

Alſo daz horo an dero ſtrazo fertiligon ih ſie.

Die den breiten ueeg kant dero huorluſte, die ſint daz horo dero ſtrazo, daz Got tiligot.

44. *Eripies me de contradictionibus populi.*

Du loſoſt mih ſone dien uuiderſprachon dero liuto, *die der chaden: Si dimiſerimus eum vivum, ſeculum poſt illum ibit. (Lazen uuir in hina lebenten, ſo uolget imo alliu de uuerlt.)*

Conſtitues me in caput gentium.

(Tieto ze houbete *dero eccleſiæ.*)

45. *Populus quem cognovi ſervivit mihi.*

Der liut *dero gentium*, demo ih *corporaliter (in lichamin)* ze ougon ne cham, *ſo ih iudeis teta*, der dienota mir.

In obauditu [auditu] auris obaudivit [obediv.] mihi.

Ecbert mit oren gehorendo gehorta er mir, *ane ougon gefibt.*

46. *Filii alieni mentiti ſunt mihi.*

Freme-

---

v. 37. Interpret.

Tu feciſti mea membra ſequi latitudinem animi. Hæc latitudo eſt caritas. Et non infirmati ſunt propterea mei pedes.

v. 38. 39. Interpret.

Hoc eſt ſummatim, ego impugno carn. d. & fio eis ſuperior, & hoc eſt v. f. At vox Chriſti, quæ in medio ſonat, ſic exponitur. Qui mihi adverſantur, perſequar & comprehendam eos & confringam eos poſt me, & ſubjiciam eos exercitibus, legibus meis. Beati quibus id contigit.

v. 40. Interpret.

Et cum virtute temperantiæ præcinxiſti me ad reſiſtendum. Aut in Chriſti perſona loquitur hoc: cum patientiæ fortitudine feciſti me peccatorum perſecutionem tolerare.

v. 41. Interpret.

Hoc eſt, retrorſum, (poſt tergum) quandoquidem illi me ſequuntur, ſicut Paulus fecit, & multi alii Judæorum. —— Qui verò pleni ſtabant in malis ſuis, & me odio habebant, diſp.

v. 42. Interpret.

Hi clamaverunt in neceſſitate, tunc non erat qui eos ſalvaret. Quis deberet, ubi Deus non volebat?

v. 43. Interpret.

Qui latam viam ambulant libidinum, iſti ſunt lutum platearum, quod Deus perdit.

v. 44. Interpret.

Qui dicebant: Si dimiſerimus &c. —— conſtitues me gentium in caput, Eccleſiæ.

v. 45. Interpret.

Populus gentium, cui ego corporaliter (in corpore) in oculos non veni, ſicut Judæis feci, is ſervivit mihi. Solum auribus audientes obedierunt mihi, ſine oculorum adſpectu. Ex S. Auguſtino hîc.

v. 46. Interpret.

Filii alieni, ſuppoſititii, Judæi, ementiti mihi ſunt fidem. —— quos per novam gratiam innovare volebam. Iſti hærent in V. T. novum non curant. Et ſic claudicant iſti, quandoquidem uno pede ambulant ſcilicet Veteris Teſtamenti. —— Hoc eſt iſtis factum à ſemitis ſuis, ab ipſorum adinventionibus, uti ſunt de non lotis &c.

Not. I.

Gleben, dupliciter poteſt exponi, aut ut idem ſit quod hærere, adhærere, hodie kleben: aut ut ſit idem ac *Geleben* vivere ſecundum quid. S. Auguſtinus hîc: *Filii alieni, quibus ut renovarentur, N. T. attuli, in vetere homine remanſerunt.*

Digitized by Google

Fremediu chint *uuibſelinga iudei* irlugen mir *dia triuua.*

Filii alieni inveterati ſunt.

Fremediu chint ſint irfirnet, *die ih mit nova gratia (niuuuen genadon) niuuon uuolta. Sie glebent in veteri teſtamento (in dero altun eo) novi (dero niuuun) ne ruochent ſie.*

Et claudicaverunt.

Unde ſo hinchent ſie,

uuanda ſie in einemo fuoze gant veteris teſtamenti.

à Semitis ſuis.

Daz iſt in geſchehen fone iro uuegen *fone iro adinventionibus (urdabtin) ſo die ſint de non lotis manibus, de calicibus (fone hant tualon, fone faz uueſcon.)*

47. *Vivit Dominus & benedictus Deus meus & exaltetur Deus ſalutis meæ.*

Aber mir lebet truhten *fater miner*, unde der ze guote genamdo min Got, unde dannan uuerde irhohet Got minero heili.

An mir uuerde er irhobet.

48. *Deus qui das vindictas mihi, & ſubdis populos ſub me.*

Du biſt Got, du mih riheſt, unde *populos gentium* (liute dieto) mir under tuoſt.

Liberator meus de inimicis meis iracundis.

Min irloſare fone irbolgenen fienden,

ſcrienten, crucifige crucifige eum (hain hain.)

49. *Ab inſurgentibus in me exaltabis me.*

Fone mih ana uuerdenten *in paſſione (martro)* irhoheſt tu mih *in reſurrectione (urſtendido.)*

A viro iniquo eripies me.

Fone unrehtemo man *der min ahtet*, loſeſt du mih.

50. *Propterea confitebor tibi in populis [nationibus] Domine & pſalmum dicam tibi [nomini tuo] in gentibus.*

Fone diu truhten iiho ih dir *in populis Chriſtianis* (under *Chriſtianen* liutin) unde ſingo dir *pſalmum in gentibus* (ſalmin under dieten.)

Daz chit, ih ketuon daz ſie dir iehent, unde dir pſalmum ſingent.

51. *Magnificans ſalutes Regis ejus.*

Got iſt kemi chelli chonde die heilina ſines chuniges, *fines ſunes, die er gentibus kibet.*

Et faciens miſericordiam Chriſto ſuo David.

(Unde Got iſt gnada ſcheinende ſinemo geuuiehten David *(hantſtarche.)*

Et ſemini ejus usque in ſeculum [ſempiternum.]

Unde ſinemo chinde *Salvatori Domino (haltintimo Gote)* iemer in euua.

Pſalmus XVIII.

Hebr. XIX.

v. 1. In finem Pſalmus David.

Dîſer pſalmus iſt kecheret an ſelben Chriſtum, uuanda er primum adventum ejus chundet.

2. *Cœli enarrant gloriam Dei.*

Himela zellent kotes guollichi.

Prophetæ (fora ſagin) unde Apoſtoli (potin) an dien Got puet, die chundent allen menniſcon daz kotes riche.

Et

Not. II.

Urdabtin, adinventiones. S. Auguſtinus hîc *Traditiones* vocat: *Tanquam uno pede debiles, quia vetus tenentes, N. T. reſpuunt, claudi effecti ſunt, etiam in ipſa vetere lege: potius Traditiones ſuas ſequentes, quam DEI. Calumniabantur enim diſcipulos de manibus non lotis: quia tales erant ſemitæ, quas ipſi fecerant, & conſuetudine triverant, aberrando ab itineribus præceptorum DEI.*

v. 47. *Interpret.*

Sed mihi vivit Dominus, Pater meus, & benedictus meus Deus, & inde exaltetur &c. In me ille exaltetur.

v. 48. *Interpret.*

Tu es Deus, tu me vindicas, & populos gentium mihi ſubjicis. —— clamantibus crucifige &c.

Nota.

Hain, i. e. ſuſpende, Hange.

v. 49. *Interpret.*

A viro iniquo qui me perſequitur, eripis me.

v. 50. *Interpret.*

Hoc eſt, ego faciam, ut tibi confiteantur, & tibi pſalmum cantent.

Nota.

Populi Chriſtiani atque Gentes hic contradiſtinguuntur ſed vox *Gentium* non legitur in vulgata, verum *nomini tuo.* Sic & in LXX. & Hebræo, apud S. Auguſtinum & S. Hieronymum, præterquam quod hic in Commentario habet: *Eccleſia dicit: Laudabo te in credentibus. Pſalmum dicam tibi inter gentes.*

v. 51. *Interpret.*

DEUS eſt magnificans &c. filii ſui, quas ipſe gentibus donat.

Ad Psalmum XVIII.

Hebr. XIX.

v. 1. *Interpret.*

Hic pſalmus eſt verſus (reſpicit) ad Chriſtum, quandoquidem primum adventum ejus nunciat.

v. 2 *Interpret.*

Prophetæ & Apoſtoli in quibus Deus habitat, annunciant omnibus hominibus DEI regnum. Et ſuarum manuum facta annunciant nobis, quod ſuper nos firmata eſt ejus miſericordia.

Nota I.

Sequitur & hic auctor S. Hieronymum ex parte, imprimis S. Auguſtinum, qui annotat: *Juſti Evangeliſtæ in quibus Deus tanquam in cœlis habitat, exponunt gloriam Domini noſtri JEſu Chriſti, ſive gloriam, qua glorificavit Patrem Filius ſuper terram.*

Not. II.

Et Hebræus textus & Græcus & Latinus *annunciat* habent, ſcilicet *firmamentum* in caſu primo: at Notkerus in plurali: *adnunciant* habet, & refert ad *opera manuum*, firmamentum autem in caſu Accuſativo intelligit, pro materia annunciata. Atque ſic & vetus Germanica verſio in Cod. MS. Arg. *und die uuerke ſiner hende kundent das firmament.* Atque videtur hoc ex antiqua Romana verſione hauſtum. Sane & S. Hieronymus in Commentario agnoſcit verbum pluralis numeri: *Annunciant.* Sed &

B. Bruno,

Digitized by Google

Et opera manuum ejus adnunciant firmamentum.

Unde ſine hantate die chundent uns.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia ejus (daz uber unſich keueſtinot *iſt ſin irbarmida.*

3. *Dies diei eructat verbum.*

Tag irropfzot ſin uuort demo tage.

Chriſtus kibet ſina lera Apoſtolis.

Et nox nocti indicat ſcientiam.

Unde naht chundet nahte, *daz ſie uueiz. Judas meldet Chriſtum iudeis.*

4. *Non ſunt loquelæ neque ſermones,*

quorum *id eſt per quos*

non audiantur voces eorum.

Ne heine zunga noh ſpracha ne ſint, dar iro prædicationes ungehoret ſin.

5. *In omnem terram exivit ſonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum.*

In alliu lant fuor iro ſcal, unde in ende dero uuerlte chamen iro uuort.

6. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum.*

Uze ane dero ſunnun ſazta er ſine gezelt.

Daz chit, er ougta ſih in dero uuerlte, unde ſina Eccleſiam (brut) teta er ſchinbara.

Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.

Unde er ſelbo gieng uz alſo briutegemo uzer ſinero briute chamero, *uzer ſinero muoter uuombo cham er bara ze ſinero briute. Diu brut iſt ſancta Eccleſia.*

Exultavit ut gigas ad currendam viam ſuam.

Alſo riſo hugeta er ze ſinero ferte.

Uueliu diu ſi, daz fernim.

7. *A ſummo Cœlo [cœli] egreſſio ejus & occurſus ejus usque ad ſummum ejus.*

Er uuallota fone obenahtigemo himele unde eruuant aber dara ze obenahtigemo.

Dar ingagenda er demo der in ſanta.

Nec eſt qui ſe abſcondat à calore ejus.

Noh der niſt, der ſih ferberge fore ſinero uuermi.

Daz iſt Spiritus Sanctus, der alliu herzen uueiz, unde rehtiu uuarmet, iob zundet.

8. *Lex Domini immaculata convertens animas.*

Truhtenis ea iſt ungeflecchot, menniſchen fone unrehte becherende.

Daz iſt lex Moyſi, fone dero er chad: Non veni leges ſolvere ſed adimplere (ih ne cham ea zinuuerinne nube ze uuerinne.) Uuanda ſi ex duritia (fone harti) becheret uuard in gratiam (in gnada) bediu teta ſie converſionem animarum (becherida ſelon.) Matth. V, 17.

Teſtimonium Domini fidele.

Truhtenes urchunde iſt ketriuue.

Sapientiam præſtans parvulis.

Uuiſtuom gebende diemuoten.

Des Chriſtus urchundo iſt, des iſt nehein zuifel. Alſo er dirro ſelbun redo iſt, dar er chit ad patrem: Abſcondidiſti hæc à ſapientibus & prudentibus & revelaſti ea parvulis. (Tih pargedo fore uuiſen fronten unde ougetoſt iz luzzelen.)

9. *Juſtitiæ Domini rectæ.*

Truhte-

B. Bruno, Epiſcopus Herbipolenſis, & patruelis Conradi II. Imp. qui obiit An. C. 1045. ita legit: *annunciant firmamentum.* Cujus gloſſa deſuper audienda: *Opera manuum ejus id eſt ipſe homo qui ex manibus Chriſti plaſmatus eſt, annunciant firmamentum i. prædicationes ſcil. incarnationis Chriſti, per quam firmabatur ſoliditas noſtræ fidei. Et ita in Plurali dici oportet: annunciant. Sed ſecundum iſtam litteram quæ habet, annunciat, oportet dici firmamentum, apoſtolos & prophetas, qui annunciarunt opera Dei &c.* Excuſus eſt ille Commentarius Colon. 1494. & extat in Biblioth. Patr. T. XVIII. pag. 65. Habetur & Codex impreſſus, ſed ſine die & Coſ. in Monaſterio S. Marci Argentorati, adeoque reliquis antiquior. Cujus editor anonymus translationes Latinas Pſalmorum etiam triplices facit, Romanam, Gallicanam & emendatam ab Origine & S. Hieronymo, atque Gallicanam noſtram vocat & uſitatam, Hieronymi vero translationem vel emendationem, tepeſcente hominum ad divinas literas ſtudio, adeo in deſuetudinem abiiſſe, ut noſtra tempeſtate, inquit, ejus vix veſtigium relictum videatur, à B. Brunone vero conſervatam fuiſſe.

v. 3. Interpret.

Chriſtus donat ſuam doctrinam Apoſtolis. —— nocti, ut ſciat. Judas indicat Chriſtum Judæis.

Not.

Sequutus id Bruno: *Nox nocti indicat ſcientiam. Cum Judas Judæis Chriſtum prodidit ac tradidit ad occidendum.* Uterque Hieronymum: *Nox, Judas: nocti, Judæis. indicat ſcientiam, i. e. quando dixit: Quem oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum.*

v. 6. Interpret.

Uſque ad ſolem &c. i. e. oſtendit ſe in mundo & Eccleſiam ſuam fecit illuſtrem. —— Ex ſuæ matris utero venit huc ad ſuam ſponſam. Sponſa eſt S. Eccleſia. —— quæ iſta (via) ſit, hoc percipe.

v. 7. Interpret.

Ibi occurrit ei, qui eum miſerat. —— Hoc eſt Spiritus S. qui omnium corda novit & recte calefacit, imo accendit.

v. 8. Interpret.

Hæc eſt Lex Moſis de qua dixit: Non &c. —— quoniam illa redacta fuit ex duritia in gratiam, propterea effecit ea conv. anim. —— Quod Chriſtus teſtis ſit, nullum eſt dubium. Sicut ejus dictum eſt, quando loquitur ad Patrem: &c.

Not. I.

Zinuuerinne,) uuere, uuære, eſt præſtatio inter alias notationes, *uuerin*, uuerinne, præſtare, adimplere, *inuuerinne* non-præſtare, diſſolvere obligationem.

Not. II.

Fronten) ſapientibus & prudentibus, *wiſen fronten.* Sphalma forte hic latet, ut copula omiſſa, & pro fronten *frouten* legas. Fruater prudens Otfrido I. 22, 21. vide Gloſſarium *Fruat.*

v. 9. Interpret.

Quoniam aliud non egit, niſi quod docuit, ſed ſ. J. eſt injuſta, ut juſtitia Phar. de quibus dixit: dicunt &c. Et iterum: omnia &c.

Nota.

Sceit Judon vocat Phariſæos, quaſi ſectam Judæorum ſepariſtarum, quæ ſe ſeparat à cæteris, *Matth. XVIII, 11.*

Interpret.

Quæ ſponte bene agunt, non ſerv. tim. —— Namque id venit à p. l. —— nam illuminat oculos cordis.

v. 10. *In-*

Digitized by Google

Truhtenes reht diu ſint creht, *uuanda er ander ne teta, ane daz er lerta. Aber falſa juſtitia (luge reht) diu iſt ungereht, alſo juſtitia Phariſæorum (daz reht dero ſceit iudon) ſone dien er ebad: Dicunt enim & non faciunt (ſie gechoſont iz uuola, ſie ne tuont is aber nieht) unde aber: Omnia enim faciunt ut videantur ab hominibus (ſi tuont al daz ſie tuont, daz ſie dien liuten uuert ſin.)*

Lætificantes corda.

Freuuende diu herzen, *diu ungebeitet uuola tuont, nals ſervili timore (mit ſcalch forhtun.)*

Præceptum Domini lucidum.

Truhtenes kebot iſt liehſenez, *uuanda iz chumet à patre luminum (ſone fater liehto.)*

Illuminans oculos.

Ougon lieht tuonde, *uuanda iz liehtet dien ougon des herzen.*

10. *Timor Domini ſanctus permanens in ſeculum ſeculi.*

Truhtenes forhta iſt heilig, unde iemer ze ſtete ſtande.

Si iſt heilig, uuanda ſi uuilleuualtig iſt, aber ſedlhlih forhta iſt kebeitet forhta. Diu ſcalhlicha uuirt uzferſtozen ſone perfecta caritate (durnohtero minno) diſiu ſtat ze ſtete, uuanda ſi ungeſceiden iſt ſone caritate. Andero ſcalhlichun iſt pœna (uuizze) an dirro iſt delectatio (uunna.) Eniu ſorget uuanne der herro chome, diſa langet uuieo haldo er chome. 1. Joh. 4, 18.

Judicia Domini vera.

Truhtenes urteilda ſint uuare *urteilda, ſie ne mag nieman gefelſcen.*

Juſtificata in ſemet ipſa.

Kerehthaftote an in ſelben.

Sie habent an in ſelben die chraft des rehtes.

11. *Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & favum.*

Harto luſtſameren danne golt unde tiure ſtein unde ſuozeren, danne honang, unde ſelbiu diu uuaba.

Alſo an dien ſchinet die ſine iudicia (urteilda) mer minnont danne iob ſih ſelben, uuanda ſie nechert imo uuillont nals in ſelben.

12. *Et enim ſervus tuus cuſtodit ea.*

Nu behuotet iro din ſcalch.

Ulle demo der ſie ne ilet pehuoten.

In cuſtodiendis illis retributio multa.

Uuirdet iro behuotet, ſo iſt iro michel lon.

Der ſie fore ougen habet, der behuotet iro, unde uuerchet dara nah. Unde ſo er bona (kuot) infahet ſone ſinen judiciis (urteildon) ſo ſint ſelben die judicia ſin lon. An demo lone rauuet er.

13. *Delicta quis intelligit.*

Uuer uueiz *aber* die miſſetate *alde uuer bechennet ſie alle? Uuer mag iro geborgen, fore tougeni, unde fore manigi, doh er dine judicia minnoe?*

Ab occultis meis munda me Domine.

Dero tougenon reine mih truhten.

Delicta (miſſetate) ſint tougen, dero reine mih. Sie ſint tougen unde machont tougeni, uuanda ſie den menniſcen ſo erblendent, daz er ander ne ſihet noh ſie ne ſihet. Alſo an dien uuorten ſchinet: Pater ignoſce illis, non enim ſciunt quid faciunt. Luc. 23, 34. *(Fater belaz in uuanda ſi ne uuiſshen uuas ſi tuont.)*

14. *Et ab alienis parce ſervo tuo.*

Unde libe dinemo ſcalche fore anderro ſchuldin.

Nim mir mine occulta (tougen ſunda) unde ne laz mih ana aliena (fromeda ſunda) nio ih zuo dien minen ſundon, ſone anderen ferleitet ne uuerde.

Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero.

Ube min ne uualtent *occulta unde aliena*, ſo bin ih ungeflecchot.

Et emundabor a delicto maximo.

Unde ſo uuirdo ih kereinet dero meiſtun ſculde.

Daz iſt ſuperbia (ubermuot) ſone iro choment alle ſculde. Si uuarf Angelum de Cœlo (Engil ſone himile) unde

---

v. 10. *Interpret.*

Timor Dei eſt ſanctus, quia voluntarius eſt. Sed ſervilis timor eſt coactus timor. Servilis ejicitur à perfecta caritate: Hic permanet, (ſtat in eodem ſtatu) quia inſeparatus eſt à caritate: alter ſervilis eſt pœna, in illo eſt delectatio. Hic veretur, cum Dominus venerit, ille deſiderat ut confeſtim veniat.

Nota.

Sedlhlih, eſt vitioſa ſcriptura, emendanda, *ſcalhlih*, ſervilis, ut mox repetitur.

Interpret.

Ea nemo poteſt falſificare: —— Habent in ſeipſis vim juris & juſtitiæ.

v. 11. *Interpret.*

Valde delectabiliora quam aurum. —— Sicut in illis apparet, qui ejus judicia magis amant, quam ſeipſos: quandoquidem hi tantum ipſi volunt, non ſibi.

Nota.

S. Auguſtinus: *Quod ſi quisque ipſe ſit aurum lapisque pretioſus ut igne non conſumatur, ſed aſſumatur in theſaurum DEI: plus quam ſeipſum deſiderat judicia DEI, cujus voluntatem præponit ſuæ.*

v. 12. *Interpret.*

Nunc cuſtodit ea tuus ſervus. Væ iſti, qui ea non feſtinat cuſtodire. Si ea cuſtodiuntur, tum eſt eorum magna merces. Qui ea coram oculis habet, is cuſtodit ea, & operatur ſecundum ea. Et ſi is bona accipit ab ejus judiciis, tunc ſunt ipſa illa judicia ejus merces. In hac mercede quieſcit.

v. 13. *Interpret.*

Quis ſcit vero delicta aut quis confitetur ea omnia? Quis poteſt earum meminiſſe ob obſcuritatem & ob multitudinem, tamen is tua judicia diligat? —— Delicta ſunt obſcura & faciunt obſcuritatem, namque hominem ita occœcant, ut alios non videat, nec illa videat. Sicut & verbis illis apparet: Pater &c.

Nota.

S. Auguſtinus: *Sicut tenebræ oculos, ita delicta mentem claudunt, nec lucem ſinunt videre nec ſe.*

v. 14. *Interpret.*

Et parce (fave) tuo ſervo ab alienis debitis. Tolle mihi mea occulta peccata & ne permitte me alienis, ne ego ad mea peccata ab alienis ſeducar. —— A debito maximo, hoc eſt ſuperbia, ab illa veniunt omnia debita. Dejecit angelum &c. & fecit hominem &c.

v. 15. *In-*

Digitized by Google

unde geteta in hominem ex immortali mortalem (mennisken fone unſtirbigemo ze ſtirbigemo.)

15. *Et erunt ut complaceant eloquia oris mei & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.*

Unde dannan uuerdent ſolih miniu gechoſe, unde mine gedancha, daz ſie dinen ougon lichent.

Superba anima (uberuuane ſela) uuile menniſcon ougon lichen, humilis uuile kote lichen.

Domine Adjutor meus & redemtor meus.

Du biſt *adjutor in bonis* (helfare *ze goute*) unde *redemtor à malis* (loſare *fone ubele.*)

Pſalmus XIX.

Hebr. XX.

v. 1. *In finem Pſalmus David.*

Finis iſt Chriſtus ze demo ſpricbet der Propheta, unde ſament imo ze ſinero Eccleſia, uuunſchendo dero chumftigon dingo diu er fore ſab.

2. *Exaudiat te Dominus in die tribulationis.*

Got kehore dih *Chriſte* in demo tage dinero note,

do du chade: Pater clarifica filium tuum (fater offeno dinen ſun.) Joh. 17, 1.

Protegat te nomen Dei Jacob.

Der Jacob *ſchirmda fore ſinemo bruder Eſau*, des namo ſchirme dih, *daz chit, er ſchirme dina Eccleſiam fore iro abtaren.*

3. *Mittat tibi auxilium de ſancto.*

Et ſende dir *an iro troſt fone Spiritu ſancto.*

Et de Syon tueatur te.

Unde fone dero hohi ſinero Deitatis (koteheite) diu iz allez uberuuartet ſchirme er dih an dinero Eccleſia.

4. *Memor ſit omnis ſacrificii tui.*

Gehuhtig tue er *unſih allero iniuriarum (uuidermuote) die du umbe ſih lite.*

Et holocauſtum tuum pingue fiat.

Unde dina crucifixionem (chrucigunga) dar du aller Gote braht uuurde, dia bechere er an dia ureuui reſurrectionis (urſtendida.)

5. *Tribuat tibi ſecundum cor tuum.*

Unne er dir nah tinemo uuillen, *unſih ze irloſenne nals ſo Judei uuolton, daz tin namo fertiligot uuerde.*

Et omne conſilium tuum confirmet.

Unde gefeſtenoe er allez, daz du gedenchet habeſt ze tuonne:

Animam pro amicis ponere. Eccleſiam tibi ſponſam ſumere (ſela umbe friunt ze lazzene, dir brut ze nemenne.)

6. *Lætabimur in ſalutari tuo.*

Demo getanemo freuuen uuir unſih an dinero heilhafti,

daz du unſih mit dinemo tode gebeiltoſt.

Et in nomine Dei noſtri magnificabimur.

Unde in unſeres kotes namen uuerden uuir gemichellichot.

7. *Impleat Dominus omnes petitiones tuas.*

Got iruolleie alle dina beta.

Alſo diu iſt: Pater quos dediſti mihi ſerva eos in nomine tuo. (Fater die du mir gabe die gehalt umbe dinen namin) unde aber: Non rogo ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerves eos à malo (ih ne bitto daz du ſie nemeſt abe dero uuerlte, nube daz du ſie behalteſt fone ubele.)

Nunc cognovi quoniam ſalvum fecit Dominus Chriſtum ſuum.

Nu bechenno ih, daz Got ſinen geuuiehten tuot *reſurgere à mortuis (irſtan fone tode.) Per Prophetiam (durh uuizzituom) uueiz ih iz chumftig.*

Exau-

---

v. 15. *Interpret.*

Et tunc fient talia mea eloquia & meæ cogitationes, ut tuis oculis placeant. Superba anima vult hominum oculis placere, humilis vult Deo placere.

Ad Psalmum XIX.

Hebr. XX.

v. 1. *Interpret.*

Finis eſt Chriſtus, ad hunc loquitur Propheta, & cum ipſo ad ejus Eccleſiam, optando de futuris rebus quas ille prævidebat.

v. 2. *Interpret.*

DEUS exaudiat Te CHRISTE in die tuæ tribulationis, cum dixeris: Pater &c. Qui Jacobum protexit pro fratre ſuo Eſau, illius nomen protegat te, h. e. protegat tuam Eccleſiam pro ſuis perſecutoribus.

v. 3. *Interpret.*

Mittat tibi in ipſa ſolatium à Spir. S. —— Et ab altitudine ſuæ Deitatis, quæ id omne ſuperſpeculatur, protegat te in tua Eccleſia.

Nota.

S. Hieron. in Joel. c. 2. *Sion interpretatur ſpecula atque ſublimitas.* Huc alludit Notkerus, vel S. Auguſtino duce: *Faciens tibi ſanctificatum corpus Eccleſiam, de ſpeculatione tutam, quæ expectat quando venias ad nuptias.* Secutus Bruno Epiſc. Herbipol. hic: *Mittat. oſtendit à Patre Filium miſſum ſuum in auxilium Sanctæ DEI Eccleſiæ. Sion enim mons ſignat ſpeculationem, quæ convenit divinitati, cum illi cuncta ſint nota.*

v. 4. *Interpret.*

Memores faciat nos omnium injuriarum, quas pro nobis pertuliſti. Et tuam crucifixionem, qua tu totus Deo oblatus fuiſti, convertat in gaudium reſurrectionis.

Nota.

Transtulit hic verba S. Auguſtini: *Memores nos faciat omnium injuriarum & contumeliarum quas pro nobis pertuliſti. Et crucem qua totus oblatus es Deo, in lætitiam reſurrectionis convertat.* Ex quo & patet, vitium amanuenſis eſſe *umbe ſih*, pro *umbe unſih*, pro nobis.

v. 5. *Interpret.*

Det tibi juxta tuam voluntatem, ad nos liberandos, non ut Judæi volebant, ut nomen tuum extingueretur. Et confirmet omne, quod tu cogitaſti facere.

v. 6. *Interpret.*

Quo facto lætamur in tuo ſalutari, quod nos morte tua ſalvaſti.

Nota.

Magnificabimur, μεγαλυνθησόμεθα, *uuerden uuir gemichellicot.* alia vetus verſio: *geeret.* S. Hieronymus in Ebraica veritate reddit: *ducemus choros.* Verbum Ebraicum eſt נדגל *Nidgol*, דֶּגֶל à *Degel*, vexillum, דָּגַל *Dagal* vexillari, vexillum erigere. H. Grotius arbitratur LXX. legiſſe נגדל *Nigdol*, גדול à *Gadol*, magnificus.

v. 7. *Interpret.*

Sicut illa eſt: Pater &c. Et iterum: Non rogo &c.

Digitized by Google

Exaudiat illum de Cœlo ſancto ſuo.

Er gehoret in *finero beto niebt ein fone erdo herenten, nube oub* fone himele, *dar er ſizzet ad dextram patris interpellans pro nobis (ze zeſuun fateres ſtehonde umbe un ſih.*

In potentatibus ſalus dexteræ ejus.

Sinero zeſuuun heili chumet in mahten.

Die mahte ſint danne, ſo corruptio (uuortſali) aba iſt unde mortalitas (todigi) unde paſſibilitas (tolunga.) Aber diu ſalus (heili) diu ſiniſtræ iſt (dero uuinſtrun) diu chumet unde bringet ſuperbiam (uberuuanida) dien die ſie minnont. Alſo er ſar nu fone in chat:

8. *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei noſtri magnificabimur,*

Diſe *daz chit ſeculæres (uuerlt liute) ſprangont nu* ufen iro reiton, unde ufen iro roſſen, uuir uuerden aber danne gemichellichot in demo namen truhtenis Gotes unſeres, *uuanda uuir unſih zuo imo uirſehen nals ze uns ſelben.*

9. *Ipſi obligati ſunt & ceciderunt, nos autem ſurreximus & erecti ſumus.*

Sie uuurden beheftet *mit uuerlt kiridon* unde *bediu* ſturzton ſie *in foveam mortis (in gruoba todis.)*

Uuir birn aber irſtanden *fone ſundon*, unde uf irrichte.

Domine ſalvum fac Regem & exaudi nos in die, quo invocaverimus te.

Truhten halt den chunninch, *tuo Chriſtum reſurgere à mortuis (irſtan fone tode)* unde gehore unſih, ſo uuirdo ih anahareen.

Pſalmus XX.
Hebr. XXI.

v. 1. In finem Pſalmus David.

Der titulus (diz forezeichin) iſt chunt, fone Chriſto uuirt keſungen der pſalmus.

2. *Domine in virtute tua lætabitur Rex.*

Truhten *fater* an dinero crefte freuuet ſih der chuninch *din ſun. Er chit. Omnia patris mei ſunt, & omnia mea patris ſunt (al daz des fater iſt, daz iſt min, alliu miniu ſint des fater.)*

Et ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer.

Unde freuuet er ſih harto an dinero heilhafti, *dia du menniſchon be imo ſendeſt.*

3. *Deſiderium animæ [cordis] ejus tribuiſti ei.*

Du gabe imo daz, des er gereta.

Uuaz daz uuare, daz ſageta er ſelbo, do er chad: Deſiderio deſideravi manducare vobiſcum paſcha (ih kereta harto mit iu ezzen oſteirfriskinch.)

Et voluntate labiorum ejus non fraudaſti eum.

Unde habeſt imo unbenomen den uuillen ſinero lefso.

Uuanda daz iſt irgangen after ſinemo uuillen, daz er chad: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis (minin urido gib ih iu, frido laz ih iu.)

4. *Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis.*

Uuanda du furefienge in an demo ſegene dero ſuozi.

Du getranchtoſt in mit dinero gotheite, pediu ne mahta er trinchen die bitteri dero ſundon, die ſie nah Adame alle getrunchun.

Poſuiſti

Per prophetiam ſcio ego id futurum. Exaudiet eum precibus ſuis, non tantum à terra clamantem, ſed etiam à cœlo, ubi reſidet ad d. p. i. p. n. —— Potentatus ſunt tunc, quando corruptio abeſt & mortalitas & paſſib. Verum iſta ſalus quæ ſiniſtræ eſt, illa venit & portat ſuperbiam iis, qui iſtam amant. Sicut is ſtatim jam de iſtis ait: Hi in currib. &c.

v. 8. Interpret.

Hi i. e. ſeculares inſultant nunc ſuper curribus ſuis, & ſuper equis ſuis, nos autem tunc magnificabimur in nomine Domini Dei noſtri, quando nos ipſi confidimus, non nobis ipſis.

v. 9. Interpret.

Ipſi fuerunt obſtricti mundanis cupiditatibus, & propterea ceciderunt in f. m. Nos ſumus vero reſuſcitati à peccatis, & erecti. —— Fac Chriſtum reſurgere a m. & exaudi nos, quum invocaverim.

Ad Psalmum XX.
Hebr. XXI.

v. 1. Interpret.

Titulus notus eſt, de Chriſto canitur. Sunt ipſa verba S. Auguſtini hic. Eademque ſententia & veterum Hebræorum fuit, donec recentiores in odium religionis Chriſtianæ de Rege David interpretati, quos & quidam de Chriſtianis non veriti ſequi.

v. 2. Interpret.

Domine, Pater, in tua virtute lætabitur Rex tuus filius. Hic dicit: Omnia &c. Salutare, quod tu hominibus per ipſum mittis.

v. 3. Interpret.

Quid iſtud eſſet, hoc dixit ipſe, cum ait: deſiderio &c. —— Nam illud proceſſit ſecundum ejus voluntatem, quod dixit: Pacem &c.

v. 4. Interpret.

Tu potaſti ipſum tua divinitate, propterea nolebat bibere amaritudinem peccatorum, quam iſti poſt Adamum omnes biberunt. —— Coronam ex pretioſo lapide confectam. Ipſum circumcingebant ejus diſcipuli in principio ſuæ prædicationis, hi erant pretioſi lapides.

Not.

S. Auguſtinus: *Quoniam prius hauſerat benedictionem dulcedinis tuæ, fel peccatorum noſtrorum non NOCUIT ei. In principio ſermonis ejus accedentes ambierunt eum lapides pretioſi, diſcipuli ſui: à quibus exordium annunciationis ejus fieret.*

v. 5. In.

Digitized by Google

Posuisti in caput [in capite] ejus coronam de lapide pretioso.

Saztost coronam an sin houbet uzer tiuremo steine *geuuorbta. In umberington sine discipuli (iungerin) an demo anefange sinero prædicationis (predigo.) Die uuaren diure steina.*

5. *Vitam petiit à te, & tribuisti ei.*

Resurrectionem (urstendida) eischota er mit dien uuorten, daz er ze dir chad. Pater clarifica filium tuum (fater offino din sun) die gabe du imo.

Longitudinem dierum in seculum & in seculum seculi.

An sinero Ecclesia gabe du imo lengi dirro tago, daz sie uueret unz diu uuerlt stat, unde dara nah iemer.

6. *Magna est gloria ejus in salutari tuo.*

Michel ist iro guollichi an dinemo haltare *Christo.*

Gloriam & magnum decorem imponet [impones] super eum.

Imo selbemo gibest du noh merun guollichi, unde merun ziereda,

so du in gesezzest ad dextram tuam (ze dinero zesuuun.)

7. *Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi, lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.*

Uuanda du gefrumest in in euuigen segen.

Der segen ist, daz du in freuuist in mendi *an sinen fidelibus (boldon)* mit dinemo analiute.

8. *Quoniam Rex sperat in Domino.*

Uuanda er chuninch *uuesenter* an Got kedinget *unde sih imo undertuot secundum hominem (mennischen halb.)*

In misericordia altissimi [punctatio] non commovebitur.

An des hohesten gnado stat er ungeuueget.

An den er gedinget, an demo habet er festi. Des gnada ist imo uninfuoret.

9. *Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis.*

Din geuualt *Christus uuerde in iudicio (ze suone tage)* keschеinet allen dinen fienden, *die dih in humilitate (diemuoti) ne bechandon.*

Dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.

Unde danne iruare din chraft alle die dih hazzent.

10. *Pones eos in clybanum ignis in tempore vultus tui.*

Also daz testi sen liget in demo fiure, *so man dar inne prot pacchet, so* legest du sie *in tempore manifestationis tuæ* (in demo zite dinero schinun.)

Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.

Got keleidegot sie danne in sinero irbolgeni, *unde sone diu* ferslindet sie daz *euuiga* fiure.

11. *Fructum eorum de terra perdes.*

Iro uuiocher benimest du dero erdo.

Du ne lazest sie uuuocheren in terra viventium (in paradyso.)

Et semen eorum à filiis hominum.

Unde iro fasel scheidest du fone mennischon chinden,

sone dien saligen, die daz euuiga erbe besizzen sele.

12. *Quoniam declinaverunt in te mala.*

Daz keschieht in, uuanda sie usen dih schielten, diu leid dero sie selben in uuandon ubesie, an dih keloubtin. Sie beuuandon sih todes sone Romanis, den cherton sie an dih.

Cogitaverunt consilia, quæ non potuerunt stabilire.

Sie dahton dero dingo diu sie bringen ne mahton,

daz sie dih sluogin fure sih alle, danne sie doh irslagen uuurden.

13. *Quo-*

---

v. 5. Interpret.

Resurrectionem petiit is his verbis, quum ad Te diceret: Pater &c. hanc dedisti ipsi. —— In ejus Ecclesia dedisti tu ipsi longitudinem horum dierum, ut ea duret usque dum hic mundus stat, & postea semper.

v. 6. Interpret.

Eidem ipsi das tu adhuc plus gloriæ & plus decoris, quum ipsum collocasti ad d. t.

v. 7. Interpret.

Benedictio est, ut tu ipsum lætifices in gaudio in ejus fidelibus cum vultu tuo.

v. 8. Interpret.

Quoniam Rex revera in DEUM sperat & se ipsi submittit secund. h. —— In quem ipse sperat, in illo tenet firmiter. Ejus gratia est ei immota.

v. 9. Interpret.

Tua potestas Christus fiat in judicio clarificata, omnibus tuis inimicis, qui te in humilitate non agnoverunt. Et tunc deprehendat tua virtus omnes qui te oderunt.

v. 10. Interpret.

Sicut testa fersea jacet in igne, quando in eo panis coquitur, ita ponis tu istos in tempore m. t.

Nota.

Kilianus: *Pannen-Koeck, toorte, Panis testuaceus.* B. Bruno hîc: *Clibanus est coquendis panibus ænei vasculi deducta rotunditas, quæ suburentibus flammis ardet intrinsecus. Quod signat peccatores, qui in judicio torquendi.* Plinius Lib. XVIII. H. N. c. XI. *Panis ipsius varia genera, alias appellati ab obsoniis —— Nec non à coquendi ratione, ut furnacei, vel artopticii, aut in clibanis cocti.* Ubi Cl. Harduinus: Κριβανίτην. *(sic enim Attici pronunciant apud Athen. pag. 109.) in clibanis coctum vocant: hoc est, in furnaculo ferreos æneove sive testaceo, in quo pruna subjecta, vel superne congesta panificium coquitur: vulgo une Tartiere.*

v. 11. Interpret.

Tu non permittis eis fructificare in t. v. Et eorum semel separas tu à filiis hominum, à beatis, qui æternam hereditatem possessuri sunt.

Not. I.

Hinc patet, *Fasel* idem fuisse antiquis quod semel, soboles. Kilianus: *Fasel, Vasel, fœtus in utero, embryon. & Germ. Sicamb. Soboles.* Hinc formula reliqua, *es faselt nicht*, i. non fructificat. *Faselvieh, Zuchtvieh.*

Not. II.

Besizzen sele, rescribendum *sellen*, vel *sollen.*

v. 12. Interpret.

ZU Heinrici deſs III. und IV. Zeiten lebte Willeramus ein gelehrter Abt zu Merſeburg, uuelcher über das HoheLied Salomonis eine Lateiniſche Paraphraſin Metro-Rhythmicam geſchrieben, und auch eine Teutſche in ungebundener Rede, derſelbe gehöret wohl nicht unter die Teutſchen Poëten, aber er iſt werth, daſs wir ihn hier berühren. Es iſt ein ſchönes Denckmahl der alten Sprache, und kan man einen ſonderlichen Verſtand darinnen mercken. Die Lateiniſche Vers ſind auch nicht ſo gar zu verachten, nur daſs ſie mit der damahls üblichen Reimerey auſsgefüllt ſind. Paulus Merula hat dieſen Autorem zu erſt herauſsgegeben mit ſeinen Anmerckungen. Aber Lambecius urtheilet davon alſo: Tanta & tam multiplex Batauam illam Editionem impreſſam inter & vetuſtiſſimum Codicem MS. (welchen er in der Käyſerlichen Bibliothec gefunden) eſt differentia, ut ad eam demonſtrandam integrâ novâ Editione ſit opus. Es hat Franc. Junius hernach ſeine Anmerckungen abſonderlich darüber auſsgegeben, worinnen viel ſonderliche Dinge enthalten.

PRÆ-

Digitized by Google



PRÆFATIO
WILLERAMI BABINBERGENSIS SCHOLASTICI, FULDENSIS MONACHI IN CANTICA CANTICORUM.



Um majorum ſtudia intueor, quibus in divinâ paginâ nobiliter floruere, cogor hujus temporis fæces deflere, cùm jam ferè omne litterale defecit ſtudium, ſolumque avaritiæ, invidiæ, & contentionis remanſit exercitium. Nam & ſi qui ſunt, qui ſub ſcholari ferulâ Grammaticæ & Dialecticæ ſtudiis imbuuntur, hæc ſibi ſufficere arbitrantes, divinæ paginæ omnino obliviſcuntur: cum ob hoc ſolum Chriſtianis liceat gentiles libros legere, ut ex his, quanta diſtantia ſit lucis ac tenebrarum, veritatis & erroris, poſſint diſcernere. Alii verò cum in divinis dogmatibus ſint valentes, tamen creditum ſibi talentum in terrâ abſcondentes, cæteros, qui in lectionibus & canticis peccant, derident: nec imbecillitati eorum vel inſtructione, vel librorum emendatione quicquam conſulti exhibent. Unum in Franciâ comperi, Lantfrancum nomine, antea maximè valentem in Dialecticâ, nunc ad Eccleſiaſtica ſe contuliſſe ſtudia, atque in epiſtolis Pauli & Pſalterio multorum ſuâ ſubtilitate exacuiſſe ingenia. Ad quem audiendum cum multi noſtratium confluant, ſpero quod ejus exemplo etiam in noſtris provinciis ad multorum utilitatem induſtriæ ſuæ fructum producant. Et quia ſæpè contingit, ut impetu fortium equorum etiam caballi ad curſum concitentur: quamvis ſegnitiem ingenioli mei non ignorem, Deum tamen bonæ voluntatis ſperans adjutorem, decrevi etiam ex meâ particulâ ſtudioſo lectori aliqua emolumenti præbere adminiculą. Itaque Cantica canticorum, quæ ſui magnitudinem ipſo nomine teſtantur, ſtatui, ſi Deus annuerit, & verſibus & Teutonicâ planiora reddere: ut corpus in medio poſitum his utrimque cingatur, & ita faciliùs intellectui occurrat quod inveſtigatur. De meo nihil addidi, ſed omnia de ſanctorum Patrum

diverſis expoſitionibus eruta in unum compegi, & magis ſenſui quâm verbis, tam in verſibus, quàm in Teutonicâ, operam dedi. Eiſdem interdum utor verſibus: quia quæ Spiritus Sanctus eiſdem verbis ſæpiùs repetivit, hæc etiam me eiſdem verſibus ſæpiùs repetere non indecens viſum fuit. Expoſitionis tenorem Sponſo & Sponſæ, ſicut in corpore, ſic & in verſibus & Teutonicâ, placuit adſcribi: ut majoris authoritatis videatur, & quivis legens perſonarum alternâ locutione delectabiliùs afficiatur. Neſcio an me ludit amabilis error: aut certè, qui Salomoni pluit, mihi etiam vel aliquantulum ſtillare dignatur. Interdum mea legens ſic delectabiliter afficior, quaſi hoc probatus aliquis compoſuerit author. Opuſculum hoc, quamdiu vixero, doctioribus emendandum offero. Si quid peccavi, illorum monitu non erubeſco eradere: ſi quid illis placuerit, non pigritor addere.

* Codex Freheri addit. Explicit Prologus. Deinde verſus hos duos, incertum a quonam autore compoſitos.

Prænotat à longe Salomon dotalia Sponſæ;
Quam thalami ſummi dignam ſcit fœdere jungi.

Obſervatio.

Nota, Lector, quam hic præmiſſam vides, Præfationem Willerami, non deſumtam eſſe quidem è Codice MSS. Vratislavienſi, neque ex editione Pauli Merulæ, quippe in quibus illam fruſtra quæras utrobique non extantem. At religio fuit illam omittere, jam olim à Marqu. Frehero e Codice MSS. erutam & Notis ad Willeramum, à Vœgelino 1631. editis, inſertam: uti B. Scilterus manu ſua teſtatur. Tum & ex alio MSS. Martinus Opitius Vir Cl. eandem ſuis in Rythmum de S. Annone annotationibus pridem inſeruit: unde hauſtam deinde Franciſcus Junius, Vir doctiſſimus, dignam & ipſe judicavit, quam eruditis in Willeramum notis ſuis præmitteret. Enimvero digniſſima profecto eſt autore Willerammo (ſic enim in MSS. illis vocatur) Præfatio; quæ ætatem viri oppido manifeſtam facit, Lanfrancum laudans tum in Francia i. e. Normannia docentem & ſcribentem adhuc in Beccenſi cænobio: ſed qui poſtea in Angliam â Guilielmo Conqueſtore R. A. 1070. ad ſedem Archiepiſcopalem Cantuarienſem translatus eſt. Porro ſeculi infelicis mores & ſtatum non modeſte minus quam graviter accuſat noſter, ſui vero inſtituti rationem ſane laudatiſſimam omnibus haud dubie, jam tum quotquot erant, cordatioribus facile probavit, & probabit etiamnum cordato cuique vir minime vulgaris inter ævi ſui Theologos, & magnus Gratiæ Divinæ cultor.

Cæterum verbulo adhuc uno monemus, cum columnæ ſint ſingularum paginarum, ut vides, tergeminæ; notas quæ literis a, b, c. ſignantur, primam columellam reſpicere, Latinam metricam: quæ vero numeris 1, 2, 3. ad tertiam colum. Teutonicam, pertinere. Paginæ quas ad marginem uncinulis [ ] incluſas cernis, ſcias Lector, eſſe editionis Merulæ, quas cum frequenter nimis Junius alleget in notis, omittere noluimus.

CAN-

Digitized by Google

CANTICI CANTICORUM.

Cap. I.

1 *Vox Synagogæ.*

Verſ. 2.

[*Pag.* 1.]

Quem ſitio votis nunc oſcula porrigat oris.
Quem mihi venturum promſerunt organa vatum.
Nunc etiam per ſe præſens dignetur adeſſe.
Oſcula præbendo, ſua dulcia verba loquendo.
Ubera nempe tui præcellunt pocula vini.
Suaviter unguentis fragrantia ſat precioſis.

Osculetur me oſculo oris ſui. Quia meliora ſunt ubera tua vino.

[*Pag.* 2.]

Cuſſer mih mit cuſſe ſines mundes. 1 Dieco * giehiez er mir ſine 3 cuonſt per prophetas. nu cume er ſelbo. unte cuſſe mih mit dero ſuoze ſines euangelii. Uuanta bezzer ſint dine 4 ſpunne demo uuine. Sie 5 ſtinchente mit den bezzeſten ſalbon.

Verſ. 3.

Mltificans veterem tua lenis gratia legem.
Gratis juſtificat quos lex punire jubebat.
Hosque tuis donis dum ſpiritualiter ungis.
Reddunt præclaram poſt turpia crimina famam.
Sponſe tuum nomen olei prædulce liquamen.
Quod ſe dilatat, dum largo nectare manat.
Gratia non ſtillat. Sed & ipſa voce redundat.
Chriſticolæ dicti nam ſunt de nomine Chriſti.
(a) *Inde places teneris tu dulcis ſponſe puellis.*
Scilicet una ſalus in te ſanctis animabus.
Quas renovat lauacrum ueſtit ſtola iuſticiarum.

Fragrantia ungentis optimis. Oleum effuſum nomen tuum. Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te.

Diu ſuoze dinero gratiæ iſt bezzera danne diu ſcarfe dero legis, alſo iz quiit lex per moyſen data eſt. gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. Diu ſelba gnada iſt gemiſket mit uariis donis Spiritus S. mit den du machoſt ex peccatoribus juſtos. ex damnandis remunerandos. Din namo iſt uzgegozzen az ole. Din namo iſt uuiteno gebreitot. uuante uone dir Chriſto heizzen uuir Chriſtiani. Vone diu minnont dih die iunkfrouuon. daz ſint die ſela 6 die der geuuiget ſint in dero toiſe unte geuuatet mit ueſte innocentiæ.

Vox Eccleſiæ.

[*pag.* 6.]

Attrahe (b) *me poſt te, me ſolam nil ſcio poſſe.*
Sic unguentorum currens in odore tuorum Aduo-

Verſ. 4.

Trahe me poſt te curremus

Zuich mih 7 nah dir ſo loſon uuir in demo ſtanke dinero ſalbon. Ih bekennon min unkraft, uone dannan

---

(a) Merula habet: *Unde.*
(b) Merula: *adtrahe.*

Ad Teuton. Paraphr.

Ad Cap. I.

1) Eccleſia. Haimo: *Vox Synagogæ*, qui ipſe ad ℣. 1. ait: *Eſt in hoc obſcuriſſimus iſte libellus, quia nullæ ibi commemorantur perſonæ; quaſi enim Comico ſtylo compoſitus eſt*; Ab interpretibus itaque perſonæ adjectæ, inprimis ab Origene, cujus homilias in h. l. vertit S. Hieronymus Tom. III. p. 115. & T. VII. p. 82. Ipſe LXX. ſecutus in multis abit a textu Hebræo & Vulgata; etiam differentia eſt in diſpoſitione Dramatica. Mart. Opitius carmine Teutonico elegantiſſimo reddidit, uti Latino Caſpar Barlæus: ſed ille duas tantum perſonas colloquentes agnoſcit, Sponſum & Eccleſiam Chriſtianam ſub nomine *Sulamithin.* Barlæus etiam Adoleſcentulas colloquentes admiſcet. *Schilter.* Hic notandum, quod tituli in editione Merulæ additi: *Vox Chriſti, vox Eccleſiæ, Synagoga de Eccleſia &c.* in MSC. Vratislav. plane deſiderentur, initio hoc excepto. *Scherz.*

2) *Dieco.* In edit. Merulæ *thicco* h.e. crebro, ſæpe. Eſt iſtud *dicco*, vel *thicco* a *thik*, ſpiſſus, denſus: prorſus, ut Latinis Scriptoribus *ſpiſſe* ac *denſe* ponuntur pro *ſæpe. Junius.*

*) Gehiez er mir, *promiſit mihi*] her leiſtet ie thoch alſo her gehiez. *Præſtat tamen ſicut promiſit*; pag. 108. nah ſinemo geheyze, *Secundum ejus promiſſum*; pag. 82. ih ſentu giheizi mines fater in juuuih, *Ego mitto promiſſum patris mei in vos*; Tatianus CCXXXII, 3. ubi plura annotavimus. *Junius.*

3) Pro: *cuonſt* Merula habet *cuomſt*, ſed mendoſe, ut Schilterus manu ſua notat ad marginem. *Scherz.*

4) *Spune* legit Merula. Unde Junius in Notis: Occurrit & pag. 6. & 70. (ſc. editionis Merulæ) pro quo tamen ſpunne legas pag. 133. 141. 146. 159. & 160. atque inde pag. 70. ſpunhaft eſt *Mammoſus, pulchra ubera habens.* Junius.

5) *Sie ſtinchente*, Merula habet & plurimi alii: *Sie ſtinchen.* Vocem *ſtinchen* eſſe vocem mediam (quod hic locus firmat) docui ad Otfrid. V, 23, 552. Inprimis etiam Willeramo eſſe familiarem vocem *ſtank* pro fragrantia boni odoris Junius ad h. l. in notis docet. *Scherz.*

6) Merula habet: *the ther jugethet ſint.* Petrus Scriverius, (ceu Celeb. Eccardus conjicit in Hiſtor. Stud. Etymolog. Linguæ Germ. pag. 128.) Exemplari Willerami, quod eſt in Bibliotheca Guelpherbytana, adſcripſit: MS. *gejunget.* Sed omnino præferenda eſt MSC. Vratislauienſis textus; *die der geuuiget ſint in dero toiſe* idem eſt ac: *qui conſecrati ibi ſunt in baptiſmo*: hodie pro: *giuuiget* politiores Germani dicunt: *geuueihet.* Non opus itaque eſt nota Junii, qui: *jugethet* retinuit: idque ita reddit: *renovati atque ad juvenile robur veluti revocati ſunt*: Freherus legit: *gejunget*; MSC. Ambroſianum ſeu Cæſar. *gejungent.* Scherz.

7) Der Heidniſchen Kirch Rede zu Chriſto. Haymo: Vox Eccleſiæ ad Chriſtum. *Schilter.*

Digitized by Google

Aduoco quos poſſum comitatum pergere noſtrum.
In ſua quæ ſtruxit me rex cellaria duxit,
Significans per ſpem. (c) *quæ tradet poſt mihi per rem.*
In nobis minime, tantum lætabimur in te.
Non uelut immemores ſed amore tuo recolentes
Sæuitiam legis quia mollit gratia lenis.
Non noſtris meritis ſed ſolo munere dantis.
Hec quia das gratis a rectis rectus amaris.
Non niſi te iuſtus perfecte diligit ullus,
Nec tamen eſt iuſtus niſi qui te diligit ullus.

remus in odore ungentorũ tuorum. Introduxit me rex in cellaria ſua. Exultabimus & lætabimur in te. Memores uberum tuorum ſuper uinum. Recti diligunt te.

nan hilf mir mit dinen gnadon ſo [8] ſcunt ih andera ze dinemo vuega. Der kuning leitota mih in ſine [9] gegademe. Ih uueiz nu in fide & ſpe die gnada die er noh gibet in re. [10] Uuir ſprungezen, unte freuuen unſih an dir. nals an uns ſelbon, uuir [11] gehuhtige dinero ſpunne, uber uuin. Uuir ne uuollen nieth uergezzan daz diu gnada dines euangelii ſuozer iſt, danne diu auſte- [pag. 7.] ritas dero euuo. Lex diu quit. Si quis hoc vel illud fecerit, morte moriatur. Du quides abo in dinemo euangelio. Non ueni uocare iuſtos, ſed peccatores. Die rehton minnont dih. Dih ne minnot nieman, er ne ſi reht, unte nieman iſt reht, er ne minne dih.

[pag. 8.]

Fuſca licet videar ut caſtra nigrantia cedar.
Sum ſpecioſa nimis. veluti pelles ſalomonis.
Fuſca quidem plagis, ſed honore nitens bonitatis.
Perfere grande malum natos inter tenebrarum.

Verſ. 5.

NIgra ſum. ſed formoſa filiæ ieruſalem. ſicut tabernacula cedar. ſicut pel-

[12] IH bin ſalo, ſamo die [13] hereberga cedar; unte bin abo [14] uuathlich, ſamo die gezelt Salamonis. Cedar qui interpratur tenebræ. er uuas iſmahelis ſun, uone demo iſmahelitæ cuman ſint. [pag. 9.] die der huſer ne habent. ſunter [15] okkeret [16] uilzhus. unte

(c) Mer. *quæ tradet poſtmodo per rem.*

Ad Teuton. Paraphr.

8) Scund ich andere ze thinemo uuega, *Advoco quos poſſum, comitatum pergere noſtrum*; ut eſt in Authoris noſtri rhythmica paraphraſi.] Geminum huic locum habes pag. 103. alla ſine uuerch ſcundunt unſih *ad ſpem & deſiderium cæleſtium.* Junius. Vox *ſcunden* rarius occurrit; occurrit tamen. Sic in Notkeri Paraphraſi ad Pſal. 136, 8. legitur: *Ube uns caro alde carnales* ſcundent *ze achuſten*, i. e. *quodſi nos caro vel carnales* vocant, invitant *ad peccata.* conf. infra cap. 6. *Scherz.*

9) Merula habet: *genathema*, ſed male. *Schilter.* Junius ad h. l. *Genathema*, Cellaria. Vide numquid hoc vocabulum affine ſit illi gegathema, quod p. 42. expl. *Conclave, Cubiculum.* MS. Ambraſianum & Freheri ut & P. Scriverii, habent quoque *gegadema.* conf. Otfrid. IV, 9, 24. & I, 27, 124. *Scherz.*

10) Merula: *Exultabimus ande uuir freuuen uns* &c. Schilter.

11) Memores uberum tuorum ſuper vinum. Merula inſerit: *els an uns ſeluon;* & addit: *uuir gebugega thinereſpune ouer then uuin.* Schilter. Ad vocem Els, (quam Merula exhibet) hæc notat Junius: Els, *Non.*] Particulam hanc negativam eſſe ac pro *Minime & Nequaquam* poni, manifeſte cognoſcimus ex hoc rythmicæ paraphraſeos verſiculo, *In nobis minime, tantum lætabimur in te.* Mihi tamen nuſquam adhuc negativa iſtiusmodi particula apud alios ſcriptores Alamannicos obſervata: ſed juxta commune veteris Theotiſcæ linguæ idioma ſcriberetur nalles. Hæc *Junius.* Rem extra dubium ponit lectio *nals* i. e. *nequaquam*, quam è Codice Vratislavienſi, ut veram & genuinam expreſſimus.

12) Vulgata: *Nigra ſum, ſed formoſa, Filiæ Jeruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.* Omiſſa hic apud Willer. compellatio Filiarum Jeruſalem, & transpoſita: *Tabernacula Cedar* & vox: *Watlich.* Schilter. *Salo*, Fuſcus, niger] *Kiſalota*, decoloravit. Gloſſ. A. 17. hinc procul dubio traxerunt ortum Gallica, *ſale* & *ſouiller*; nec non Anglica: *ſoyled* & *ſoyle*, notiſſimæ ſignificationis vocabula. *Junius.*

13) *Hereberga*, Tentoria, caſtra.] Thie uuole gethrangadon hereberga forghtent thie uiende, *Conferta caſtra metuunt inimici*; pag. 113. Hereberga, *Caſtra*; Gloſſ. Lipſ. Atque hæc maxime quidem propria eſt vocis hujus acceptio, quamvis & ad alia transferatur. Bi then herebergan thero herdon, *Juxta tabernacula paſtorum*; pag. 14. The ſo ſalich ſin, thaz thu in hiran herren thir hereberga machoſt, *Qui uſque adeo beati ſunt, ut in eorum cordibus tibi manſionem facias*; pag. 12. Heribergo, *Sarcinas*; Gloſſ. B. 51. *Junius.*

14) Uuathlich, *Formoſa, ſpecioſa.*] Unuuatheliche herebergan, *Turpia tabernacula*; pag. 9. unuuatliche, *Deformes*; Gloſſ. B, 12. uuathlicho, *Egregie, ornate*; pag. 9. uuathelicheyt, *Pulchritudo*; pag. 14. *Junius.*

15) *Okkeret*, tantum, ſolum) *Mib* okkeret *ſiner minnon geluſtet*; Mihi tantum amor ejus cordi eſt pag. 26. *Junius.* MSC. Ambraſianum habet: *ekkerent.* Schilter. Legitur & *Echert* apud Notk. Pſal. VII, 6. *Eccorodo* in Verſ. Tat. c. 179. §. 1. *Ekard.* ap. Otfrid. II, 3, 15. apud quem ipſum etiam invenies *Ekord.* II, 8, 3. & III, 14, 37. ut & *Ekrod*, III, 23, 32. *Ekrodi*, III, 23, 33. *Ekrodo*, III, 11, 14. *Scherz.*

16) Merula legit: *uuildes huda*; ad quem locum notat Caſtricomius: *Wildeshuda* i. e. *hutte inde uuildernisse*; ſolent enim Veteres *uuilde* & *uuoſte* appellare, quod nos *uuilderniſſe & uuœſtine* dicimus, ſicut *huda* vel *huede* aut *hœde*, quod nos hutte a tegendo, ſive protegendo, eadem ratione, qua *tugurium* Latinis. Hæc Caſtricomius, verus harum notarum auctor. Cæterum MSC. quod Petrus Scriver. habuit, etiam exhibet: *Vilzhus*, ſicut Vratislavienſe. *Vilzhus* vel eſt a voce *fell*, pellis; (quo facit, quod poſtea dicatur: *Tabernacula*

Digitized by Google

Attamen internæ virtutis comta decore
Pacifici veri templum conabor haberi.

pelles ſalomonis.

unte andera unuuatliche hereberga. Mit cedar ſint filii tenebrarum bezeichenet, uon den ih mih chlagon. Abe doh ſuie ſe ih mit perſecutionibus & hermeſalim cruciatus & erumnis uon in gequelet ſi, ih habo doh uuatliche in uirtutibus, unte bidiu uuirdig bin uiſitatione & inhabitatione ueri pacifici, id eſt Chriſti. Tabernacula die uuerdent ex pellibus mortuorum animalium, alſo machon ih tabernaculum Deo, an den qui carnem ſuam mortificant cum uitiis & concupiſcentiis.

Verſ. 6.

O Vos vicinæ. cur ſim tam fuſca videte
Ob nimium ſolem pulchrum deperdo colorem;
Gloria virtutum pallet fervore malorum:
Dum premor a pravis nec ſunt mihi tempora pacis
At decus interius preſſuris fit quoque majus.
Progenies matris dedit hæc primordia cladis
Chriſticolis primam ſe pretendens inimicam,
Cedibus atque minis (*) populet quos finibus illis.
Cernite ponendis vinetis quodque colendis
Tradita ſum cuſtos. botros ferrent ut onuſtos.
Deperiitque mihi quam primum vinea ſevi.
Namque (d) ego cunctarum mater vocor eccleſiarum.
Sed translata loco migravit prima propago.
Funditus eruere iudæi quam voluere.
Jamque duces verbi gyrant per clymata mundi
Palmitibus noſtris jam totus pullulat orbis.

NOlite me conſiderare quod fuſca ſim. quia decolorauit me ſol. Filii matris meæ pugnauerunt contra me. Poſuerunt me cuſtodem in uineis; uineam meam non cuſtodiui.

NE tuont des nieth uuara daz ih ſo ſalo ſi. iz tuot mir michol not. uuanta diu heizza ſunna hat mir mine ſcone benoman. Ne ſehent daz nieth ana. uueleches leides ih lebe. ſehent daz ana daz ih darumbe mih mene [17] geloubon minero uirtuoſæ conſtantiæ, mit dero ih behalton mine interiorem pulchritudinem. Nu vernemet uanne ſih daz leit [18] burete. Miner muoter kint uuhton uuider mih. Ih bin primitiva eccleſia. min muoter iſt ſynagoga. iro kint iudæi uuhton ſo erneſthafto uuider den criſtanen. daz ſie ſe tribon uzze iro lante. ſic ſcriptum eſt. Excitaverunt iudæi perſecutionem in Paulum & Barnaban & ejecerunt eos de finibus ſuis. Sie ſazton mih ze huotare in den uuingarton, minen eigenen uuingarton ne moht ih behuotan. Apoſtoli unte doctores. [*Pag.* 10.] ſazton mih ze: meiſtrinno andero eccleſiarum, uuant: ih primitiua eccleſia bin. Nu ſint andere eccleſiæ uone mir diſſeminatæ per totum mundum. abe die ereſten eccleſiam diu ze ieruſalem gepflanzot uuart die ne moht ih da behaban, propter perſecutionem iudæorum.

Vox Eccleſiæ ad Chriſtum.

[*Pag.* 11.]

HOc mihi fac notum, quem mens mea diligit unum,
Quave gregem paſcas, quave in fervore quieſcas;

Verſ. 7.

INdica mihi quem diligit anima mea, ubi paſcas.

SAge mir uuine min. uua du dine ſcaf uueidenes. uua du ruouues umbe mitten dag. Umbe uuaz biten ih des? Daz ih niet irre ne beginne gen. unter den [19] corteron dinero geſel-

Ne ubi

(d) Merula: *Jamque ego.*
(*) Merula: *pepulit.*

Ad Teuton. Paraphr.

cula die nuerden ex pellibus *mortuorum animalium*) vel a vocabulo *vilz* vel *filz*, quod *lanam compactam* denotat adhuc hodie. Gloſſ. Flor. *Vilz*, Vietrum. *Filz*, Sagum, ut adeo *Vilzhus* ſit *tentorium ex pellibus* aut ex *lana craſſiori compacta compoſitum.* Miror Junium hic ſilentium ſervaſſe. *Scherz.*

17) Merula habet: *gelouuon.* P. Scriver. exhibet: *geloibon, id eſt, velante*, forte ſcribere voluit: *velare*, quod non male quadrat. In Gloſſ. Florentinis eſt: *Louba*, umbraculum. in Gl. Anonym. *Louba* Hutta. Hodie ſimili ſenſu vox *Laub* in uſu eſt. *Scherz.*

18) Hoc & præcedentia ita redde: *Nunc audite, und hic dolor provenerit. buren, puren* eſt oriri, *provenire, elevare.* vid. Notk. Pſ. LXXXVIII, 10. add. eund. Pſ. XXXVI, 35. *Scherz.*

19) Merula: *Herdniſſe*, herden. *Schilter.* Retinendum eſt *corteron*, cum & MSC. Vratislavienſe id habeat, & Gloſſæ Keronis oſtendant, *chortar*, gregem denotaſſe, & ipſe etiam Auctor Noſter in Editione Merulæ ipſius pro *grege* id uſurpet cap. IV. Petri Scriverii MSC. etiam hoc loco habeat: *corteron.* Scherz.

Digitized by Google

Ne vaga paſcentes tecum luſtrabo ſodales,
Da mihi ſincere, qua ſit tua manſio, ſcire.
Quæris enim mentes vitii fervore carentes.
Et fidei veræ doctores tu mihi præbe:
Ne mihi quid partis contingat in hæreſiarchis;
Quos cum multifidis ſcindat diviſio ſectis,
Se tamen ultores tibi ſpondent atque ſodales.

ubi cubes in meridie, ne uagari incipiam per greges ſodalium tuorum.

geſellon. Kunde mir o ſponſe. den ih mit allen chreften minno. uuer die ueræ fidei doctores ſin. die dine ſcaf uuiſen ad paſcua uitæ. unte die ſolich ſin. daz du in iro herzen dir hereberga macheſt. unte ſie beskirmes ab omni feruore temptationis. Des biten ih ze diu. daz ih nieuvanne ne cume in conuenticula hereticorum. die [20] ſih anazucchent. daz ſi dina geſellen ſin. unte ſint abo dina uiende. Heretici ſint mir des deleider. daz ſie iehent ze dir geſelliſcefte. unte daz ſie defenſores dine ſin. In dero conuenticula ne uuil ih nieth cuman. daz ih da nieth beſuuichan uuerde mit peruerſa doctrina, uuanta ſie dine ſcaf ne uueidenent. ſunter iro iegelich habet ſinen cortare. quia in multas ſectas diuiduntur.

Vox Chriſti ad Eccleſiam.

[*Pag.* 13.]

Verſ. 8.

[*Pag.* 14.]

Si (e) temet neſcis, ut quam decora niteſcis,
Pulchrior ô cunctis muliebri nomine cinctis,
Errantes late progreſſa greges comitare:
Paſce tuos hœdos, veluti paſtoribus eſt mos.
Tu velut ignores virtutes interiores,
Ex quibus ornaris, afflicta malis lacrymaris:
Quæ bona ſi ſpernis, mea conſors non reputaris.
Egrediens à me, mox hæreticis ſociare.
Linque fidem veram, cum diſces dogmata nequam.
Quæ tibi parebit, plebs errans nomen habebit.
Hæc quoque non agnis, ſed conſimilabitur hœdis.

SI ignoras te o pulchra inter mulieres, egredere & abi poſt ueſtigia gregum; & paſce hedos tuos iuxta tabernacula paſtorum.

[21] OBe du din ſelbes nie ne bechennes uuibo ſconeſta. ganc uz. unte uar nah demo ſpore dero [22] cortare. unte uueidene dine zikkin [23] bi den [24] heribergon dero [25] hirto. Obe du dine gloriam unte dine uuatliche nie ne uuolleſt haben intra conſcientiá. als iz quit omnis gloria eius filiæ regum ab intus. ſo ne maht ouh min trutin ſin. ſo skeide offeno uone mir. unte gehabe dih ad hereticos, die der nieth ne huotet minero ſcaffo. ſunter ir aller iegelih habet ſinen corter. quia in multas ſectas diuiduntur. So du uon in gelerneſt, ſo [26] ne uuerdent dine auditores. oues. die iuſtos bezeichenent. ſunter hedi. die peccatores bezeichenent.

Verſ. 9.

Per mare ſalvatus veluti meus eſt equitatus,
Et merſus Pharao; ſic te quoque glorificabo.

EQuitatui meo in curribus Pharaonis.

IH habo dih [27] fruintin min [28] geebenmazzot minemo [29] reithgeſinde an den reithuuagenon pharaonis.

Bapit-

(e) MSC. Vratislavienſe ante verſum qui incipit: Si temet &c. alium adhuc habet ita ſonantem:

Pulchrior ô cunctis muliebri nomine cinctis.

Verſum autem qui ſequitur, ita ſiſtit:

Si temet neſcis, vel quam formoſa niteſcis.

Ad Teuton. Paraphr.

20) Merula habet: *die ſich anazucchon*; quod Junius reddit: *qui ſibi aſſumunt vel arrogant, qui hanc laudem in ſe trahunt.* Addit Junius: Mihi ſane *anazucchon* videtur affine iſti *ziohan* Trahere, quod attigerunt hæ noſtræ Notulæ ſupra, ubi *zuich mich* exponitur: *Trahe me.* Manifeſtius tamen veſtigium antiqui *zucchen* & Anglici *tugge* reliquit nobis Otfridus III, 10, 66.

N'iſt, quad er tho, fruma thaz
thaz man zukke *thar* (lege *thaz*) *maz.*
Then kindon ir then hanton,
inti uuerf ez uz then hunton.

Hæc Junius.

21) Merula: *joſ.* Schilter.
22) Merul. *Herdniſſen.* Schilter.
23) Merul. *zigan.* Schilter.
24) Vid. ſupra h. c. not. 13.
25) Merul. *herdon.* Schilt.
26) Petr. Scriverius habet: *ne uuerthen.*
27) Merula exhibet: *friundin na min.* Aſt P. Scriverius: *friundinna min.*
28) *Geebenmazzo*, P. Scriv. ſed male. *Scherz.*
29) P. Scriv. habet: *reitgeſinde an den reyde nuaganon.* Ad vocem *reithuuagenon* hæc habet *Junius*: reideuuaganon, *Curribus*) thurgh thas gereide, *Propter quadrigas*; pag. 119. radiuuagon, reiduuagen, *Currus*; Gloſſ. Lipſ. reideuuagen, *Currus, carruca, reda*; Gloſſ. D, 13. Videtur eſſe a ritan, *Equitare.* unde & reituueko, *Auriga*; Gloſſ. A, 12. herikirit, *Equites*; Gloſſ. B, 16. ritante, *Equites*; Ibidem. ritliheru, *Equeſtrium*; Gloſſ. B, 18. caritte minemu, *Equitatui meo*: Gloſſ. A, 17. Quamvis enim ritan proprie ſit *Equitare*, nihil tamen obſtat quo minus & de alia aliqua ratione vehendi

Digitized by Google

Baptiſmi lauacro te cuncta ſorde piabo.
Et patriam certam viventum do tibi terram.

curribus pharaonis aſſimilaui te amica mea.

nis. Als ih plebem iſraheliticam cuius auriga & defenſor eram. loſta uone ægyptiaca ſeruitute. unte ſie per mare rubrum da Pharao unte al ſin here inne irtrank uuiſta in terram repromiſſionis. ſamo loſen ih dich per baptiſmum a diabolica ſeruitute. unte uolle bringon dih in terram uiuentium.

Verſ. 10.

Sic pudibunda genis ut turtur ſponſa videris.
Præſentem nondum ſuſpiras ſedula ſponſum.
Quare non reveror, ne te malus auferat error.

PUlchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis. Collum

DIne [30] huffelon ſint [31] ſamo turtultubon. Du ſcames dih. daz du ieth ſcantliches tuoſt. unte daz mir [32] miſſeliche. bi diu uerſten ih. daz du nie ne uuilt uagari per greges ſodalium. Din hals iſt ſamo [33] ſmide zie-

reda.

Forma

---

vehendi olim uſurpaverint: nam & nobis *met de uuage riiden*, eſt *Curru vehi*. ritan occurrit in Ryhtmo de S. Annone, §. 9. Locum in Annotiunculis hiſce ad duodecimam authoris noſtri paginam adduximus. Reperitur etiam apud Otfridum IV, 4, 10; ubi agitur de Jeſu aſinam cum pullo ad ſe adduci præcipiente:

uuolt er tho biginnan
zi Hieruſalem ſinnan,
thaz er thaz biuuurbi
bi unſih thar irſturbi.
thaz uuas ſinf dagon er,
er er thulti thas ſer.
er iz ziti nirgiangi,
thaz man nan giſiangi.
giſtuant er tho gibiatan,
uuant er thar uuolta ritan,
thaz ſie thes gizilotin,
imo einan eſil holotin. Junius.

30) Thine huffelon, *Genæ tuæ.*] Idem occurrit p. 66. & 101. hufilon, *Genæ*; Gloſſ. D, 1. at Hrabanus ſcribit hiufilon. Utcunque tamen liquet Genas nomen hoc ſortitas, quoniam eas maxime ſemper commendat *non indecens tumor, in ſimilitudinem collium leniter exurgens*; ut loquitur Lactantius de Opificio Dei, cap. 10. *Junius.*

31) P. Scriver. *Samo dero turtulduuan.*

32) Merula legit: *Mislicho*, ſed *misliche* legendum eſſe mavult Junius, qui ita loquitur: thas mir miſlicho, *quod mihi diſpliceat.*] Malim misliche, quod analogiæ ſermonis Theotiſci magis conſentaneum, & poſtea occurrit p. 64. thu niet ſcandliches ne duoſt, thaz minan ougan misliiche, *Tu nihil pudendum facis, quod oculis meis diſpliceat.* Opponitur autem huic misliichan illud guodlichan, *Placere*, quod occurrit apud hunc noſtrum, pag. 67. mislichan interim eſt ex *mis*, quod in compoſitione *Defectum* vel *Errorem* ſignificat; & lichan, *Placere.* Gloſſæ Lipſii; licont, *Placent.* licon ſal, *Placebit.* gelicoda, *Complacui.* Ipſum vero lichan occurrit in aureis verbis Otfridi III, 4, 25.

uuir lazemes uns lichan,
man then ſilu richan.
firnionames zi noti
anderero aramuati.
in in uns iſt gimuati
gold joh diuro uuati,
ni nemen in thia ahta,
manno ſcalk ſlahta.
ni bidrahtot unſer ſumilih,
thaz uuir birun al gilih
einera giburti,
thoz iz ſid ſulih muurti.

Ac talis quidem poſterior compoſiti verbi pars; prior vero ſic habet: *miſſen* patribus noſtris erat *carere aliqua re per negligentiam erroremve*, ſive *à ſcopo ſuo quacunque ratione aberrare.* miſtun thes kindes, *Deprehendebant abeſſe puerum*; Otfr. I, 22, 40. & 97. thes guates thoh ni miſtin, *Bono tamen minime carerent*; Idem II, 5, 36. thar er es miſta, *Ubi hoc non deprehendebat*; Idem V, 7, 19. farmiſſit, *Carebit*; Gloſſ. A, 10. Hinc *mis* vel *miſſi* plurimum in compoſitione ſignificat rem aliquam perperam geſtam, aut aliquid ſaltem deſuiſſe quo minus deſtinatis reſponderet eventus. Iſtiusmodi compoſitionis, hactenus mihi in Alamannicis monumentis obſervatæ, exempla ſunt: miſſidat, *Peccatum*, & miſſidati, *Peccata*, occurrunt paſſim apud Otfridum. miſſitat, *Delictum.* miſſiteta, *Deliquit.* miſſituantero, *Delinquentium*; Kero. miſſifiangen, *Errare in eligendo aut judicando*; Otfr. II, 3, 74. & II, 11, 81. pi miſſitanc ſin, *Propter exceſſum*; Appendix gloſſarii C.
miſſigiangen, *A recta via abire*, Otfr. II, 6, 62. & II, 11, 82.
miſſihellen, *Diſcrepare, diſſonare*; Otfrid. III, 12, 40.
miſſilutit, *Diſcrepat*; Gloſſ. C, 8.
miſſiquedan, *Perperam dicere*; Otfr. III, 18, 25.
miſſitruuuin, *Diffidere*; Rythmus de S. Annone, §. 46.
miſſiuaro, auaro *Decoloratus*; Gloſſ. C, 6.
miſuare duch, *Diſcolor pannus*; Gloſſ. C, 18.
miſuare duch, *Vermiculatus pannus*; ibidem.
miſſiuueis, *Deſpit*; Gloſſ. B, 15.
miſſiuuentit, *Obliquus*; Gloſſ. C, 8.
miſſiuuerbidu, *Everſio*; Gloſſ. B, 19.
miſſiuuorahta uuoralt, *Peccaverat mundus*; Otfr. I, 3, 98. hæc *Junius.*

33) Merula: *Smide ſciretho.* Vœgelin: *Smide gezierenda.* Schilter. Smitheſcirethe, *Monilia.*] Malim hic interim illud ſamo ſmitheſcirede interpretari, *gelyk ſmydige ciraten*, quam cum Houteno *gelyk een gout-ſmits cieraet.* Quum enim monilia hoc ſibi cum pluribus vilioris æſtimationis rebus commune habeant, quod fabrili manu facta ſint; non videtur mihi veriſimile, ſolis inde monilibus hoc nomen tributum: ſed nominis hujus rationem petitam potius arbitror ex illa ductili flexibilique mollitie, quæ id genus ornamenta maxime commendat. Smithan certe vel ſmeizan non modo eſt *Percutere, ferire, tundere*; unde ſmith vel ſmeth dicitur *Faber, malleator, cudo*; Gloſſ. D, 14. unde quoque geſmithot eſt *Fabricatus*, apud hunc noſtrum, pag. 127. ſed ſmithan quoque ponitur pro *Mollire* vel *mitigare tundendo*; quod Latinis eſt *Mulcere.* Nam *Mulciber dictus*

Digitized by Google

Forma tui colli nitet assimilata monili.
Nil facis incestum, nil voce sonas inhonestum:
Et quod voce sonas, vivendo decentius ornas.

lum tuum sicut monilia.

reda. Der hals der treget daz ezzen in den buch. unte treget abo die stimma uz. Samo tuont doctores tui ô sponsa. Sie [34] ambehtent demo luite cibum uitæ. unte offenent imo die [35] toigene dero geschrifte. Dieselben doctores sint smidezviereda dero christenheite. uuante sie gezierot sint mit auro sapientiæ, unte mit gemmis uirtutum.

Verſ. 11.

Aliri murenas argento vermiculatas
Nos tibi nectemus, geminis pulchras speciebus, (f)

MUrenulas aureas facie-

NU uernim o sponsa. uuelihe halszviereda ih unte mine doctores dir uuollen machan. [36] Uuahe goldkete-

Ut

(f) Post versum: Nos tibi nectemus &c. hi seqq. in MSC. Vratislaviensi extant:

Virtutum specie ego Doctoresque fideles
Sic tibi trademus, sic claras efficiemas,
Ut quæ rite sapis pulchro sermone loquaris.

Aſt seqq. septem versus plane absunt. *Scherz.*

Ad Teuton. Paraphr.

Æus est Vulcanus, inquit Festus, *a molliendo scilicet ferro. Mulcere enim, mollire sive lenire est.* Ab hac igitur verbi smithan acceptione, smethelich huic nostro pag. 81. est *Mollis:* quemadmodum quoque eidem gesmithe est *Metallum*; pag. 51. 74. & 100. hoc denique in loco smitheseirethe sunt *Monilia delicate mollia ac sine ullo sui rigore quaquaversus flexibilia.* Quæ proxime sequenti pagina uuahe goltchetenon nuncupantur. Vide locum & nostras Notas. *Junius.* Petrus Scriverius etiam legit: *Smidezviereda* ceu Vratislaviense MSC. quod ipsum facit, ut non audiendus videatur Celeb. Stadenius, qui in Expl. Voc. Germ. Bibl. p. 757. ita loquitur: Willeram p. 14. *Thin hals ther ist samo smites cirethe:* dein hals ist eines (*Gold*) *Schmiedes zierabt.* Junius erkläret dieses anders, und uuill dass es lieber heissen solle, *geschmeidige zierrathen.* Aber ich bleibe bey dem ersten, zuuar heisset *smethe*, mollis, planus, Berson. aber so müste es heissen. *Smethecierethe*, hie aber stehet der Genitivus: *Smithes ciretbe.* Aſt *smidezviereda* legendum esse MSC. nostrum & Scriverianum clare docent; Juniana itaque versio ex ipsa Stadenii hypothesi erit præferenda. Hodie monilia *geschmeid* nominamus. *Scherz.*

34) Merula: *sie ambechtent.* Scherz. *Sie ambechtent*, ministrant.] Idem occurrit pag. 67. & 130. *oftiga ambaht*, frequens ministerium. Tat. LXIV, 3. ubi vide annotata. *Junius.*

35) Merula legit: *the doychne.* Scherz. the doychne thero geschriphte, *Arcana scripturarum.*] Non igitur cum Glossatore vertenda putamus hæc verba *die deuchd der schrifturen*, sed potius *de verborgenheden* vel *gebevmenissen der schriften.* Quum enim verba hæc, sie ambechtent themo liude *cibum vitæ*, ande ophenent himo the doychne thero geschriphte, paginis 67. & 130. eodem fere modo repetantur, utrobique sic ea reddit paraphrasis rythmica;

Sic mihi doctores subjectas jungere plebes
Ardent cottidie, præbendo cibaria vitæ,
Voceque scripturas clara referando profundas.

Est & alter locus pag. 40. skeyne mit gitthes uuilcharo doychene thinro crafto, thaz. *Ostende aliquibus indiciis tuæ virtutis quod.* Quæ verba longe commodius reddidit Glossator, *toont u somtyts met eenige teekenen dyner macht*, *dat.* Neque enim doychene hîc ei sunt *Virtutes*, sed *Indicia* vel *Signa quædam occulta:* (hodie zeichen) rythmica forte paraphrasi facem ei ad veriorem interpretationem prælucente, quum ait;

Detque fidem dictis tua virtus prodita signis.

toucno, stillo, *Clam;* Gloss. C, 6. tauganiu muates, *Occulta mentis;* Hymn. VI, 1. vide annotata ad Tat. II, 11. *Junius.*

36) Uuahe goltchetenon, *Molles catenæ aureæ.*] Intellige catenulas minime rigidas ac flexura facili ad ornatum variarum corporis nostri partium accommodas; nam hæc potissima monilium torquiumque dos est, quam inter alia quoque attingit Author rythmi de S. Annone, §. 38. ubi egregia subtilium id genus operum descriptione hunc nostri Authoris locum præclare illustrat:

so dede imi Got also dir golt smid düt,
sor uuirkin uuillit eine nuschin güt.
das golt siudit her in eimi uiure,
mit uuehim uuerki düt her si tiure.
mit uuierin also cleinin
uuole slift her die goltsteinin.
mit manigir slahtin gigeruua
giuuinnet er in die uariuua.
also sleif Got seint Annin
mit arabeidin manigin.

Neque multum dissimilis est locus Otfridi lib. I, cap. 5, vers. 21. uuachere duacho uuerk uuirkendo, *Tenuium* vel *subtilium linteaminum operi intenta.* Quemadmodum & ille Tatiani LXIV, 5; man mit uueihhen giuuatin geuuatitan, *Hominem mollibus vestimentis indutum.* Præsertim quum ibidem statim exponat quid sint uueihhe giuuati, ait enim, thie in diuremo giuuate sint, *Qui in veste pretiosa sunt.* Cave igitur Glossatorem hîc audias reddentem *uuatte goude ketenen*, cum uuahe goltchetenon proprie sint *weeke* vel *geboogsaeme goude ketenen.* Quod præcipua sit monilium virtus hac illac posse flecti ac levi negotio prorsum vorsum torqueri. *Junius.* Celeberr. Stadenius in Præf. ad Expl. Voc. Bibl. Germ. hæc habet: dahingegen zu uuissen, dass die alten *uuehe* genannt haben, uuas nett, fein und subtil ist; und insonderheit auch von Tüchern gebraucht. Uuer das alte zu Strasburg gedruckte Heldenbuch hat, kan drey Oerter, uuanns ihm beliebt nachschlagen pag. 162. 185. 186. manig Tischtug uuehe. Rhythm. de S. Annon. §. 38. saget: *mit uuehim uuerki diit her si tiure*, mit *feiner* arbeit macht er sie vortrefflich und daher kostbar, scil.

die

Ut nitor argenti radios diſcriminet auri.
Hoc tibi doctorum me diſpenſante tuorum
Conferet ordo decus geminis pulchrum ſpeciebus:
Scilicet ut claro ſapientia clarior auro
Cor tibi circumdet, facienda cauendaque monſtret;
Inſtar & argenti maneat tibi copia verbi,
Ut perplexa ſcias, & pulchro famine dicas.

faciemus tibi uermiculatas argento.

ketenon [37] in lantfride uuis gebroihta machen uuir dir, in uvvrme uuis [38] geblahmalot mit ſilbere. Ih gibo dir ſulihe doctores, die der habent ſenſum ſapientiæ, qui auro comparatur. unte die denſelben uuiſtuom mit ſconemo geſprache kunnon uurebringon. quod per argentum figuratur.

Vox Eccleſiæ de Chriſto.

[*Pag.* 16.]

CUm rex accubuit, ſeque ad ſubſellia flexit,
Mox (g) mea majorem nardus ſpiravit odorem:
Se dedit ad terras quia pro me ſumma poteſtas.

Verſ. 12.

CUm eſſet rex in accubitu ſuo. nardus mea dedit odorem ſuum.

DO der kuning geſaz uffe ſinemo ſtuole. do begonde min [39] ſalbuvurz mer unte mer zeſtinkene. Uuanta ſieh got uon himele hera ze erdon gebrohta durh minen uuillon. des de flizlichor uuillo ih imo dankan mit odore ſpiritualium uirtutum. Nardus iſt aromatica arbor. dero slahto uuas diu ſalba. damit maria magdalena ſalbota pedes iheſu recumbentis in domo ſymonis leproſi.

HUic vice condigna deteſtans quæque maligna,
Offero devotæ ſpecies virtutis odore. (h)
Faſciculum myrrhæ videor mihi pectore ferre,
Dum recolo ſponſum pro memet mortificatum:
Qua locus eſt cordis recolam myſteria mortis.
Quam patiens pro me, vitæ me donat honore.

Verſ. 13.

FAſciculus myrræ dilectus meus mihi. inter ubera mea commorabitur.

MIn uuine iſt mir alſo ein gebuntelin myrron. in zuiſchon minen bruſten uuonet er. Ih bin imo iemer des de holder. daz er die bittere des todes durh mih uuolta lidan. In minemo herzen daz in zuiſchen den bruſten liget. uuil ih iemer gehuchcan. der ſinero michelen gnadon.

HIc botro ſimilia quem profert Cypria vitis,
Prominet Engadi vinetis vbere ſuaui.
Qui me morte ſua modica turbaverat hora.
Suaue mihi redolens ſit vinum morte reſurgens.

Verſ. 14.

BOtrus cypri dilectus meus mihi.

MIn uuine iſt mir uuordan edele uuintrubo uone cypro. in den uuingarton engaddi. In cypro. da ſint edele rebon. da der ana uuaſſent die meiſton trubon. Engaddi iſt aber ein ſtat. da der uuaſſent arbuſculæ balſamum deſudantes. unte uuirt [40] ge-

Cuius in

(g) Verſus: Mox mea &c. in Cod. Vratislavienſi ita legitur;
Mox *quoque* majorem Narduſ *mea fudit* odorem.

(h) Poſt verſum: Offero. Cod. Vratislav. pergit:
Faſciculum myrræ *puto dilectum redolere.*
Mœror ineſt animæ quaſi myrræ ſuccus amaræ.
Dum recolo &c.

Ad Teuton. Paraphr.

die Nuſchin, fibulam, die der Goldſchmid machet. Willer. ſpricht pag. 15. uuahe *golt chetenon machon uuir thir*, uuir machen dir *feine* Gold-Ketten. Uuelches Junius in ſeinen Obſ. pag. 41. nicht recht erkläret, uuann er dafür ſezet, *minime rigidas* als uuann es hieſſe: *Uueiche.* Hæc Stadenius. Ad hoc firmandum facit, quod *uuah, uuahaz* pro *eximio* variis in locis occurrat apud Otfridum, ceu notavi ad illum; I, 5, 84. *Scherz.*

37) Merula: *in lampreythe uuiſe gebreyde.* P. Scriver. *in lantfride uuiſe gebrochta.* Vœgelin habet: *in lampreite uuis*, pro voce: *lantfride* ſunt Gloſſæ Florentinæ, ubi: *Lantfrida*, Murena piſcis, pro voce *Lampreite* eſt hodiernum vocabulum: *Lamprete.* Scherz. Haymo: Murenulæ ornamentum ſunt colli virginalis & puellaris, virgulæ ſc. auro perplexæ, intermixtis nonnunquam pulcra varietate ſubtiliſſimis argenti filis. vid. du Fresne in Gloſſar. v. Murena i. Lamprete. Jo. Smet. in Antiquitat. Nouiomag. pag. 74. *Schilter.*

38) Merula habet: *geblachmalad;* ad quem locum Caſtricomius notat: *in formam bracteæ redactum*, a nomine *blach*, id eſt bractea, *bleck* nobis, & *malen*, id eſt, fingere, formare & figuram inducere. *Scherz.*

39) Merula: *ſalfuuerz*, ſed *ſalbuuurz* etiam habet Vögelin. *Scherz.* Nardus, Nardus Aſſyria, ſpica Nardi. Hadr. Junius. *Uuurze*, aroma, odoramentum; hoc ab Unguine, ariditate ſoliditateque differt. Idem c. 4. Nomenclat. p. 18. *Schilter.*

40) *Geantfriſtot]* ſic infra cap. 4. ℣. collum ſuum, *Davides namo uuirt geantfriſtet*, manu fortis; cui ineſſe videtur Friſiorum nomen, quaſi dicas: *verfrieſt*,

Digitized by Google

Cuius odor dulcis, & plus quam balſama ſuauis,
Lætificatque pios, ſed & ipſos mundat iniquos.

in uineis engaddi.

geantfriſtet. fons hedi. Nu quit eccleſia. Min ſponſus. der die bittere des todes durh mih leid. der habet mih gefreuuet mit uino reſurrectionis ſuæ. unte ſiu ſtinket alſo ſuozo per totum mundum quaſi odor balſami. unte iſt ouh peccatoribus qui per hedos ſignificantur heilbrunno uuordan. uuanta ſie in dero toiſe iro ſunton gereinet uuerdent.

Vox Chriſti ad Eccleſiam.

[*Pag.* 18.]

PRo facie nitida mihi pulchra videris amica:
Teque columbini mitem teſtantur ocelli,
Munditiam mentis factis teſtando verendis,
Nil fictum ſimulas, nec fraudem pectore celas.

Verſ. 15.

ECce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. oculi tui columbarum.

SIno. ſcone biſt tu fruintin min. ſino. ſcone biſt du. din ougon. ſint tubon ougon. Scone biſt tu an guoten uuerchon. ſcone biſt tu an reinen gedankon. Din einualtige skinet in allen dinen uuerchon. uuanta du [41] feichenes unte [42] glihniſſes niet ne ruocheſt.

Vox Eccleſiæ.

[*Pag.* 19.]

IMmo te ſolum dicam mi ſponſe decorum;
Quem (i) *mihi naturæ commendat gratia duplæ.*

Verſ. 16.

ECce tu pulcher es dile-

SIno ſcone biſt tu uuine min. unt erlich. Du quiſt. daz ih ſcone ſi. abo al min ſcone. diu iſt mir uone dir cuman. Du biſt ſunterlicho ſcone

Tu

(i) Cod. Vratisl. habet:
Quem mihi naturæ commendat *gloria* duplæ.

Ad Tenton. Paraphr.

verfrieſt, h. e. in Friſicam linguam translatum, quemadmodum vulgo dicimus: *verduitſchen*, pro, in linguam Teutonicam transferre. *Caſtricomius* in edit. Merulæ. Geantfriſtot uuirt, *exponitur in aliam notiorem linguam transferendo.*] Dauithes namo uuirthet geantfriſtet amſtrangigh, *Davidis nomen exponitur manu fortis*; pag. 67. Vir doctus in Annotatiunculis ad hunc locum putat ſe Friſiorum nomen in priſco vocabulo deprehendere, quaſi geantfriſtot nihil ſit aliud quam *verfrieſt*, *In Friſicam linguam translatus.* Prorſus ut receptiſſima loquendi conſuetudine verduitſchen nobis etiamnum hodie ſignificat *In linguam Teutonicam transferre.* Cui ſententiæ me quoque non invitus adſcribi paterer, ſi mihi foret exploratum hanc eſſe primam ſignificationem. Non nihil interim inhibet aſſenſum, quod antfriſtan uſurpatum quoque inveniam non modo pro *Edere*, *vulgare*, *publici juris facere*, verum etiam pro *Enarrare*, *explicare*, *interpretari*; ea nimirum notione, qua interpretari dicimur ea quæ non in aliam linguam notiorem interpretis inſtar transferimus, ſed quæ doctoris vel commentatoris inſtar excutimus atque elucidamus. Quamobrem, quum neutræ acceptioni non inelegans viri docti originatio conveniat, atque omnino eruenda ſit nobis primaria verbi ſignificatio, priusquam de ejus origine certi quid ſtatuere valeamus, totam rem in medio adhuc relinquentes, hoc in loco ſolum addemus geminæ illius acceptionis authores. Ac primum quidem antfriſtan olim *Edere* ſignificaſſe, docent nos Gloſſæ vett. in quibus occurrunt,
antfriſtungo, *Editiones*; Gloſſ. A, 6.
antfriſtunga, *Editio*; Gloſſ. A, 26.
manigu antfriſtunga, *Vulgata editio*; Gloſſ. A, 22.
Altera vero ſignificatio, qua antfriſtan exponitur *Interpretari*, h. e. obſcura vel dubia authorum loca explanare, occurrit apud Otfridum V, 9, 101.

thio buah bigann er afaron,
fon Moyſeſe ouh tho redinon,
iob bigan in zellen
fon foraſagon allen.
antfriſtota ouh filu fram
thaz giſcrib in ſo ſo zam.
uuio iz iagilich er zelita,
fon imo ſulich ſageta. Junius.

Hic omnino ſignificat: *interpretatur*, interpretando redditur. Hinc apud Notk. Pſal. CV, 39. *interpretes* exponitur per: *Antfriſten.* Ab eodem verba: falſis *interpretationibus* exprimuntur per: *mit lukken antfriſtungen*; pro: *uuirt geanafriſtot* apud eundem Notk. Pſ. XXXIII, 1. legitur: *uuirt friſtot.* Scherz.

41) *Uueychenes* habet Merula; apud quem hæc eſt Caſtricomii Nota: *Veychenes ande gelichniſſe*] id eſt, fictionem & ſimulationem, nobis *geueinſtheid ende gelaet.* Hæc Caſtricom. ueychenes, *Simulatio*, *hypocriſis.*] Vocabulum eſt nuſquam alibi (quantum memini) mihi lectum. Referri poſſe videtur ad ſehin, quod in Gloſſ. C, 21. exp. *Volubilitas.* at ſic *levitatem* potius quam *ſimulationem* denotaret. Proinde quoque pertinere magis judico ad illud feh, quod in Gloſſ. B, 36. exp. *Polymita*, *multicoloria.* prorſus ut Græcis a ποικίλος, *Varius*, *verſicolor*; ποικίλλειν non modo eſt *Variegare*, *diverſis coloribus diſtinguere*, verum etiam *Callide variare*, *vafre aliquid comminiſci ac fingere.* Poſſet quoque *veychenes* illud deduci ab εἰκονίζειν, *Effingere*, *ad imaginem ſive ad exemplar exprimere.* Nos uſum vocabuli penitus amiſimus, atque ejus loco *veynſinge* dicimus, a *veynſen*, *Simulare*; quod manifeſte ſatis ortum traxit ex φένακξ, *Impoſtor*, *planus.* Junius.

42) *Gelichniſſes* habet Merula. *Scherz.* Gelichniſſes,

Simu-

Tu pulcher proprie, decus omne ſed eſt mihi de te.
Stramen habet noſtrum redimicula plurima florum.
Si requiem præbes, vernant virtute fideles.
Floret honeſtatis plus copia tempore pacis.

dilecte mi. & decorus.
* Lectus noſter floridus.

ne præ filiis hominum bediu & per diuinitatem. & per uirgineam natiuitatem. Vnſer bette iſt uuola [43] geblùomet. So ih cheina uuila geruouuet bin a perſecutione. ſo uuil ih des de mer biderbe ſceinan durh dinen uuillon. in contemplatione. uigilus. ieiuniis. elemoſinis. & cæteris bonis operibus.

Verſ. 17.

CEdros noſtrarum ponemus tigna domorum,
Compoſitaque domo, fiet laqueare cypreſſo.
Robore (k) dictorum firmatur vita minorum.
Sed nitet in populo variæ virtutis imago.
Suntquæ tuæ domui partes vtræque decori.

TIgna domorum noſtrarum. cedrina. laqueraria noſtra cypreſſina.

DIu geſperre unſer huiſero. ſint cedrin. diu getauele. ſint [44] cypreſſin. So ih pacem habon. ſo skinent in unſeren conuenticulis bediu doctores. die der andere geueſtenont mit iro doctrina. unte uuiteno ſtinkent mit demo ſtanke bonæ opinionis. unte auditores. die der mit ſimplicitate. unte mit manigslahtigen uirtutibus din hus zierent.

CAP. II.

Vox Chriſti.

[*Pag.* 20.]

FLos (a) ego ſum campi, ſed lilium amabile valli
Flos ego virgineus, paruiſque parentibus ortus,
Gloria ſum mundi, veluti flos gloria campi,
Semper amans mentes nullo turgore tumentes.

Verſ. 1.

EGo flos campi. & lilium convallium.

IH bin uelt bluoma. unte lilia dero telero. Alſo daz uelt unge aran birit die bluomon! ſamo bin ih ſine uirili ſemine geboran uon dero magede. unte bin ouh habitator humilium mentium. quæ per convalles figurantur.

Verſ. 2.

LIlium vt ex denſis emergit nobile ſpinis.
Sic tua femineum præcellit gloria cœtum.
Sic tibi viuendum, ſic cenſes eſſe cauendum,
Neu tibi candorem, ſeu & virtutis odorem,
Nequam vicini deperdant aut inimici.

SIcut lilium inter ſpinas. ſic amica mea inter filias.

ALſo diu lilia iſt unter den dornon. ſamo biſt du [1] friuntin min unter anderen tohteron. Die dorna ne mugen die lilion [2] beduhan. ſiu ne vuahſe unte bluoie unter in! iete mer mugin dih geirren de vueder pagani. oder mali chriſtiani. du ne bluoieſt. alliz ana in uirtutibus.

Vox Eccleſiæ.

[*Pag.* 22.]

GErmina ſiluarum præcellit nobile malum:
Sic mihi dilectum præ cunctis dico decorum.

Verſ. 3.

SIcut malum inter ligna

MIn uuine, iſt unter anderen luiten. ſamo [3] affaltera unter andremo uvaltholza. Alſo diu affaltera ſconer

Ipſe

---

* Merula habet: *Lectulus.*
(*k*) Cod. Vratisl. legit:
Robore *doctorum* firmatur vita minorum.
(*a*) MSC. Vratisl. exhibet:
Flos ego ſum campi & lilium amabile valli.

Ad Teuton. Paraphr.

Simulationes.] Kilihniſſa, *Scema*; Gloſſ. C, 17. kelihhiſon, *Similabo*; Kero.
lichizeta ſih rumer faran, *Finxit ſe longius ire*;

Tat. CCXXVIII, 1. ubi vide a nobis annotata. *Junius.*
43) Vögelin: *gebloumet*, ſed male. *Scherz.*
44) Vœgelinus exhibet: *abo cypreſſin.*

AD CAP. II.

1) Merula: *friundina min.*
2) De hac voce, vid. infra cap. 3. not. 15.
3) Malus arbor, infra cap. 8. *affalterbaum.* Scherz.

Digitized by Google

Ipſe tamen proprie nativo clarus honore,
Fecit adoptiuos ſibi fratres, fecit amicos.
(b) *Qui mihi iucundam nunc præbet ab æſtibus vmbram;*
Is quoque maturum concedit carpere fructum.
Hujus in adverſis me ſaluat dextera fortis.
Ipſe ſua facie ſatiabit me ſine fine.

ligna ſiluarum. ſic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius quam deſideraueram ſedi. & fructus eius dulcis gutturi meo.

ſconer iſt danne ander uualtholz. uuante ſiu die ſconon unte die ſuozen epfele biret! ſamo habet min ſponſus ſunterliche ſcone præ cæteris electis. uuanta er iſt gotes ſun per naturam. ſpecioſus forma præ filiis hominum! andere electi. ſint filii Domini unte ſine bruodera per adoptionis gratiam. Ih ſaz unter ſinemo ſcatedes ih ie gerota. unte ſines obezes nietet mih. Wanta ih ſinen skirm ie habeta in perſecutionibus. unte in feruore temptationis! uone dannan [4] dingen ih. daz er [5] mih ouh uollebringe ad contemplationem ſuae diuinitatis.

Verſ. 4.

IN vini plenam me rex ducens apothecam,
Ordine mox duplicis clemens inſtruxit amoris.
Dicta nouæ legis promulgans gratia regis,
Quo ſit amore Deus docuit vel frater amandus.
(c) *Ordo ſed his rebus ſubtiliter eſt adhibendus.*
Ordinis hæc virtus erit & lex, vt ſit amandus
Tota mente Deus, totis voti ſpeciebus,
Viribus & totis, fraterni rurſus amoris
Ordo tenendus erit, venerari quippe decebit
Maiores natu, vel canos ſenſibus, actu;
Vt non ſolus amor, ſed honor, reuerentia maior,
Impendatur eis: dilectio libera cunctis,
Non dubitans ipſos gratanter amare inimicos,

INtroduxit me rex in cellam uinariam. ordinauit in me caritatem.

DEr cuning leitota mih in ſinen [6] vuinkellare. unte vviſta mih. uvie ih minnan ſule. In ſinemo euangelio daz der uile uuola geluiteret iſt uone legalibus fecibus. hat er mih gevuiſet. daz ih in ſelben minne. ex toto corde. ex tota anima ex omni mente. ex omnibus viribus. unte minen proximum minne. ſamo mih ſelben.

Verſ. 5.

FLoribus omnigenis fultam circumdate, malis.
Me vos vicinæ: quia cor mihi languet amore.
Vos animæ ſacræ virtutum robora nactæ,

FUlcite me floribus. ſtipate me malis. quia amo-

VNtir leget mih mit bluomon. umbeleget mih mit eipfelon. uuanta ih mines vuines minnon ſiechon. Flores bezeichenent initia uirtutum! Mala perfectionem bonorum operum. Et eſt ſenſus. Ir heiligen ſela ir dir [7] durhtan birt in gotes minna. [8] ſtüret mih mit iuvueren guoten [9] biliden.

Viuen-

(b) MSC. Vratislau. habet:
Qui mihi *jocundam* nunc præbet ab æſtibus umbram.
Is quoque *maturum* concredet carpere fructum.
Cujus in adverſis.

ſie ioh idonei uverden. mit rubore ſanguinis ſui paſſionem tuam imitari. Da gibon ih dir mine ſpunne. O ſponſe. ſo du menniſcon geuviſeſt in humana carne. unte din euangelium zallereriſt per temetipſum. daranah per doctores gekundet uvirdit per totam latitudinem mundi. ioh ſelb den paganis! unte dine fideles per culturam doctorum quaſi boni palmites beginnent in fide florere. unte congrua fidei opera proferre! ſo geuvinnon ih dir multitudinem ſpiritalium filiorum! die der zeriſt nutriendi ſunt mit lacte ſimplicis doctrinæ. unze ſie paulatim uolle chumen ad ſolidum cibum diuini uerbi.

Verſ. 13.

Limine portarum redolet vis mandragorarum.
Dant operam quando populis tua verba ſonando
Spargere doctores miræ virtutis odores,
Erigit intentum plebs auditoria ſenſum.
Nam per eos portas vitæ ſibi credit apertas.
Mandragoræ radix ut cernitur eſſe imitatrix
Corporis humani, (x) *ſic ſubiectis ſimilari*
Paulus ut enumerat, cum ſe infirmantibus æquat.
Mandragoræ pomum velut ob medicamina potum
Dat ſomnos ægris, poſt longa inſomnia feſſis:
(y) *Hic quoque doctores quos mundi ferre labores*
Et ſtrepitus cernunt, verbi medicamine vertunt
In requiem mentis, non iam gaudere retentis,
Sed magis amiſſis opibus, ludiſque relictis.
Eiusdem pomi bibito velut exteriori
Cortice non ſentit quem pro medicamine tangit
Uſtio vel ferrum, ſic cum medicabile verbum
Plebi ſorbendum præbetur ab ore docentum,
Ipſa ſuperficies eius ſolet addere vires
Mentibus ægrotis, ſenſumque fugare timoris,
Ne pro ſpe vitæ metuant adverſa ſubire.

Omne

MAndragoræ dederunt odorem

DIe [16] arzat uvurze. ſtinchent uile draho in unſeren porton. Odor uirtutum an den apoſtolis. unte an iro ſucceſſoribus! der lokket iro auditores. daz ſie per eos ueluti per portas ilen intrare ad uitam. Iro prædicatio diu iſt ouh quaſi odor mandragoræ. quæ in radicibus ſuis ſimilitudinem habet humani corporis! uvante ſie ſint omnibus omnia facti. unte kunnon compati & conſimilari auditorum infirmitati! alſo paulus quit. Quis infirmatur. & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur. & ego non uror? Et alibi. Omnibus omnia factus ſum ut omnes lucrifacerem. Alſo daz pomum mandragoræ quod ſimile eſt malo terræ hauſtum in uino. machet die ſlaffeloſon dormire & requieſcere! ſamo tuont doctores. eos qui laborant ſtrepitu mundanarum rerum. die machent ſie dormire inter medios cleros. i. inter duo teſtamenta. uetus & novum. daz ſie mer luſtet diuina myſteria ſcrutari quam ludis & fabulis aut turpibus cantilenis occupari. [17] Als aba diu uzzera rinta eiusdem pomi. in uvine getrunkeniu. [18]

dualm

(u) MSC. Vratisl.
—— —— verbi *ſolidetur* ad eſcas

(x) MSC. Idem.
—— —— ſic ſubiectis ſimilari
Doctores norunt paſſivo glutine morum
Paulus ut enumerat.

(y) MSC. Idem.
Sic quoque Doctores

Ad Teuton. Paraphr.

16) Arzat uuurze, *Mandragoræ.*] Tam inſignem uſum præſtat hæc herba medicis ac medicinæ, ut propter multiplicem in re medica utilitatem arzat uuurz nuncupata ſit, q. d. medicorum herba. arzat certe eſt *Medicus* apud Otfr. III, 14, 22. Unde mox pagina ſequente gearzatant uſurpatur huic noſtro Abbati pro *Curant, medentur*, Junius. *Mandragoræ in Portis noſtris.* Haimo: Mandragora eſt Herba Aromatica, cujus radix ſimilitudinem habet humani corporis, poma ejus optimi ſunt odoris, in ſimilitudinem Pomi Matiani, quod noſtri malum terræ vocant. Hæc herba rebus Medicinalibus aptiſſima eſt; Nam ferunt, eos, qui incommodo vigiliarum laborant, hauſtu hujus pomi relevari, & poſſe dormire. Item ferunt, eos, qui ob curam ſecandi ſunt, ſi exteriorem ejus corticem biberint, non ſentire ſectionem vel aduſtionem. Vœgelinus: *Alraunichen* vid. Leuin. Lemnium in Explic. Herbar. Bibl. c. 2. *Schilter.*

17) Merula legit: *Alſo abor.* Stylo auctoris noſtri convenienter legendum videtur. *Als abo.* Scherz.

18) Dualm, *Caligo mentis quodam veluti ſtupore correptæ.*] Forte huc pertinet illud artuualun, *Torpebant*; Gloſſ. B, 52. *Junius.* Stadenius in Explic. Voc. Bibl. Germ. p. 641. poſtquam notaſſet lingua

Digitized by Google

Omne genus pomi veteriſque novique ego vovi
Conſervare tibi, quem diligo mente fideli.
In veteris legis ſcriptura ſive Prophetis,
Aut Evangelicis temet dictante libellis
Quicquid promiſſum dulcedinis eſt mihi, fixum
Hoc teneo certe, (z) donetur quid mihi pro te.
Principium de te quoniam promiſſa habuere,
Non eſt ambiguum temet promiſſa daturum.

rem in portis noſtris. Omnia poma noua & uetera. ſeruaui tibi dilecte mi.

dualm machet den. die man ſcal ſnidan oder brennan. ſamo tuont doctores! mit ſola ſuperficie diuini uerbi gearzenont ſie die infirmos auditores! unte machent ſie quodammodo inſenſibiles ad mundi mala toleranda. Allerslahta obaz. niuuaz unte altaz! habon ih dir gehaltan uvinemin. Alle diu ſuoze cæleſtium præmiorum. diu mir geheizzan iſt. bediu in ueteri ioh in nouo teſtamento! daz uveiz ih uvola. daz ſiu beide initium ioh conſummationem anne dir habet! uone dannan gedingon ih anne dih. daz ſiu mir alſo geleiſtet uverde! ſamo ſiu uone dir geheizzan iſt.

CAP. VIII.

Vox Eccleſiæ.

[*Pag.* 144.]

QUis dabit hoc frater, ut lactet te mea mater,
Inventumque foris labiis te exoſculer iſtis,
Nemoque me ſpernat, quam dilectam tibi cernat?
Quis dabit optanti faciemque tuam ſitienti,
(a) *Et quem nunc novi mi ſponſe parem genitori,*
Æquævum numen, verum de lumine lumen,
Te quandoque meæ naturæ corpus habere
Aſpiciens clare, fratrem te iure vocare
Credula præſumam; perſonam ſcilicet unam
Carne ſub aſſumpta, ſed non Deitate minuta,
Inventoque foris temet verbo genitoris
Ad faciem facie potiar, cui nunc ut amicæ
Ore Prophetarum mittis ſponſalia tantum:
Me quoque non ultra deſpectio terreat ulla,
Sed quod ſpero magis Iudeæ finibus artis
Quæ concluſa fui, fiam venerabilis orbi,
Et tua mox per me ſonet omni gloria terræ.

Verſ. 1.

QUis te det fratrem meum ſugentem ubera matris meæ ut inueniam te foris. & deoſculer. & iam me nemo deſpiciat?

VUer [1] uveret mih des! daz ih dih bruoder min ſehe. ſugan die ſpunne miner muoter! unte ih dih da uzze uvndanan kuſſan muoze. unte mih hinneuvre nieman ne [2] uermane? O ſponſe. du der nu biſt in ſinu patris! uver uveret mih des. daz du mennisco uverdes. unte alli diu officia humanæ naturæ quæ eſt mater mea anne dir habes! unte danne mit rehte min bruoder heizes? Vuer ueret ouh mich des. daz ich dich den ich nu intus uveiz uerbum in principio apud Deum. noh foris geſehe uerbum caro factum. unte ich ore ad os ze dir ſpreche! unte ich din eccleſia. ich der nu bin quaſi deſpecta. & anguſtis terminis incluſa. quia tantum notus. in iudæa Deus! daz ich danne poſt aſcenſionem tuam uverde honorabilis & dilatata in omnibus gentibus.

Verſ. 2.

AMplexu ſtringam, nec te mi ſponſe relinquam,
In conclave meæ matris donec referas te,
Notitia legis qua me dilecte replebis.
O ſi

APprehendam te. & ducam te

ICh gegriffon dich. unte [3] uolleuolgon dir unzen inne miner muoter hus! da lereſt du mih trohtines gebot. O ſponſe. ſuanne du per incarnatio-

(z) MSC. Vratisl.
—— —— donetur *quod* mihi *per* te.

(a) MSC. Vratisl.
Ut quem nunc novi —— ——

Ad Teuton. Paraphr.

gua Sax. infer. *duuaelen* idem eſſe ac: *ineptias agere, in iisque commorari.* Nec non Anglo-Sax. *dua ellian* & *duuolian*, ſignificare id, quod *errare*, item *ſeducere* Latini vocant. Suecis autem *dualm*, denotare *vaporem*, *einen Dunſt der Lufft oder des Gemüths*; hunc locum ita vertit: *die äuſſerſte Rinde des Apffels Mandragoræ in Wein getruncken, machet eine Verwirrung im Gemüth* &c. Scherz.

Ad Cap. VIII.

1) *Quis mihi det te? ueret, geueret*, tradat. *Schilter.* Mallem reddere: *Quis mihi hoc præſtat, procurat?* uuer geuuähret mich deſſen. *Scherz.*

2) Merula: *vorkuze*, Belgica Verſio: *verguſe.* Schilter. *Vermanen* idem eſt cum Keronis: *farmanan* & Otfridi *firmonan*, quod *rejicere, deſpicere*, ſignificat. vide Keronem paſſim ac Otfrid. Eu. I, 4, 130. & III, 17, 105. & 109. ac: III, 3, 27. *Scherz.*

3) *Et ducam te.* Haimo: *deducam & perſequar.* Schilter.

O ſi ſponſe foris mihimet præſens videaris,
Mox ego mox inquam fidei per brachia ſtringam
Te mihi dilectum, quia delectabile tecum
Hoc mihi tempus erit, quo te remanere decebit
In ſtadio mundi. Cum tempus erit redeundi,
Luminibus lætis te proſequar uſque ſub arcis
Mœnia ſidereæ, qua te cum patre ſedere
Vera fides credit: poſt te quoque mens mea tendit,
(b) *Scilicet hanc ob ſpem, quo me perducas eodem,*
Teque boni fontem ſpectans inducar in omnem
Veri notitiam, quam nunc penetrare nequibam.
(c) *Dulcia conditi ponam tibi pocula vini,*
Et de granatis dabo muſti pocula malis.
Materiam carnis cum tu ſuper aſtra levabis,
Et tibi conſeſſus dabitur mi ſponſe paternus,
Eſt quia certa mihi ſpes ad te perveniendi,
Non tepide vivam, ſed totam cordis opellam
Sic tuus uret amor, ut ſit virtutum operator,
Et quaſi conditum norit ferveſcere vinum,
Ex operum ſtudiis manifeſtans intima mentis.
Quin ita ferventes quorundam cum tibi mentes
(d) *Fecerit ut cupiant ipſam quoque perdere vitam,*
Atque rubore ſuo pro temet ſanguine fuſo
Et quaſi granatis dabo muſti pocula malis,
Una fides, unus his ſpiritus, atque amor unus,
Pluribus ut granis uno ſub cortice clauſis
Eſt locus, exemplum placet his tua paſſio magnum
Sanguine martyrii peccatis purificari,
Excoquit ut ſordes muſtum cum bulliet omnes.

te in domum matris meæ! ibi me docebis præcepta domini. Et dabo tibi poculum ex uino condito. & muſtum malorum granatorum meorum.

nationem uiſibilis uirdiſt. ſo uvil ich dir adherere per fidem & dilectionem. unte ne uvil dich e nieht ergeban. [4] e ich dir uolle uvarton in miner muoter hus. quæ eſt cæleſtis hieruſalem. Dara gedingon ich daz du mich nach dir bringeſt. unte mih da geleiteſt in omnem ueritatem. ſo ih dich fontem ſummi boni muoz anaſehan. Ich ſcenkon dir gepimenteten uvin! unte moſt uzzen roten epfelen [5] geduhtan. die uilo cornelino habent. So mir din corporalis præſentia per aſcenſionem uvirdit ablata! ſo uvil ich dir skeinan fortiſſimum feruorem amoris. mit demo ich dich minnon ex toto corde meo. & ex omnibus uiribus meis! unte uvil des flizan. daz der amor niene ſi otioſus? ſunter mit guoten uverchon conditus. alſe der geuvrzeto uuin. Ich uvil dir ioh skeinan ſo feruidam karitatem in dinen martyribus! daz ſie nach dinemo gebote. mutua karitate ſibi inuicem cohereant. alſe multa grana begriffen ſint mit uno cortice mali punici! unte ſie dine paſſionem uvole geturren. bilidan mit effuſione ſui ſanguinis! ze diu. daz ſie da mit ſordes peccatorum ſamo [6] gariuvo uon in uverfen! ſamo der uvole [7] ieſente moſt. niet unreines ne dolet hinter imo beliban.

Verſ. 3.

LÆva caput fulcit, (e) *me ſponſi dextera cingit.*
Nam deſideriis ſponſus pompisque caducis
Me dormitantem quia cernit ob eius amorem
Tempore præſenti, ſepteno munere Sancti
Pnevmatis, & verbi me fulcit luce ſuperni,
Et reliquis donis, ductricia quæ rationis
(f) *Pignora tunc mihi ſunt, veluti caput arce refixum*

LEua eius ſub capite meo. & dextera illius amplexabitur me.

MInes uvines uvinſtra liget unter minemo hoibete! unte ſin zeſeuva umbegriffet mich. Wanter des innene iſt uvordan. daz ich huic mundo & concupiſcentiis eius bin inslafan ob eius amorem! ſo gibet er mir in præſenti pignus ſpiritus ſancti. unte intellectum ſacrarum ſcripturarum. unte andere ſine dona. quæ per leuam

Subdi-

(b) MSC. Vratisl.
Scilicet hanc ob ſpem, quo *per te ducar* eodem

(c) MSC. Idem.
Dulcia conditi *promam* tibi pocula vini.

(d) MSC. Idem.
Fecero quo cupiant ipſam quoque perdere vitam
Atque *rubere* ſcio pro temet ſanguine fuſo
De quaſi granatis —— ——

(e) MSC. Idem.
—— —— *ſponſi me* dextera cingit
Jam deſideriis

(f) MSC. Id.
Pignora *nunc* mihi ſunt.

Ad Teuton. Paraphr.

4) *Er ich thir uolle uuardon* legit Merula: ad quem locum Junius: *Priusquam te perduxero.*] Intellige tamen hic ſecuriorem perducendi modum & qui fiat cum ſollicita cuſtodia. Nam *uuarten* eſt *tueri;* Gloſſ. A. 6. & *uuartal* eſt *cuſtos.* Gloſſ. B. 8. Hæc *Junius.*

5) Merula habet: *getbruhtan.* Aſt noſtram lectionem etiam firmat P. Scriverii MSC. Cæterum confer ad h. l. notam Stadenii in Expl. Voc. Bibl. Germ. p. 649. *Scherz.* Vœgelinus reddit: *gezogen, geprieſt.* Schilter.

6) Merula: *gareuua.* Aſt Petrus Scriver. *gareuuo.* Scherz.

7) Merula legit: *geſende.* Junius hæc habet: Non aſſequor quid ſibi velit hoc geſende. Videtur tamen *Fervens* vel *Bulliens* exprimere voluiſſe. nam in paraphraſi metrica legitur.

Excoquit ut ſordes muſtum, cum bulliet, omnes,

unde quoque oboritur ſuſpicio, quondam geſiethende ſcriptum fuiſſe, ſed per abbreviationes corruptum.

Digitized by Google

Subdita membra regit, poſt hæc me certa manebit
Indefectivæ prædives gloria vitæ
Eius in amplexu, nullo vellenda receſſu.

amplexabitur me.

leuam figurantur! mit den ich rationem mentis meæ kunne gerihtan ad ſuſpiranda æterna. alſo daz hoibet rihtet cætera membra! unte gibet mir abo in futuro præmia æternæ beatitudinis. quæ per dexteram ſignificantur.

Vox Chriſti.

[*Pag.* 148.]

Hieruſalem natæ conteſtor vos ego clare
Ne mihi dilectam dulcique ſopore ſolutam
Aut ſonus aut ſtrepitus de ſomno ſuſcitet ullus,
Donec ut ipſa velit ſponſam conſurgere fas ſit.
Obſecro vos animæ baptiſmi fonte renatæ,
Hieruſalem ſuperæ cives quandoque futuræ,
Videritis mentem mihimet quamcunque vacantem,
Ne mundi ſtudiis hanc infeſtare velitis,
Donec ab hac opera placita ſibi ceſſet in hora.

Verſ. 4.

ADiuro uos filiæ hieruſalem. ne ſuſcitetis neque euigilare faciatis dilectam. donec ipſa uelit.

ICh beſueren iuuich iunkfrouuon ze hieruſalem! daz ir mine uvinion ne uvecchet noh ne munteret. [8] unze ſiu ſelba uuolle; Ich beſueron iuuvich guote ſela. ir da treffet ad ſupernam hieruſalem. ſuaſir decheina iuuvera glichon uindet. diu der uverlte durch minen uvillon inslafan ſi. unte okkeret uvolle uacare contemplationi. orationi. lectioni. uigiliis. ieiuniis! daz ir die des ne irret mit decheinemo uuerltlichen ſtrepitu! unzen ſiu ſelba poſt contemplationem uvolle procedere ad agenda temporalia.

Vox Synagogæ de Eccleſia.

[*Pag.* 149.]

Quæve ſit aut qualis, heremi quæ ſcandit ab imis,
Intra me ſtupeo, quæ cultu delicioſo
Huic ſolet inniti, quo me decuit magis uti.
O qualis meriti, quantæ virtutis haberi
Convenit Eccleſiam, gentili ſtirpe creatam,
Quæ licet ante (g) Dei totius & inſcia verbi
Ritibus errorum culturæ dæmoniorum
Dedita vixiſſet, quaſi quæ legem didiciſſet,
Nunc heremum veteris linquens incredulitatis,
Affluit omnigenæ (h) virtutis ſcemate plene,
Viribus haud propriis fidit, ſed nititur omnis
Illius in noſtro ſpes & fiducia ſponſo,
Iuſtius innixam cui me convenerat unam,
Nam virtus Domini Iudææ cognita ſoli.

Verſ. 5.

QUæ eſt iſta. quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens. & innixa ſuper dilectum meum?

UUer iſt diſiu. diu da ufferet uon dero uuoſte. [9] zartlicho gefuoretiu! unte ſich leinente uber minen trut? Welich ſiu iſt. unte uvie hevig. eccleſia de gentibus! diu der e uuas deſerta & derelicta a Deo per idolatriam! unte nu ilet uirtutum greſſibus de deſerto infidelitatis. alſo plebs iſrahelitica ileta per deſertum ad terram repromiſſionis! unte [10] habet an iro die uvahe allerslahte tugede! unte [11] nendet aller iro frumicheite. unte iro gedinges anne minen ſponſum. des ioch ich eino ſcolta gebruchan! quia usque modo notus tantum in iudæa Deus.

Vox

(g) MSC. Vratisl.
—— —— DEI totius & inſcia *veri*

(h) MSC. Id.
—— —— virtutis *ſchemate* plene

Ad Teuton. Paraphr.

corruptum. Hæc *Junius*. *Jeſende*, legendum eſſe P. Scriver. MSC. etiam confirmat; eſt autem *jeſen* id quod hodie *jähren* appellamus in phraſi, qua dicimus der Wein *jährt*, quod Latini exprimunt per vinum *bullit*, vel *bullat*: Suecis *jääſa* ſignificat: *fermenteſco*. Anglis: *Yeſt*, (Suevis: *Jeſt*) cereviſiæ fermentum. Nos hodie plerumque *jaſt* etaphoricem uſurpamus pro *fervore animi*. Gothis. *Geyſa* idem eſt ac: *concitari*. vid. Verel. Ind. Lingu. Goth. *Scherz*.

8) P. Scriver. *Unzen*. Scherz.

9) Pro verbis: *zartlicho gefuoretiu*, *unte ſich leinente*. Merula habet: *uuoleluſten ouerfluoiende ande ſich neigande*. Aſt P. Scriverius cum noſtro MSC. conſentit, niſi quod *gifuoretin* legat. *fuoren* ſignificat *cibare*, *nutrire*. Notk. in Pſ. XXXVI, 3. verba: Inhabita terram & *paſceris* in divitiis ejus, vertit: *Pue an dero erdo, unde ſo uuirdeſtu* gefuorot *in finen otuualon*. Adde Eund. Pſ. LXXX, 17. *Scherz*.

10) P. Scriv. legit: *labet* an *iro die uuabe allir ſlabte*. Scherz.

11) Notari hic merentur, quæ habet Celeb. Stadenius in Expl. Voc. Bibl. Germ. p. 218. ubi dicit: *Uuer is thiuſa thiu tha nendet alle frumigheide ande biro gethinges anne minen Sponſum*: Welche iſt dieſe die da alle ire Nuzbarkeit und alle Hoffnung darf getroſt an meinen Bräutigam ſezen. Dabey Junius eruuehnet, daſs er nicht verſtehe, uuas nendet ſeyn ſolle. Caſtricomius aber uuill es verbeſſern und lieſet: lendet. da doch nendet ein altes Fränckiſches Uuort iſt, ſo auch Otfrid gebraucht, und iſt: Nenna, animum inducere, a ſe impetrare. Suec. jag näns, audeo, confido. Verel. Ind. *Scherz*.

12) Verte:

[Pag. 150.] *Vox Christi ad Ecclesiam de gentibus.*

Arbore sub mali cum temet vivificavi,
Scito tuam matrem corruptam tunc sub eadem.
Unde sit Ecclesiæ gentili germine natæ
Religio fidei, miraris corde stupenti,
Quæ numero crescit, virtutibus aucta nitescit.
Hoc cur acciderit, ratio te iusta monebit.
In cruce morte mea peccata luens aliena
Cum te restitui vitæ, veræque saluti,
Turba sacerdotum, scribarum, vel seniorum,
Quæ reliquæ genti quasi mater consiliandi
Debuit officium, semet corrupit, iniquum
Barrabam eripiens, insontem me crucifigens:
Nec sibimet solum nocuit, sed colla nepotum
Non secus ac ferro constrinxit sub maledicto.
(i) *Ergo per iniunctam doctorum turba repulsam.*
Linquens Iudæam, terramque petens alienam,
Congregat Ecclesiam de cunctis gentibus unam.
Quæ fidei sacram mihi desponsata per arram,
Nil fidens in se, spe tota nititur in me.
Hinc modo deliciis virtutum gaudet opimis,
Post etiam natis regni iuste reprobatis,
Ut sua nunc est spes, fiet mihi certa cohæres.

SUb arbore malo suscitaui te. ibi corrupta est mater tua. ibi uiolata est genitrix tua.

VNter demo affalterboume irquichta ich dich! da uvart din muoter ueruuartit. da beuval sich din muoter. O synagoga. du uuuntereſt dich. daz diu eccleſia de gentibus poſt idolatriam iſt chuman ad noticiam nominis mei. unte ſiu ſo uvredihet merito uirtutvm & numeroſitate populorum! nu denke. uvannan daz gechehan ſi. Do ich dich ſub arbore crucis quæ per arborem mali intelligitur irloſta de morte peccati & poteſtate diaboli! da an derſelben ſtete. vuart din muoter corrupta. & uiolata! id eſt maior & principalior pars iudaicæ plebis. diu uvas in ſacerdotibus. ſcribis & phariſeis. die der reliquam gentem ſcolton quaſi mater erudire & conſilio regere. diu uvart reprobata! unte uvas diu corruptio unte diu uiolatio ſo ſtark. daz ſiu [12] nieht den einen netareta qui clamauerunt. crucifige. crucifige eum! ſunter ioh iro poſteritatem mit bitteremo fluoche begreif. do die parentes ſus quadon; ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Do abe mine prædicatores repulſi a iudæa. conuerſi ſunt ad gentes! do begonda eccleſia de gentibus mihi adherere. & ſpem ſuam in me ponere. uone dannan iſt ſiu in præſenti affluens ſpiritualibus deliciis! unte geuvinnet ouh in futuro apud me locum hereditatis. eiectis regni filiis.

Christus ad Synagogam dicit.

[Pag. 153.]

ME velut egregium supra cor pone sigillum,
Brachiolumque tuum fac ferre mei monimentum.
Impetus ut mortis, mea sic dilectio fortis,
Inferus ut stridet, tua sis mens æmula fervet,
Parva licet numero tu sis, tamen illa memento
Munere quæ sponsi sponsalia sunt tibi soli,
Mater cunctarum quibus extas Ecclesiarum,
Sanguinis atque mei quo te de morte redemi
Redde vicem precio, me gestans pro monimento,
In corde & factis, cuius dilectio fortis
Sic fuit erga te, mortem ut duraret adusque.
His meritis contra male respondens Synagoga,
Invida

Vers. 6.

POne me ut signaculum super cor tuum. ut signaculum super brachium tuum! quia fortis est ut mors dile-

MAche mich dir ze einemo [13] insigile uber din herza. unte uber dinen arm! uvanta min minna iſt [14] ſame ſtark ſo der tod ingegen dich. iſt abo din nith ſamo ſtrenge ſo diu hella ingegen mich. Doch du ſiſt paruvla numero. du biſt ie doch primitiua eccleſia. unte ſcalt heizzan mater eccleſiarum! uone dannan gehuge beide in dinen gedankon quæ per cor intelliguntur. unte in dinen uverchon quæ per brachium ſignificantur miner minnon! diu in gegen dich ſo ſtark iſt. daz ich ſelb den tod durch dinen uvillon leit! unte laz ouh dinen nith uaran. der der e inge-

(i) MSC. Vratisl.
Ergo per *injustam* Doctorum —— ——

Ad Teuton. Paraphr.

12) Verte: *non tantum solis illis noceret, qui* &c. *taren, taron, daron, deren, terren* est lædere, nocere. Conf. Notam meam ad Otfrid. Eu. II, 9, 106. *Scherz.*

13) Vœgelin: *insigele.*

14) Vœgelin legit: *samo.*

15) Merula

Invida quæ mihi tunc, de gentibus Eccleſiæ nunc
Æmula perduras, nec adhuc reſipiſcere curas.
Parce ſed his odiis, & eris mihi ſponſa fidelis,
Nam te communi (k) *decet adgaudere ſaluti,*
Unius Eccleſiæ decet ambas nomen habere.
Lampas habet quales flammas, dilectio tales.
Vaſa velut ſparſam non celant vitrea flammam,
Sic quoque quam mentem dilectio vera calentem
Intus reddiderit, operum mox luce nitebit.

dilectio: dura ut inferus emulatio. Lampades eius. lampades ignis atque flammarum.

ingegen mich ſelbon. unte ie noch contra eccleſiam de gentibus congregatam alſo herte unte alſo ungenadeglich iſt. ſamo der inferus. der niemanne ne kan parcere! du ſcalt iro ſaluti congaudere! quia tecum una erit eccleſia. Der minnon liehtuaz! brinnent unte [15] lohezent. Suaſe min dilectio iſt. da neiſt ſiu nieht otioſa! ſiu ne mag ſich [16] ietemet uerbergan. danne daz lieht in demo glaſeuazze! uvante ſuer die ſint. die ſie uvarlicho habent. die brinnent in iro herzen per amorem! unte luihtent abo exterius per operationem.

HAnc quoque multarum vis non extinguet aquarum,
Obruet hanc nullus violenti fluminis ictus,
(l) *Læva meos contra quamvis hoſtilibus unda*
Bulliat orta minis, extingui non valet ignis
Quem mea ſuccendit dilectio, nulla movebit
(m) *Mundatos in me violentia, ſed ruet in ſe.*
Præ rebus vanis precii eſt dilectio talis,
Ut nihili pendat qui propter eam ſua perdat,
Maxima ſint quamvis mundi bona prætereuntis.

Verſ. 7.
AQuæ multæ non potuerunt extinguere caritatem. nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione: quaſi nichil deſpiciet eam.

HEvigiu uvazzer ne mohton irleskan die minna! noh die [17] aha [18] berunent ſie. Suie drate der perſecutorum mine uvaren! unte ſuie liſteklich iro blandimenta uvaren! ſie ne mohton iedoh in minen holdon daz fiur unte daz ernoſt miner minnon irleskan! noh ne mugen ſie uon der ſtatekheite des geloben concutere! uvante ſie ſupra petram. id eſt ſuper me ſint fundati. Obe der menniſco al ſin guot hina gegit! iz iſt imo in gegin miner minnon dez minniſt. Suen min dilectio perfecte inflammat! ſiu machet in contemptorem allis irdisken guotes. unte machet in giregan des euuegen richetuomes.

Chri-

(k) MSC. Vratisl.
—— —— decet *aggaudere* ſaluti
(l) MSC. Idem.
Sæva meos contra —— ——
(m) MSC. Id.
Fundatos in me —— ——

Ad Teuton. Paraphr.

15) Merula: *logbent*, ad quem locum Junius hæc notat: *logbent*, flammant.] *Lauga*, flamma. Kero. *lauginem radum*, flammeis rotis. Hymn. II. 3. *lauc medili*, fulmen. *lauc medili*, fulgura. Gloſſ. B. 20. Hæc Junius. Conf. Staden. in Explic. Voc. Bibl. Germ. p. 411. *Scherz.*

16) Junius habet: lege: *niutemer*, ſed non opus eſt hac correctione. *Scherz.*

17) Aha, *Flumina.*] Diſerte Kero in Gloſſis; *Flumina*, aha. Natabile interim eſt, quod *da* Heſychio exp. σύστημα ὕδατος, *Congeries aquarum.* Videtur etiam huc facere, quod Cambro-Britannis aches vel afon eſt *Rivus*, *flumen.* quemadmodum & quod nobiliſſ. Henr. Spelmannus teſtatur Anglo-Saxonibus eage aliquando *Aquam* ſignificaſſe. vide eum in *Eia.* cum quo etiam conſentit illud Rushuuorthiani codicis Matth. VII, 25. cuomun eae, *Venerunt flumina.* Regi certe Alvredo ea (ex quo Galli ſuum *eau* traxerunt) paſſim apud Bedam exp. *Aqua*, *flumen*, *amnis.* wæs this, gedon on tham mynsger the bi Docore thære ea getimbred iſ. and fram there ea noman onfeng, *Factum hoc eſt in monaſterio, quod juxta amnem Dacore conſtructum, & ab eo cognomen accepit;* Beda IV, 32. & rurſus V, 11. hi uuurpon heora lichoman ut on Rine tha ea. *Projecerunt corpora eorum in Rhenum amnem.* denique IV, 13. heora ea fiſcum genihtſumede, *Eorum flumina piſcibus abundabant.* Vulgo præterea Danis amnis in Scania, ponte inſignis, dicitur *Diſ je aa*, h. e. *Diſa amnis*, teſte Oläo Wormio monumentorum Danicorum lib. II, monum. 3. Amnis quoque Kornerupio defluens, dicitur eisdem Danis *Kornerup aae*, teſte eodem Wormio lib. 1. monument. cap. 5. In epinicio denique Egilli skallagrimi legimus *thaut mækirs a*, h. e. *Fluxit macharæ amnis.* loquitur de ſanguinis rivis ex immenſa hominum ſtrage ſolum inundantibus. Quamvis autem priſcum vocabulum a vel aha prorſus jam videatur obſoletum, frequenter tamen minime obſcurum ejus veſtigium Flandria, Brabantia, Friſia citra & ultra Amaſin exhibent in propriis complurium pagorum oppidorumque nominibus. De vocabuli hujus etymologia nihil adhuc certi ſtatuere poſſum: libet interim ſuſpicari, vetus a vel aha ab ἀχελῶος abſciſſum fuiſſe; quum *Achelöum generaliter*, ut inquit Servius, *propter antiquitatem fluminis, omnem aquam veteres appellaverint.* Vide Heſychium, Etymologum, nec non Servium ad illud Virgilii I. Georg.

Poculaque inventis Acheloïa miſcuit uvis.

Hæc Junius.

18) Merula: *berinnent.* Schilter.

Christus ad Synagogam de Ecclesia dicit.

[*Pag.* 156.]

PArvula nec tumidis soror extat nostra papillis,
Alloquii tempus præsto est: quid ei faciemus?
Si murus fuerit, nos ædificare docebit
Nunc super argento de propugnacula puro.
Ianua si fuerit, ratio nos ipsa docebit
Hanc tabulis cedri (n) *compingere glutine leni.*
Ecclesiæ teneræ de gentibus atque novellæ
Desunt doctores, qui verbi lacte minores
Instar alant matrum. Sed ne lucris animarum
Cesset prospicere soror, est opis indiga nostræ,

PArvula nam numero constat, nec idonea verbo:
Ergo consilium speranti demus amicum
Taliter, ut si qui possint in ea reperiri
Ingenio clari, vel quos sapientia mundi
Reddidit insignes, fidei nam robur habentes
(o) *Inclita divinis discant mysteria libris,*
Quæ paria argento sunt terque quaterque probato:
Et velut ex muro pulchre super ædificato
Propugnentque bonis, obnitanturque dolosis.
Si qui non adeo pollent sermone faceto,
Nec mundi tumidam profitentur Philosophiam,
Et tamen edocti doctrina simpliciori,
In fidei portam possunt adducere quosdam,
His exempla patrum sunt proponenda priorum,
Instar cedrorum, dulcissima mentio quorum
(p) *Immarcessibilis durabit, & inscia finis,*
Ut dociles mentes istæc exempla sequentes
Vera fides planas faciat dilectio latas.
De tabulis cedri fit ianua (q) *glutine leni*
Quæ certis vicibus vel clauditur aut aperitur.
Sic qui sacra patrum recolunt exempla priorum,

Tem-

Vers. 8.

SOror nostra parua est & ubera non habet! quid faciemus ei in die quando alloquenda est?

UNser suester ist noh uvenag! unte ne hat noh der spunne niet. Waz [19] tuo uvirs nu! so siu [20] hirates scal gegruozet uuerdan? Si siu mura! vuirche uvir uffe die mura. silberine uuere. Si siu ture! uioge uvir die ture zesamene mit cedrinen tauelon. O synagoga! unser suester ecclesia de gentibus. ist noh parua numero! unte ne kan noh niet iro auditores quasi mater enutrire mit dero miliche simplicis doctrinæ.

Vers. 9.

SI murus est! ædificemus super eum propugnacula argentea. Si ostium est! pingamus illud

NU helfe uuir iro sus. Sin decheine in dero vocatione gentium die der e des uuaren clari ingenio. vnte instructi mundana sapientia! unte sie nu uuollent in fide also stark sin quasi murus super petram ædificatus! den offene uuir scientiam sacrarum scripturarum. ze diu. daz sie beide mit fortitudine fidei quæ per murvm significatur! unte mit ueritate sacrorum eloquiorum quæ per argentea propugnacula intelligitur! kunnen vnte mugen iro auditores beskirman contra hereticos. Sin abo decheine andere. die der nie ne sin profundæ sapientiæ. vnde sie iedoh iro auditores mit simplici doctrina kunnon imbuere. vnte uuizzon tempus tacendi & tempus loquendi. also daz ostium sumstunt clauditur. sumstunt aperitur! die mane uuir des. daz sie beide in selbon. ioch iro auditoribus sezzen uure ze bilidenne uirtutes & exempla patrum priorum. der memoria also indefectiua ist. samo cedrus imputri-

(n) MSC. Vratisl.
—— —— compingere glutine *levi*

(o) MSC. Id.
Indita divinis —— ——

(p) MSC. Id.
Immanescibilis durabit —— ——

(q) MSC. Id.
—— —— glutine *levi*

Ad Teuton. Paraphr.

19) Vœgel. *tuon.*

20) Merula legit: So siu hiro rades scal gegruozet uuerthan, *Quando alloquenda est.*] Sensus est, *Quum compellabitur de matrimonio*, vel (ut propius ad Francicæ paraphrasios verba accedant) *Quum alloquentur eam de consilii sui ratione.* h. e. quum pertentabunt ut sese habeat animus ejus ad nuptias. gruazen interim vel gruozen scriptoribus Alamannicis passim denotat *Alloqui*, *compellare*, *vocare.* er thanne thih Philippus gruazti, *Priusquam te Philippus vocaret*; Tat. XVII, 5. ubi vide annotata. quibus tamen ex Hymnis & Glossariis non incommode forte addantur, cruazzit unsih, *Provocat nos*; Hymn. XII, 1.
cacruaze uuan, *Provocet spes*; Hymn. V, 5.
ni kacruazze fiant, *Ne incitet hostis*; Hymn. XV, 3.
cruazenti, *Provocans*; Gloss. B, 37.
cakruazte, *Concitati*; Gloss. A, 11.
kicruazzet, *Inritetis*; Gloss. B, 27.
kicruozen, *provocent.* App. glossarii C. *Junius.* Annotator in edit. Merulæ *cito* interpretatur; Sed male. *Schilter.* Petr. Scriver. legit: *biro rates.* Conf. Staden. in Expl. Voc. Bibl. Germ. p. 666. *Scherz.*

21) Merula:

Digitized by Google

Tempora dicendi ſervabunt atque tacendi,
(r) In fidei fores adducent quosque minores.

illud tabulis cedrinis.

putribilis eſt! vnte ſie ouh latitudinem karitatis quæ per tabulas cedrinas intelligitur. behalten erga Deum & proximum.

Vox Eccleſiæ.

[*Pag.* 159.]

Vers. 10.

Murus ego fortis, mea ſed ſunt ubera turris,
Ex quo pacificum ſibi mens mea ſenſerat illum.
In fidei petra quia ſum ſuper ædificata,
Et lapides vivos fraterno glutine iunctos
In me contineo, muri vice firma manebo.
Cum mihi ſint plures hæc infra mœnia cives,
Sunt tamen inſignes (s) qui fratrum munia agentes
Ubera lactis habent, dum blando dogmate ſuadent
Mentibus infirmis: nec non velut ardua turris
Defenſare bonos norunt, arcere doloſos,
Hos merito turri quæ cunctæ præminet urbi
Hinc liquet eſſe pares, quoniam mores populares
Præcellunt vita, morumque habitudine mira.
Hoc decus unde mihi? Nimirum munere ſponſi.
Qui prius ancillæ dans gratis nomen amicæ,
Fecit apud patrem proprio mihi ſanguine pacem.

EGo murus. & ubera mea ſicut turris! ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens.

ICh bin ſelbo als ein mura! vnte ſint abo mine ſpunne als ein uuighus! uon den ſtunton. daz ich frido unte ſine hulde guan. Veſti mura bin ich eccleſia de gentibus. uuant ich ſuper firmam petram. i. ſuper fidem ſponſi bin ædificata! vnte ouh de uiuis & electis lapidibus bin compacta. Mine ſpunne ſint als ein uuighus! uuante ſumeliche ſo eminentes ſint in minen membris! die der iro auditores kunnon enutrire mit vberibus ſpiritalis doctrinæ! vnte ſie ſe mugon quaſi turris beskirman contra ſpiritales nequitias. unte contra hereticos. Vone dannan ſint die doctores demo uuighus glich! uuante ſie anderen den populum alſo uerro vber treffent mit uitæ ſanctitate! alſe daz uuighus andere die menia ciuitatis vber triffet mit celſitudine & decore. Die era ne habon abo ich niet. uon decheinen minen meritis! ſunter vone mines ſponſi gnadon. der mir pacem hat guunnan gegan ſinen vater. mit effuſione ſui ſanguinis.

Synagoga de Eccleſia.

[*Pag.* 161.]

Vinea pacifico fuit, iſtæc, cuius origo
Parvula, nunc ſecum trahit omne genus populorum.
Vinea pacifici debet plebs credula dici,
Non ea Iudaico primum ſata palmite pauco,
Unius & gentis circumdata finibus artis:
Sed quæ gentili de germine cœpit oriri,
Iamque ſuos omnem ramos extendit in orbem,
Omnibus in populis dignis habitanda colonis.
(t) Hanc qui plantavit cuſtodibus ipſe locavit
Eccleſiæ ſponſus culturam impendere promptus
Spiritibus ſuperis Doctoribus atque Prophetis
Hanc defendendam contradidit atque colendam. Mille

Vers. 11.

VInea fuit pacifico! uinea quæ habet populos.

DEr [21] ſuonare hat einen uvingarton. der die menige des liutes hat. Der min dilectus. der uerus ſalomon. der mit ſinemo tode ſuona hat gemachet inter Deum & hominem! der hat eine eccleſiam. quæ eſt vinea ſua. [22] Ine meinon niet die eccleſiam in iudæa. paucis palmitibus plantatam. vnte unius gentis finibus coartatam! ich meino eccleſiam de gentibus. div der iam extendit palmites ſuos usque in fines orbis tertæ! unde div der infra maceriam ſuam

(r) MSC. Vratisl.
In *fideique* fores ——
(s) MSC. Idem.
—— —— qui *matrum* munia agentes
(t) Hi quatuor verſus in editione Merulæ plane omiſſi e MSC. Vratisl. reſtituti ſunt.

Ad Teuton. Paraphr.

21) Merula: *ſuonere.* Ad quem locum Junius: *Suonere,* Pacificus.] Ita mox hac ipſa pagina; ther mit ſinemo dootha ſuona hauet gemachot, *Qui morte ſua expiationem fecit.* giſuonen, *Reconciliari;* Tat. XXVII, 2. kaſuannan, *Reconciliari;* Gl. B, 46. kiſuanida, *Pactio;* Gloſſ. B, 42.
ſuanta, *Paciſcebatur;* Otfr. IV, 29, 30.
du das ni truite biſunin, *Cum nullam reconciliandi fiduciam haberet;* Rhythmus de S. Annone, §. 40. Hæc *Junius.*
22) P. Scriv. recte: *ih ne meinon.* Scherz.

Mille nomiſmatibus vir fructum comparat ejus.
A virtute viri cum conſtat nomen oriri,
Strenuus ille vir eſt, qui mercenarius haud eſt,
Sed totis ſtudiis eſt cultor vineæ herilis:
Huic quoniam ſperat ſibi quo vindemia cedat
Sordeſcunt nummi, ſed & omnis gloria mundi,
Nunc ut in Eccleſia lucratus herilia lucra,
Iure boni ſerui tunc gaudeat euge perenni.

los. Tradidit eam cuſtodibus. Vir affert pro fructu eius mille argenteos.

ſuam hat begriffan aller slahta liute. Der herro. der den uuingarton pflanzeta! der hat imo uuinzurnela geſezzet. Min ſponſus hat ſine eccleſiam biderben agricolis beuolehan! prophetis. apoſtolis. doctoribus. Er hat iro ouh geskaffet diu angelica præſidia! mit den siv beuuaret uuirdit contra temptationes. & dœmonum infeſtationes. Der man der gibit duſvnt ſilberinero phenningo! [23] daz er des uuintemodes muoze gebruchan. Vir dictus eſt a uirtute. Uone dannan. der manlicher tugede iſt. der huotet des gerno. daz er in vinea domini niet mercenarius ſi. der in dero vindemia niet teil ne hat! ſunter agricola. der beide ſinemo herren uvirke! unter ſelbo an demo uuintemode teil habe. Demo ſo ze muote iſt! der gibet allen uverltlichen richtuom qui per millenariam ſummam intelligitur gerno hina! daz er der euuegon remunerationis niet ateilig ne uuerde.

Vox Chriſti.

[*Pag.* 162.]

Vinea quam ſevi, non excidet hæc mihi menti.
Quamvis Eccleſiam cuſtodibus ipſe tuendam
(u) *Tradiderim lectis doctoribus atque Prophetis,*
Non tamen abſentem ſed me ſibi proſpicientem
Dum mundus ſteterit cuſtodem ſemper habebit.
Mille tui nummi mihi credito ſunt tibi ſalvi,
Bis quoque centeni (x) *cuſtodibus adtribuendi.*
Mille nomiſmatibus ſignatas temporis huius
Divitias fluxas prudenti mente recuſas,
Ut manſura tibi ſerventur præmia cæli,
Non cadet hæc fruſtra tibi ſpes, retributio multa
Omne repenſabit quod quisque fideliter egit:
Qui tamen hic aliis inſudant erudiendis,
Mercedis duplæ (y) *capient hi præmia vitæ.*

Verſ. 12.

ULnea mea coram me eſt. Mille argentei tui pacifici & ducenti his qui cuſtodiunt fructus eius.

DOh ich minen uuingarton beuolehan habe den uuinzurnelon alſo du [24] zeliſt. die ſin huoten! ich tuon ſin iedoch ſelbo allíz ana uuara. Doh ich mine eccleſiam beuolehan habe prophetis. apoſtolis. doctoribus. vnte ich iro ouh geſcaffet habe diu angelica præſidia ad tutelam! ich bin iro iedoch ſelbo peruigil cuſtos. qui non dormito neque dormio. Die dine duſunt phenninga ſint dir gehaltan! unte zuirenzehenzog phenninga ſint den gehalten! die des uuingarten huotent. Vuante du diuitias mvndi quæ per millenarium figurantur uerkuifeſt. vnte [25] uermaneſt pro ſpe vindemiæ diu der bezeichenet dulcedinem æternæ retributionis! ſo iſt dir gehaltan copia cæleſtium præmiorum. quam oculus non uidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis aſcendit! unte guinnont aber die duplicem remvnerationem præ aliis! die der vineam domini. i. eccleſiam eius cuſtodiunt! unte ad iuſticiam erudiunt multos.

Vox

(u) MSC. Vratisl.
Tradideram lectis *cuſtodibus* atque ——
(x) MSC. Id.
—— —— cuſtodibus *attribuendi:*
(y) Id. MSC.
—— —— capient hi præmia *jure*

Ad Teuton. Paraphr.

23) Hæc ultima non ſunt in textu Hebr. & Lat. Fr. Junius reddit: *ut ſibi liceat vindemia frui.* Belgæ: *dat hy des oofts mag gebruiken.* Vid. Gloſſ. meum in *manodo. Schilter.* Ultima hæc reapſe tamen textui inſunt. *Scherz.*

24) *Alſo thu zeliſt*, ſicut nominas] *zaldon, ſie aller uuiuo ſaligoſta*, prædicabant vel vocabant eam omnium fœminarum beatiſſimam. p. 115. *Junius.*

25) Vid. ſupra Notam ad hujus capitis num. 2.

26) Vœge-

Digitized by Google

Vox Chriſti.

[*Pag.* 164.]

PErvigil hortorum cultrix ſoror irriguorum,
Per modulos ſuaves tua vox mihi mulceat aures,
Hac etiam fidi ſatis oblectantur amici.
Quæ non præteriens ſed fixa habitacula ponens
Germina virtutum fructum facientia ſurſum
Cordibus in ſanctis velut hortis fructificandis
Tranſplantare cupis, (z) *tibi ſit conſtantia magis*
Voce ſonare meum quod geſtas pectore verbum:
Hæc iucunda mihi vox eſt, gaudent & amici
Hinc ſuperi cives, tibimet quos ipſe fideles
Tutores ſtatui, quin congaudere ſaluti
Fraternæ norunt animæ quæ corpora linquunt.

Verſ. 13.

QUæ habitas in ortis! amici auſcultant. fac me audire vocem tuam.

DU da buiuveſt in den garten! dine friunt horechent des. la mih dine ſtimma [26] uerneman. O ſponſa. du der fliz habeſt allizana uirtvtum germina zepflanzene in dinen auditoribus. unte ouh daz niet tranſeunter ne tuoſt. uelut in tugurio manens & cito receſſura. ſunter ſtatlicho buentiv! kunde min euangelium allen den mugiſt! uuanda mir lieb unte luſtlich iſt. dine ſtimma zeuernemene! uuanda du mine gloriam quæris. non tuam. Dine friunta horechent gerno diner ſtimmo! uuante die angelici ſpiritus. die ich dir amicos unte defenſores habo gemachot. unte die animæ iuſtorum quas de tuo cœtu ad me aſſumſi! die mendent ſich dinero prædicationis. unte fraternæ ſalutis.

Vox Eccleſiæ ad Chriſtum.

[*Pag.* 166.]

AUfugiens a me procul hinc dilecte recede,
Exemplo capreæ mihi te tamen hinnuleique
Montibus ex altis monſtrans & aromate fœtis.
Præcipis ut verbum divulgem ſponſe receptum,
Perque ſonos ſuaves mea vox tibi mulceat aures,
Parebo monitis, ſed cum tu victor abibis,
Liberius ſacri complebo munia verbi,
Exemplum capreæ ſi tu tamen hinnuleique,
Quæ nunc cernuntur ſed mox in opaca feruntur,
Geſſeris erga me, præſens ut tu Deitate
Sæpius oſtendas quia non me ſponſe relinquas,
Perque tuos Sanctos quos vita probabilis altos
(aa) *Sic facit, ut meriti ſint culmine montibus æqui,*
Quos & aromaticis virtus contemperat herbis,
In quibus ipſe habitas, ſponſam dilecte reviſas.

Verſ. 14.

FUge dilecte mi. & aſſimilare capreæ hinnuloque ceruorum. ſuper montes aromatum.

FLiuh uone mir uuine min! uuis glich der reion. vnte demo hintkalbe. in den bergon dero ſtankuvurzo. Du gebutteſt mir o ſponſe. daz ich tin euangelivm kunde allen den muge! dar zuo ne mag ich mich gemuozegan. quamdiu tu ſponſus nobiſcum es. So du per aſcenſionem uuirdiſt receptus ad paternum confeſſum! ſo mag ich danne liberius uberal kundan din euangelivm. Vone dannan skeide uon mir per aſſumtam humanitatem! vnte skeine mir iemitton dine helfa per diuinitatem! tuo daz inſtar capreæ & hinnuli. die man ſumſtunt ſihet. ſumſtunt nie ne ſihet! unte laz daz uuerdan in montibus aromatum. ſcilicet an dinen heiligon quorum conuerſatio in cælis eſt. alſe an den hohen bergon vnte die den odorem & famam uirtutum de ſe ſpargunt. alſe die tiuren ſtankuuvrze.

(z) MSC. Vratisl.
—— —— tibi ſit conſtantia *jugis*

(aa) MSC. Idem.
Hic verſus in Codice laudato prorſus omiſſus eſt.

Ad Teuton. Paraphr.

26) Vœgelin. habet: *vernoman.*

* * *

Denique notandum, quod tituli in editione Merulæ additi. *VOX CHRISTI. VOX ECCLESIÆ. SYNAGOGA DE ECCLESIA* &c. in Codice MSC. Vratisl. plane deſiderentur, initio excepto.

Digitized by Google

Digitized by Google

JOANNIS SCHILTERI
JCti olim Argentoratensis

THESAURUS ANTIQUITATUM TEUTONICARUM,

SACRARUM, CIVILIUM, LITERARIARUM,

TOMI PRIMI

PARS ALTERA.

Digitized by Google

Series Monumentorum

Partis ſecundæ Tomi Primi.

IV. B. ISIDORI HISPALENSIS *de Nativitate Domini*, Fragmentum è libro illus I. ad Florentinam Sororem contra Nequitiam Judæorum: in Francicam Linguam veruſtiſſimam translatum : una cum textu Latino Iſidori.

V. *Regula* S. BENEDICTI, à KERONE *Monacho S. Galli* mille abhinc annis in Alemannicam interlineari verſione translata. Nunc primum è MSS. veruſtiſſimo Cœnobii Sangallenſis eruit R. P. *Bernardus Franckius*. Recenſuit & notis illuſtravit *Jo. Georg. Scherzius*. Additæ ſunt Variæ Lectiones textus Latini.

VI. INDEX EVANGELIORUM Dominicalium & Feſtivalium Veteris *Eccleſiæ Anglo-Saxonum* : deſcriptus à *Schiltero*.


VII. KALENDARIUM *Vetus Germanicum*, è Codice MSS. Argentinenſi, Seculi XIII. deſumptum.

VIII. MONUMENTA CATECHETICA Teutonum, Alemannica, Francica, Saxonica, Gothica, Yslandica, &c. variis è libris ſtudioſe congeſta, per eundem.

IX. RHYTHMUS DE S. ANNONE Colonienſi : Ex editione & cum Notis *Mart. Opitii*; Accedunt verſio Latina & Notæ *Joannis Schilteri* : novæ item *Jo. Ge. Scherzii*.

BEATI

Digitized by Google



BEATI ISIDORI JUNIORIS HISPALENSIS ARCHI-EPISCOPI AD FLORENTINAM SOROREM SUAM DE NATIVITATE DOMINI, PASSIONE ET RESURRECTIONE REGNO ATQUE JUDICIO.

Caput II.

Quod Christus ante Secula ineffabiliter à patre genitus est.

§. 1

QUod si quæritur quando vel quomodo pater filium genuerit, respondeo, cur quæritur tempus, quando sit Dei Filius genitus, dum sit sua nativitate æternus? Sicut scriptum est de eo, egressus ejus à principio à diebus æternitatis. Et iterum ante solem permanet nomen ejus, & ante lunam sedes ejus. Sed & pater eundem ante Luciferum, id est ante omnia tempora genuisse testatur, quod & ipse Filius DEI verbum, virtus & sapientia, de sua nativitate confirmat, dicens: Nec dum erant abyssi, & ego jam concepta eram, nec dum fontes aquarum eruperant, nec dum montes gravi mole constiterant, ante colles ego parturiebar, adhuc terram [*Isid. p. 239. lit. Gg. Paltheu. Not. Ddd. p. 389. seqq.*] non fecerat, & flumina & cardines orbis terræ. Quando præparabat cælos aderam: quando certa lege gyro vallabat abyssos: quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens. Tali igitur auctoritate ante omnia secula filius à patre genitus esse declaratur: quando à patre per illum cuncta creata esse noscuntur.

NB. Caput I. & Secuodi Pars in MCtis deest, quare contextus gratia, verba antecedentia latina ex Jacobo du Breul, omnium Isidori operum collectore huc apponere, consultum duxi.

NB. Hucusque verba ex codice impresso, sequuntur nunc ex MCto.

noh umbihringa mittungardes erdha. Dhuo ir himilo garuuida dhar uuar ih: dhanne ir mit ercna euua abgrundiu uuazssar umbihringida, dhuo ir erdha Fardila uuardh *mit imu uuar ih dhanne aldhiz frummend. chit mihhiles herduomes archundin ist iu so offenliihho armarit, dhazs Christ GOtes Sunu er allem uueraldim fona Fater uuardh chiboran dhanne ist nu chichundit: dhazs fona demu almahtigin Fater dhurah inan ist al uuordan dhazs chiscaffanes ist.*

Digitized by Google

§. 2. Illud denuo quæritur, quomodo idem sit genitus, dum sacræ nativitatis ejus archana nec Apostolus dicit, nec propheta comperit, nec Angelus scivit, nec creatura cognovit. Esaia testante qui dicit: [Es. cap. 53.] Generationem ejus quis enarravit? Idcirco si ejus nativitas à propheta non potuit enarrari, quis confitebitur nosse, quomodo potuit à Patre Filius generari. Hinc est & illud in libro Job: [Job. 28.] Sapientiam Dei Patris unde invenies? latet enim ab oculis hominum, & à volucribus cæli absconsa est, id est etiam ipsis angelis incognita. Item ibi: Radix sapientiæ cui revelata est? origo scilicet Filii DEI. Ideoque quod etiam super Angelorum intelligentiam atque scientiam est, quis hominum potest narrare?

§. 3. Scire autem manifestum est solum patrem, quomodo genuerit filium, & filius quomodo genitus sit à patre. Si quidem & gignendi filii quæritur ratio, eo quod filius non nisi ex duobus nascatur. Habeat inquam sibi hujusmodi generis ortum condicio caduca mortalium: Christus enim ex patre ita emicuit, ut splendor è lumine, ut verbum ab ore, ut sapientia ex corde.

Cap. III.

Quia Christus DEus & Dominus est.

§. 1.

POst declaratum Christi divinæ nativitatis mysterium deinde, quia idem DEus & Dominus est, exemplis Sacrarum Scripturarum adhibitis demonstremus.

§. 2. Si Christus DEus non est, cui dicitur in psalmis: [Psal. 45, 7.] Sedes tua DEus in seculum seculi, virga æquitatis, virga regni tui: Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te DEus DEus tuus oleo justitiæ præ consortibus tuis? Quis est igitur iste Deus, unctus à Deo? Respondeant nobis. Ecce Deus unctus à Deo dicitur, & utique Christus ipsa unctione monstratur, cum Deus unctus insinuatur. Dum enim audis Deum unctum, intellige Christum. Christus enim à chrismate, id est ab unctione vocatur.

§. 3. Hunc Christum sub persona Cyri per Isaiam Pater Deum & Dominum ita esse testatur, dicens: [Esai. 45.] Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cujus adprehendi dextram ut subjiciam ante faciem ejus gentes & dorsa Regum vertam, & aperiam ante eum januas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo, portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam & dabo tibi

§. 2. Dhatzs ſuohhant auur nu ith niuuues, huueo dher ſelbo ſii chiboran, nu ſo iſt in dheru ſineru heilegun chiburdi ſo laucg al Fater chiruni, dhazs ni ſaget Apoſtolis, endi foraſago ni bifarit, noh Angil GOtes ni uuiſta, noh einic chiſcaft ni archennida. Iſaias ſo feſtinoda dhar ir quhad: Chriſtes chiburt huuer ſia chirahhoda? Bidhiu nu ibu dher Gotes foraſago Chriſtes chiburt ni mahta arrahhon, huuer ſih der biheizſſit ſia zi archennanne, huueo dher Suna mahti fona Fater chiboran uuerdhan. Vmbi dhazs ſelba quhad auh in Jobes boohhum: Spahida dhes Gotliihhin Fater huuanan findis? dhiu chiholan iſt fona manno augom, ioh fona allem himil fleugendem iſt ſiu chiborgan, ſiu iſt chiuuiſſo ſelben angilum unchundiu. Sodhar auh iſt chiſcriban: Dhiu unrza dhera ſpaida huuemu ſiu uuard antdhechidiu? dhiu chiuuiſſo iſt bighin GOtes Sunes. Bidhiu huuanda dhazs ziuuare iſt ubar hepfendi Angilo firſtandan ioh iro chiuuizs, huuer manno mac izs dhanne chirahhon?

§. 3. Ziuuizſſanne iſt nu uns chiuuiſſo dhazs Fater einemu iſt dhurahchunt, huueo ir ſunu chibar, endi ſunu huueo ir chiboran uuard fona Fater. Soſama auh nu dheſſes chiboranin Sunes ſuohhant redha, bidhiu huuanda Sunu niſt nibu fona zuuem chiboran uuerdhe. Endi hebit zi dhemu ſelbin ſiniu chiburdi bighin dhiu zifarande chiſcafft dhero dodhlichhono: Chriſtus auur ſus quham fona Fater ziuuare, ſo ſelpſo dhiu berahtniſſi fona ſunnun, ſo uuort fona munde, ſo uuiisduom fona herzin.

Cap. III.

Hear quhidit umbi dhaziChriſtus Got endi druhtin iſt.

§. 1.

ÆFter dhiu dhazs, almahtige Gotes chiruni dhera gotlichhun Chriſtes chiburdi chimarit uuard, hear, ſaar after nu mitgareuuem bilidum dher heiligi chiſcribes eu izs archundemes, dhazs ir ſelbo Chriſtus iſt chiuuiſſo Got ioh Druhtin.

Minne, Got muſſe mich an dir rechen,
Uuie vil du minem herze der fröde uuendeſt.

Retinent & Germani inferiores; at ſuperioribus inter prætextata eſt fere ac obſcæna.

40) *Ub büff Criſt finis crucis vanin*] Vexillum crucis. Prudentius Pſychomachiæ lib.

Vexillum ſublime crucis, quod in agmine primo
Dux bona prætulerat, defixa cuſpide ſiſtit.

Venant. Fortunatus:

Vexilla Regis prodeunt.
Fulget Crucis myſterium.

Et ita Conſervator noſter triumphans de morte antiquitus depingebatur. Ionas Aurelianenſis Epiſc. lib. II. de cultu imaginum de vexillo crucis ſæpe; cum quo exhibent & Chriſtianos Imperatores devicto paganiſmo nummi veteres. Conſtantinum M. ſignum crucis, quod de cœlo ſibi fuerat demonſtratum, in militaria vexilla transformaſſe, ac labarum, quem dicunt draconem, in ſpeciem crucis dominicæ exaptaſſe, idem Jonas refert. De vocabulo *vane* ſive *fane*, ejusque varia ſignificatione, accurate Lindenbrogius in Gloſſario ad Leges Veteres, & Henricus Spelmannus Eques Anglus in Archaiologo Londini ante hos XII. annos edito, cujus partem alteram adhuc deſideramus.

41) *Beſtén*] Sepultus. Belgis, *beſteden.* D. Iacobi autem reliquias Hieroſolymis Romam latas aſſerunt literæ, quæ feruntur, Leónis III. Papæ & Callisti II. ut obſervat in magno opere Baronius.

42) *In Epheſo*] Chryſoſtomum ac Theodoritum diverſæ ſententiæ eſſe, Iohannem nimirum in Patmo inſula exceſſiſſe, Ioſ. Scaliger ad Euſebii Chronic. annotat. Huc facientia videſis imprimis apud Baronium notationibus in Martyrol. Roman. ad d. XXVII. Decembr.

43) *Manigirslahte*] mancherley. Willeramus: *Unte manigslahtigen virtutibus*, apud eund. *allerſlahte*, allerley.

44) *Uuitin*] uueitleufftig. Ita infra aliquoties.

45) *Die*

VI.

45 Die Trojaniſchen Vranken
Si sülin is 46 iemir Gode danken,
Daz her ün ſo manigin heiligin havit geſant,
So iz dar in 47 koln iſt gewant,
Da dir reſtit 48 ein sülich menige 100.
Van ſenti Mauriciin 49 herige,
50 Vnt eilf tuſent 51 megide
Durch Criſtis minn irslagene.
Manige biſchof alſo 52 herin,
Die dir 53 ceichinhaftig warin, 105.
Als iz 54 mer iſt vane ſent Anno,
Des love wir Criſt mit ſange.

II. 55 Ce

VI.

Trojani Franci
Debent perpetuo DEO gratias agere,
Quod is illis tot Sanctos miſit,
Qui hîc Coloniæ diverterunt.
Ubi tibi quieſcit tanta multitudo
De S. Mauricii exercitu:
Et undecies mille virgines
Ob Criſti amorem interfectæ.
Multi Epiſcopi admodum illuſtres,
Qui tibi miraculoſi fuerunt.
Sicut hoc celebre eſt de S. Annone,
Ob id laudamus Criſtum carmine.

VII. Co-

45) *Die Troianiſchen Vranken]* Nulli veterum auctorum, qui de rebus Troianis agunt, Francorum nomen auditum: ſed nec quicquam de illis, qui ante labantes imperii Romani vires ſcripſerunt. Aurelianus, quod ſciam, primus nominatur Fl. Vopiſco, qui tribunus legionis VI. Gallicanæ apud Maguntiacum illos repreſſit: Unde cantilena militaris: *Mille Francos, mille Sarmatas ſemel occidimus.* Cujus verſus Trochaici occaſione alius non viſus hucuſque apud Vell. Paterc. lib. II. viris doctis, aut neglectus ſaltem, addendus eſt in Lepidum ac Plancum, cum ille Paullum; hic Plancum Plotium fratres ſuos proſcriptioni Antoninianæ ſubjeciſſent:

De Germanis, non de Gallis duo triumphant Conſules.

Franciæ porro mentionem Eumenius Panegyrico ad Conſtantinum facit. Item Hieronymus in Hilarionis vita his verbis: *Inter Saxones quippe & Alamannos gens ejus non tam lata quam valida, apud hiſtoricos Germania, nunc vero Francia vocatur.* At latiſſimis, ut demonſtrari aliunde poteſt, finibus hæc gens circumſcribebatur, & credibile eſt, Germanos libertatis amantiſſimos, quam ferro & virtute aſſerebant, nomen hoc ab ipſa, *Thi Franken* die Freien, quaſi immunes ſervitute ac metu, ſumpſiſſe. Valeant igitur ſomnia de Francis ab ipſius Troiæ cineribus repetitis Hunibaldi, Adonis, aliorumque, quos tota armenta ſequuntur; eruditi etiam nonnulli Poëtæ Galli cum Principe ſuo Ronſardo, quos profeſſum tamen nomen abſolvit. Ad vocabulum vero *Franc*, & nunc uſitatum, pluribus agunt Lindenbrogius & Spelmannus. Franci pro liberis hominibus dicuntur in lege Ripuarior. Tit. XVIII. C. III. ac locis aliis quæ non compilo. At Francos ſero hoc nomine dictos, qui Germani vocitati fuerant, vel ex Procopio diſce lib. de bello Goth. *Opit.* Franci Trojani cognominantur ex vetuſto errore, quem retexi Obſerv. V. ad Chron. Jac. de Königshov. *Schilter.*

46) *Iemir]* Gloſſæ Lipſianæ: *Iemer, æternum.* Winsbeke:

Du gebe in dort din iemer leben.

47) *Koln]* Francos inferiorem Germaniæ limitem ad Rhenum tenuiſſe, ex tabula Peutingeriana, Auſonio, Agathia, Sidonio aliisque ſcriptoribus notum eſt. Quos illis fines certis ductus argumentis aſſignet Phil. Cluuerius, vide lib. III. Germ. Ant. cap. XX. Omnem autem gentis notitiam & quicquid huc facit magno ſtudio congeſſit in Originibus Francorum Ioan. Iſacius Pontanus.

48) *Ein ſülich menige Van Santi Mauriciin herige]* Martyrol. Rom. X. Kal. Octobr. *Secundi in Gallia, in loco Agauno, natalis ſanctorum martyrum Thebæorum, Mauricii, Exuperii Candidi, Victoris, Innocentii & Vitalis, cum ſociis ejusdem legionis, qui ſub Maximiano pro Chriſto necati, glorioſa paſſione mundum illuſtrarunt.* De Mauricio Venantius Fortunat. lib. II.

Quo pie Maurici ductor legionis opimæ
Traxiſti fortes ſubdere colla viros.

Ejus lanceam Cracoviæ aſſervari narrat Cromerus lib. III. de rebus Polonor.

49) *Herige]* cohortes, manipulos. *Here.* caſtra ſive exercitus. Unde *Herzog*, dux copiarum; *Herſchild*, clypeus militaris; nomen Alamannicum *Herman*, alia.

50) Undecies mille virgines. Gobelinus Perſona ſcripſit tractatum de Legenda XI. millium Virginum, & eam in dubium jam tum vocare auſus fuit. *Meibom. in vita Gobelini* H. Valeſius in Valeſianis pag. 49. ait: *Il y a eu une ſainte Urſule Martyre ſuivant la commune opinion. On ignore neanmoins de quel tems elle a été. Mais ſe ſuis tres-humble ſerviteur des onze mille viergas. La fable eſt un peu trop manifeſte, pour pouvoir la ſuffrir. Voicy ſur quoi cette erreur eſt fondée ſuivant la conjecture du ſavant Pere Sirmond. Ceux qui ont forgé cette belle hiſtoire, aiant trouvé dans quelques Martyrologes MScrits;*

SS. URSULA ET UNDECIMILLA V. M.

C'eſt à dire: Sanctæ Urſula & Undecimilla Virgines Martyres. & s'étant imaginez qu' Undecimilla avec l' V. & l' M. qui ſuivoient, etoit un abregé pour Undecim millia Virginum Martyrum. Ont fait là deſſus ce Roman que nous avons aujourd'huy. Je ne comprens pas comment les Docteurs de Sorbonne, parmi lesquels il y a tant d' habiles gens, ont bien voulu laiſſer pour Patrones tutelaires de leur Egliſe cette troupe de ſaintes de contrebande, pendant qu'ils en avoient à choiſir tant d' autres de bon alloy.

51) *Megide]* Virgines. Infra n. XXXI. Chronicon antiquum a Meibomio citatum ad Northov. Origin. Marcan.

Nam hernach Keiſerlicher acht
Zu Northuſen ſin Iunckvrouulin
Beatricem das Megetin.

52) *Herin]* Herrlich: ut num. ſeq. *heror*, herrlicher.

53) *Ceichin haftig]* miraculis inſignes.

54) *Mer]* fama. num. X. & XXXVII. Otfrido *mari.* Willeramo, *maara*, nuncium. Belgis hodie *maere*, pro fama & nuncio; noſtratibus fere pro fabula, *ein merlein. Unmâre*, ignobile, minus glorioſum. Gravenberg laudante Goldaſto ad Winsbekium:

Im uuas dahaim unmâre
Sich verligen ainen tak.

Digitized by Google

VII.

55 CE Kolne was her 56 gewihet biſchof.
Des ſal diu ſtat iemir loben Got,
Daz 57 in der ſconiſtir burge
Die 58 in diutiſchemi lande ie wurde,
59 Rihtere was der 60 vrumigiſti man,
Der ie 61 ci Rini biquam:

Ci diu daz diu ſtat deſti heror 62 diuhte,
Wandi ſi ein ſo wiſe 63 herdum irluhte,
Vnte diu ſin dugint deſti 64 pertir weri,
Daz her einir ſo herin ſtedi plegi.
Koln iſt der heriſtin burge ein,
Sent Anno braht ir ere wole heim.

VIII.

OB ir willit 65 bekennin
Der burge aneginne,
So virnemit umbi die 66 grimmin heidinſcapht
Dannin den aldin burgin quam diu crapht.
67 Ninus

VII.

Coloniæ conſecratus fuit Epiſcopus,
Ideo debet hæc urbs perpetuo laudare DEUM.
Quod in pulcherrima urbe,
Quæ in Teutonica regione unquam fuit,
Iudex fuit probiſſimus vir,
Qui unquam ad Rhenum pervenit.
Ad hoc, ut hæc urbs eò magis præcelleret,
(illuſtrior evaderet.)
Quandoquidem eam tam ſapiens Princeps illuſtraret.
Atque hæc ejus virtus eò illuſtrior eſſet,
Quod uni tam præcellentium urbium præeſſet.
Colonia eſt illuſtriſſimarum urbium una,
Sanctus Anno ipſi gloriam bene intulit.

VIII.

SI vultis cognoſcere
Hujus civitatis originem,
Percipite de tyrannico paganiſmo,
Unde priſcis civitatibus venit potentia.

Ninus

Retinent Sileſii, ut vocabula veterum plurima, quorum uſus jam alibi vel rarus, vel nullus.

55) *Ce Kolne]* Ex ſchola Babinbergenſi, cujus magiſter fuerat, pertractus ab Henrico III. Imp. in aulam, exactis illic aliquot annis apud Confluentiam Colonienſis Eccleſiæ Epiſcopus lectus eſt, Hermanno nominis hujus Præſule ſecundo ex hac luce ſubtracto; ut ait monachus Sigebergenſis Annonis æqualis ſcriptor ejus vitæ, quam exhibet Laur. Surius Tomo VI.

56) *Geuuihet]* A. C. MLV. V. Non. Martii, eodem auctore.

57) *In der ſconiſter burge]* urbe pulcherrima Germaniæ. *Urbem magni nominis* eam vocat Amm. Marcell. lib. XV. *urbem munitiſſimam* lib. XVI. πόλιν ἰσχυροτάτην τῷ Ῥωμῃ μεγίστην, *urbem adſitam Rheno maximam*. Zoſimus lib. I. Notitia Civitatum & Provinciarum Gallicarum poſt Schobingerum, Bertium, Sirmondum, nuper ab Andr. du Cheſne Tom. I. Hiſtor. Franc. Scriptor. ex emendatione Ioſ. Scaligeri accuratius edita: *Metropolis* (Provinciæ Germ. II.) *Ciu. Agrippinenſium, id eſt, Colonia.* Ita primus illi locus in diviſione regni inter Karolum & Hludouuicum Reges facta; ut & alibi.

58) *In Diutiſchemi lande]* Otfridus præfat. in lib. Evangelior. *Theotiſce conſcriberem.* Walafrid. Strab. lib. VII. de reb. Eccleſ. *Secundum noſtram barbariem, quæ eſt Theotiſca.* Leg. Longobard. lib. I. tit. XIV. l. XV. *Quod nos Teudiſca lingua dicimus heriliz*, Belgæ *Duitſchen* vel *Duytſchen* Saxones *Dûdſchen*, Dani *Tydsker*, Itali *Todiſchi.* Græci recent. τυτίσκοι.

59) *Ribtere]* Judex, Præſul.

60) *Vrumigiſti]* Frömeſte, pientiſſimus.

61) *Ci Rini]* ad Rhenum n. XXIII. Winsbeke.

Sun bohgeburt iſt an dem man
Und an dem uuibe gar verlorn
Da uuir nibt tugenden kieſen an,
Als in den Rin geuuorfen Korn:
Suuer tugende hat derft nuolgeborn.

Qui verſus propter ſingularem elegantiam adduci merentur.

62) *Diuhte]* dauchte, videbatur. *Opit. Diuhte*, interpretatur M. Opitius, *dauchte, videbatur.* Sed id quod videtur & apparet duntaxat, revera non eſt, quod videtur. Id quod contra mentem Poëtæ noſtri. Itaque magis eſt, ut *diuhen* ad Verbum *Thihen*, quod etiam *diehen* apud Notkerum ſcribitur, quod eſt evadere, progredi, creſcere. Vid. Gloſſar. noſtr. *v. Thihen.* Schilt.

63) *Herdum]* Willeramus: *Uuie luſſam dine genge ſint bertuomes dohter in denemo geſcuobe;* ut habet Ms. *Hertuom*, nobis herſchafft; ab *Her*, herus, & particula *tuom* ſive *duom* aut *dom*, ut *Keiſertum*, *Herzogtum*, *Eigentum.*

64) *Pertir]* Quid hoc vocabuli ſit ignorare me fateor; & eroſa eſt in membrana illius medio litera, conjecturis vix revocanda. Forte, *breiter*, id eſt, major, latior, legendum. *Opit.* Non opus hac conjectura, eſt enim *Pertir* vel *Bertir* & comparativus à *Bert*, vel *Pert*, h. e. illuſtris, clarus. de quo in eod. Gloſſar. voc. *Beraht.* Schilter. Poſitivus *pert*, pro quo frequentius legitur *bert*, *beraht*, *bereht*, *brecht*, eſt: *clarus*, *lucidus*, *illuſtris.* Hinc nomina *Albert*, omnino clarus. *Dagobert*, Heros vel Miles clarus. *Filibert*, multum clarus &c. in Gl. Keronis eſt: *foraperabtida*, præclara. Conf. Palthen. ad Verſ. Tat. pag. 386. & Stad. in Expoſ. Voc. Bibl. Germ. p. 481. Verſum itaque hunc ita redde:

Et ejus (Annonis) *virtus eo illuſtrior fieret.*
Scherz.

65) *Bikennin]* ſcire, noviſſe.

66) *Grimmin]* Grimmige, fera, indomita. Sic apud Willeramum *heitere*, pro heiterkeit, ſerenitas: *vinſtre*, pro finſterniſs: *ſmeiche*, pro, ſchmeicheley; *einvaltige*, *gehorſame*, ut eſt in Ms. pro: *einfaltigkeit*, *geborſamkeit*, quod edidit Merula. Et hoc notare debui propter magnum ex nobiliſſimo quodam ſodalitio noſtro heroa, qui ea parte qua ſic loqui cum antiquitate in Pſalmis a me editis conſuevi, emendari loca quædam, quamvis imperare Princeps optimus potuiſſet, rogavit. Ob alia illius operis, tantis laboribus ac diligentia, quod abſque jactatione dixerim, mihi conſtantis, vellicare me clanculum videtur alibi impudens os Theologaſtri cujusdam parvuli; cui cum auctoritatem ac diverſam ſummorum ſeculi virorum ſententiam opponere poſſim, calcitronis aſini ſtupor æſtimandus mihi non eſt.

67) *Ninus*

Digitized by Google

[67] Ninus hiz der eriſti man
De dir ie [68] [der ie] volcwigis bigan.
Her [69] ſaminodi ſchilt unti ſper,
[70] Des lobis was her vili ger.
[71] Halſpergin unti [72] brunievn [bruniun]
Dü gart er ſic, ciih [ſich ciſt] ſturm.
Die helmi ſtalin [73] heirti,
Du ſtift er [74] heriverti.
Diu liute warin [75] unz an diu
[76] Vil ungeleidigete.
Ir iwelich haviti ſin lant,
An din andirin ſich [77] niwiht ni want.
Vngewenit warin ſi ci wige,
Vili lieb waz daz Nino.

Ninus dicebatur primus vir,
Qui unquam bella ſuſcepit.
Collegit ſcuta ac haſtas,
Gloriæ erat valde cupidus.
Collaria & loricas,
Tunc præparavit ſe ad oppugnationem.
Galeas æreas fabricavit,
Tunc inſtituit expeditiones (militares)
Homines erant usque huc
Multum illæſi (quieti, pacifici)
Quilibet (populus) habebat ſuam regionem.
Ad alios ſe nequaquam vertebat.
Inconſueti erant ad bella,
Multum gratum erat id Nino.

IX.

NInus leirti ſini man aribeiti lidin,
In [78] geweſinin ritin,

IX.

NInus docebat ſuos homines labores tolerare,
In armis ambulare,

Daz

Ut

67) *Ninus biz der eriſti man]* Juſtinus ex Trogo Pompejo lib. I. cap. I. *Primus omnium Ninus, rex Aſſyriorum, veterem & quaſi avitum gentibus morem nova imperii cupiditate mutavit. Hic primus intulit bella finitimis, & rudes adhuc ad reſiſtendum populos, terminos uſque Lybiæ perdomuit.*

68) *Volcuuigis]* Gloſſæ Lipſii: *uuige* prælium, bellum: *uuigis*, belli, *uuiga*, prælia. Otfrid. lib. II. Evangeliorum.

Thie in herzen ni eigen nih einaz uuig;

Id eſt, qui animo nullum bellum moliuntur. Hinc apud Willeramum *uuighuis*, caſtrum ſive caſtellum, & apud Poetas noſtrates: *Küne uuigant*, ut *küne degen*, *küne held*, *küne reken*, quæ ſynonyma ſunt.

69) *Saminodi]* congregabat n. XXV. XL. Otfrid. *Samanoti*, geſammlet. Kero: *Cænobitarum, Samanungono. Cænobiis, ſamanungu.*

70) *Des lobis uuas her vili ger]* Avidus erat laudis. Idem Frater Sangallenſis: *Deſiderare, Keroon. Deſiderium, Kirida.* Confeſſio vetus: *Oto thuruh anderes mannes giſpenſti, girida, abunſtes;* vel aliorum hominum ſuaſione, concupiſcentias, invidias. Ita *geren* pro begeren. Winsbekia ad Filiam.

Suuer hober minne tuuingen gert
Der ſol vnfüge laſſen gar, und machen ſich
den uuerden uuert.

71) *Halſpergin]* Auctor de geſtis Theoderici Bernenſis:

Da die zuuen chuone man
Zü dem ſtreit geſprungen,
Ir halſperg erklungen.

Et iterum:

Blodleins Rekhen die uuaren allgar.
Mit tauſend halſperg huoben ſi ſich dar.

Ubi *Halſperg* idem eſſe quod arcus exiſtimavit Lazius. Sed ego audiendum illos cenſeo, qui loricas ſic dici aſſerunt, ac μετωνυμικῶς ipſos loricatos & cataphractos in expeditionem ducendos. Inter hos Marq. Freherus Gloſſario ad Script. Rer. Germanicar. & Spelmannus ad particulam *Hauber* Ἕτυμον vocabuli eſt ab *hals* & *bergen*. Winsbeke:

Suuer ſich vor ſchanden uuil befriden
Der mag gebergen nicht den lib, er müs en-
blanden den an liden.

Et vulgo dicimus: *Er iſt geborgen;* ſervatus eſt. Sic *bereberga*, caſtrorum ſtatio, ubi exercitus ab hoſtium injuriis conſervatur. Hodie pro omni diverſorii loco, ut Gallis quoque & Italis, in quo peregrinantes ab injuria tempeſtatum ac latronum defenduntur; ut animadvertit Goldaſtus.

72) *Brunievn]* Sunt qui galeas ſic dictas putant. At quia de illis verſu ſequenti, placet pro thorace potius accipere. Gloſſar. Latino Theotiſc. *Thorax militare munimentum, lorica, Brunia.* In LL. Æthelſtani Regis Anglo-Saxon. cap. XXVI. *Byrne, and Helm, and ofergildene ſueord.* Quæ loca Lindenbrogius adducit. Anonymus a Gold. laudatus in Ecken Uſfart de filiis Ruzinæ gigantis;

Die riſen uuaren beide uuol
Geuuapnet, als man recken ſol,
Da in zuuo brinne veſte.

Opit. *Halſpergin* & *Brunium* pro iisdem habet Opitius. Sed tautologia foret, quæ non facile admittenda. Atque tria fuerunt initio munimenta corporis militum, Brunia, pectoris, Halſperg colli, & Helm, capitis. Vid. Gloſſar. noſtr. v. Brunia. Poſtea uno contextu etiam compoſita. *Schilt.*

73) *Heirti]* härtete. Kero: *Dura, hertiu. Duros, herteem.*

74) *Heriverti]* *Heerfarten; expeditiones bellicas,* ἐξοπλασίας. Chronicon ineditum, quod penes me eſt, Merborti cujusdam:

Do der Keyſer beym Kart,
Zuhant bot er ein hervart.

Ubi obiter obſerves licet, *bot er ein hervart* ita dici ut nunc *Auffgebieten; das auffgebot ergeben laſſen. Here*, exercitus. Inde majorum *Herebannum*, indictio exercitus. *Hereſchildt*, clypeus militaris, ut auctor Chronici Laurishamenſis explicat: *Herireita*, equitatura: *Heriſtelli*, locus caſtrorum, & quo adhuc uti conſuevimus, *Herold*, fecialis.

75) *Unz andiu]* Kero: *uſque, unzin.*

76) *Vil ungeleidigete]* f. agreſtes, indomiti: aut illæſi, intacti. Plane autem reſpicit Poeta ad Juſtini locum: *Populus nullis legibus tenebatur: arbitria principum pro legibus erant. Fines imperii tueri magis, quam proferre, mos erat: intra ſuam cuique patriam regna finiebantur.* Opit. Hic verſus videtur mancus, nec rem extricat Opitius ſatis, nec tamen mutavi quicquam, ſed expoſui ad verbum. *Schilt.* Textus nullo defectu laborat. *Scherz.*

77) *Niuuiht niuuant]* Niemand ſich kehrete.

78) *Geuueſinin]* n. XXIV. Gloſſariolum Lipſianum: *Giuuepene, arma.*

Daz ſi vreiſin
[79] Gidorſtin [80] irbidin,
Schiezin unti ſchirmin:
Her ni liz ſi ni [81] gehirmin,
Vnz er gewan ci ſiner hant
[82] Elliu Aſianiſchi lant.
Da ſtipht er eine burg ſint,
[83] Einir dageweidi wiht,
Drür dageweidi lanck.
[84] Michil was der ſin gewalt.
Diu burg nant er nah imo Ninive.
Da ſint der mereviſch Jonam uz ſpe.

Ut pericula
auderent adire.
Offendere & defendere.
Non ſinebat eos otiari.
Usque dum occuparet ad ſuam manum
Omnes Aſiaticas terras.
Tunc conſtituit urbem poſtea
Itinere diurno amplam,
Trium dierum itinere longam.
Magna erat hæc ejus potentia.
Urbem hanc vocabat ſecundum ſe Ninive.
Ubi poſtea balæna Jonam exſpuit.

X.

SIn wif diu hiz Semiramis,
[86] Diu alten Babilonie ſtiphti ſi,
Van cigelin den alten
Die die [87] gigandi branten.
Dü Nimbrot der michilo
Gert [88] ün dumplicho
Daz ſi widir Godis uortin [wortin]
Einen turn [89] worhtin
Von erdin uf ce himele.
Des [90] dreif ſi Got widere.

X.

EJus conjux vocata Semiramis,
Veterem Babilonem conſtruxit hæc,
Ex lateribus vetuſtis
Quos Gigantes conflarant,
Cum Nimrod magnus
Mandabat eis ſtolide
Ut contra DEI verbum
Turrim exſtruerent
De terra usque in cœlum.
Quo eis DEUS adverſabatur,

Dü *Cum*

79) *Gidorſtin]* durfften, auderent.

80) *Irbidin]* arbeiten. Sic Gloſſæ Lipſii: *intloue, aperuit; anlucon, aperuerant. Irquike*, pro, erquicke. Opit. Sed tautologiam etiam hic evitamus merito. Irbidin, irbieten, irbiaten eſt offerre, adire, ut patet ex Otfrido. Vid. Gloſſar. noſtrum. *Schilt. Irbidin* hic non eſt: *laborare*, nec etiam *offerre, adire*, ſed: *expectare* a *beitan, bitan, bidan*, quæ voces ſæpe apud Otfridum aliosque occurrunt. *irbeit* pro: *expectabat* eſt ap. Otfrid. Eu. III, 24, 99. ubi vide notam meam. Verſus hic itaque ſic eſt transferendus: *Ut pericula auderent expectare*, ſuſtinere. *Scherz.*

81) *Gehirmin]* Eædem Gloſſæ; *Gehirmon, quieſcere. Ungehirmelick, inceſſabilis.*

82) *Elliu Aſianiſchi lant.)* Totam Aſiam. Tyrol:
Dagegen iſt ellit lere blint.
Winsbeke:
Ob mir Got ſiner helfen gan.
Dü elliu dinc uuol ende kan.
Inf. n. XX. Ad mentem Rhythmi L. Ampelius: *Ninus Rex, qui primus exercitu prope totam Aſiam ſub ſe redegit.*

83) *Einer dageuueidi uuiht]* Hujus urbis magnitudinem hinc æſtimari poſſe Euſtathius ad Dionyſium Periegeten ait, quod hiſtorici ſcribant, Ninum per XIV. myriades hominum VIII. annorum ſpacio illam extruxiſſe.

84) *Michil]* Inf. ſæpius. Excerpta Lipſii: *Mikil, magnus, multa, copioſa. Mikilon, magnus, Mikile, magnificentia.* Kero: *Multo magis, michilu mer. multo minus, mihhilu min.* Canticum B. Virginis L. Gothica: *Mikileidſai uuala meina fan.* Id L. Teuton. Vetuſta: *Mikkiloſo min ſela Truchtin.* Cantica Danica longe antiquiſſima:
Spanie land oc Mycklegaard
De lige ſaa lang aff lee;
Ubi *Myklegaard* noſtrum *Mechelburg* eſt, Latinorum Metropolis. Et ſic Septentrionalibus Conſtantinopolim dictam, obſervat Carminum illorum compilator. Hinc & provinciam ad litus Germanicum nomen trahere, non dubitandum eſt. Videtur autem vocabulum *micbil* ſeu *miki* (Danis *magla*, ut Olaus VVormius in Faſtis patriæ ſuæ obſervat) originem trahere a Græco μεγάλα.

85) *Daſint der mereviſch Jonam uzſpe)* Jonam apud Joppen navigium conſcendiſſe, & poſt triduum in Euxinum Pontum a ceto revomitum, Joſephus narrat lib. IX. Antiquit. Judaic. cap. XI.

86) *Diu alten Babilonie ſtipbti ſi]* A Semiramide conditam Babyloniam teſtantur Herodotus, Cteſias, Diodorus, Trogus, Solinus, Ampelius, alii. Diverſas quorundam opiniones recenſet Cl. Salmaſius in opere inexhauſtæ eruditionis ad Solini Polyhiſtora. De Beli templo in hac urbe Solinus: *Beli ibi Jovis templum, quem inventorem cæleſtis diſciplinæ tradidit etiam ipſa religio, quæ Deum credit.* Iſidor. lib. VIII. Orig. cap. XI. *Bel idolum Babylonicum eſt, quod interpretatur vetus.* Ubi legend. puto: *quod interpretatur Deus.* Sequitur enim ſtatim: *unde & lingua Punica Bal. Deus dicitur.*

87) *Gigandi]* Gigantes, die Rieſen.

88) *Un dumplicbo]* In thorheit. Gloſſæ Lipſii: *Dumba, ſtultus; dumpheide; inſipientia.* Sic n. XXXV. tumbin.
Tyrol: *Der tumber tor ſich ſelben bechb.*
Winsbekia: *Kint dir mag uuol alſam geſchehen.*
Haſt in der jugende uuiſu uuort, und laſt dich tump an uuerkon ſehen.
Sileſii: *Du ſtellſt dich tumplich.* Opit. Accipit hic Opitius pro IN, ſed ex ℣. 76. patet eſſe idem, quod *ibn* hodie, iis, ſcilicet Gigantibus. *Schilt.*

89) *Uuorbtin]* faciebant, exædificabant. Inf. n. XXIII. XXIX. Ita adhuc Britanni.

90) *Dreif]* hodie *Treffen*, ire, venire. Vil. Gloſſ. noſtr. *drephan.* Schilter.

91) *In*

Digitized by Google

Dü her mit ſinir gewalt
Gedeilti ſi ſo manigvalt,
[91] In zungin [92] ſibenzog,
So ſteit iz in der werlti noch.
[93] Von dem gezugi des ſtiphtis
Worti [vorti] diu Semiramis
[94] Di burchmura viereggehtich,
Vieri milin lank unti ſeſchig.
Des turnis biſtunt dannoch
Vieri duſent lafterin hoch.
In der burch ſint warin
Die kunige [95] vili mere.
Da havitin ir geſez inn
Chaldei die grimmin,
Die [96] heritin afder lanten
Unzi ſi Hieruſalem virebranten.

XI.

[97] IN den cidin iz geſcach,
Als der wiſe Danihel geſprach,
Dü her ſini troume ſagiti,
Wi her geſin havite
Viere winde diſir werilte,
[98] In dem michilen mere vehtinde,
Vnz uz dem meri giengin
[99] Vreislicher dieri vieri.
Viere winde biceichenint vier Engele,
Die plegint werilt allere,
Die dier vier kunincriche
Die diu werilt ſoldin al umbegrifen.

XII.

DIz eriſti dier was ein [100] lewin,
[1] Si havite mennislichen ſin.
Diu beceichenit uns alle kuninge
Der warin [*warin*] in Babilonia.
Dere crapht unt ire wisheit
[2] Gidadun ire richi vili [3] breiht.

XIII.

Cum is ſuâ potentiâ
Divideret eos tam multipliciter,
In linguas ſeptuaginta,
Sic ſtat in mundo adhuc.
De materia illa conſtructionis
Ducebat Semiramis
Urbis mœnia quadrata,
Quatuor villiaria longa & ſexaginta.
Turris conſtabat nihilominus
Quater mille hexapedum alta.
In iſta urbe poſtea fuerunt
Reges multum illuſtres.
Ibi habuerunt ſuam legem intus
Chaldæi iſti immanes.
Qui dominabantur ſuper terras,
Usque dum Hieroſolyma combuſſerunt.

XI.

IN his temporibus hoc factum,
Ut ſapiens Daniel enarravit,
Quum ſua ſomnia referret,
Quomodo ipſe vidiſſet
Quatuor ventos hujus mundi
In magno mari pugnantes,
Usque dum ex mari provenerint
Terribilia animalia quatuor.
Quatuor venti deſignant quatuor Angelos,
Qui procurant mundum omnem.
Animalia, quatuor imperia,
Quæ mundum debebant omnem complecti.

XII.

PRimum animal erat leæna,
Habebat humanum ſenſum.
Hoc deſignat nobis omnes Reges
Quotquot fuerunt in Babilonia.
Quorum potentia & ſapientia
Fecerunt eorum regna multum illuſtria.

XIII.

---

91) *In zungen ſibenzog)* Tirol.
Welt ir wiſſen wir es umb die kammen ſtat?
Zwo vnd ſibenzeg ſprache dü werlt batt.
Vetus Poeta in Hörmin Sudfrid.
Ja betteſt du betuuungen
Das halbe teil dirre erdn,
Und zuuo und ſibenzeg zungen
Das ſi dir dientem germ.
Hanc opinionem de ſeptuaginta linguis inde eſſe, quod per LXXII. interpretes exiſtimatum fuit verbum Dei in orbem totum emanaſſe, non male conjicit Goldaſtus ad hunc Tirolis locum.

92) Sibenzig, ſeptuaginta. alii addunt duo. Id Goldaſtus & Opitius arceſſunt a numero LXXII. Interpretum Græcorum. Sed magis ex numero Capitum familiarum tum temporis, ut habent Excerpta ex priore libro chronologico Euſebii & Africano atque aliis, Breviatoris barbari, *p. 46.* Vid. *Præfat. ad Gloſſ. noſtr. §.* 2. & Alcuin. in Geneſ. Qu. 141. Notandum hic eſt, quod autor noſter de Semiramide circa origines Colonienſes agens, mentionem nullam faciat de ejus & filii ſui Tribetæ exulis adventu ad Rhenum, condita Treverum urbe. Unde apparet iſtam fabulam tempore hoc nondum fuiſſe prognatam, ſed recentius Trevirorum figmentum, unde porro confirmatur, quod neutiquam a Mariano Scoto id referatur, Obiit *Anno* Epiſcop. MLXXV. Marianus MLXXXVI. Sed eſt aſſutum gloſſema recentius, quod & Brouuerus evicit Proparaſc. Annal. Trevir. cap. *Schilter.*

93) *Von deme gezvge des ſtiphtis]* Ex materia operis, fabricæ, turris dirutæ.

94) *Die burchmura]* muros urbis, de quibus multa nos docet, quæque nemo alter poſſet, is quem dixi vir ſummus ad Solinum.

95) *Vili mere]* celeberrimi. Vide ſup. n. VI.

96) *Heritin]* verheereten. Vid. & n. IV.

97) *In den cidin]* Daniel. cap. VII.

98) *In dem michilen mere)* Sic ad verbum: *in mari magno.*

99) *Vreislicher dieri vieri]* Beſtiæ terribiles. Schreckliche. Germani Inferiores: *Vreſe, Vreeſen, Vreeſelick*, a Gr. φείζειν.

100) *Leuuin, Leæna*, ſecutus eſt vulgatam verſionem. *Schilt.*

1) *Si havite mennislichin ſin]* Textus: *Et ſuper pedes quaſi homo ſtetit; & cor ejus datum eſt ei.*

2) *Gidadun]* faciebant: a *Thun.*

3) *Breibt.* Beraht, berecht, brecht, breicht, clarus, illuſtris. Vid. Gloſſar. *Schilt.*

Digitized by Google

XIII.

DAz ander dier was ein beri wilde,
Her havide drivalde zeinde,
Her cibrach al daz her anequam,
Unti citrat iz undir sinin clawin.
Der bizeichinote driu künicriche
Diu cisamene al bigondin grifin,
Bi den cidin dü [4] Cirus unti Darius
Gewunnin Chaldeischi [5] Hus:
Die zwene riche küninge
Si cistortin Babilonie.

XIII.

ALterum animal erat ursus ferus,
Habebat triplices dentes,
Confringebat omne quod apprehendebat,
Et conculcabat sub suis unguibus.
Hic designat tria Regna
Quæ simul omnia volebunt comprehendere,
Temporibus quum Cyrus & Darius
Occupabant Chaldaicam Domum.
Hi duo potentes Reges.
Destruxerunt Babyloniam.

XIV.

DAz dritti dier was ein [6] Lebarte,
Vier [7] arin vederich her havite.
Der beceichinote den Criechiskin Alexanderin
Der mit vier herin vür aftir [8] landin,
Unz her die werilt einde,
[9] Bi guldinin siulin [10] bikante.
In India her die wüsti durchbrach,
[11] Mit zwein boumin her sich da gesprach,
[12] Mit

XIV.

TErtium animal erat Leopardus,
Quatuor aquilinas alas habebat.
Is designavit Græcanicum Alexandrum,
Qui cum quatuor exercitibus ivit in expeditionem,
Usque dum orbis finem percurrit,
Per aureas columnas notum fecit.
In India eremum perfregit,
Cum duabus arboribus ibi collocutus.

Cum

---

4) *Cirus]* Cyrum imperium Medorum subvertisse, & ad Persas transtulisse, satis notum est; ut & Darii historia.

5) *Hus]* pro regno vel imperio. Videtur tamen de Babylonia intelligendum, quam Cyrus debellavit.

6) S. Hieron. Epist. LI. in vit. S. Hilar. *Alexander M. Macedo, quem vel arietem vel pardum vel bircum caprarum Daniel vocat.*

7) *Arin vederich]* aquilinas alas. num. XLV. Aquila, Belg. *arent;* Angl. *arnt.* Germ. *adler.* a Gr. ἀετὸς *vederich;* alæ. Glossæ Lipsii: *Fetheracco.* Alarum. Inde *Fittich* nostrum.

8) *After lantin]* Per provincias & regna.

9) *Bi güldinin siulin]* De termino expeditionis ac victoriarum Alexandri Magni accuratissime, ut solet, disputat Salmasius § πάνυ ad caput Solini XXXVIII. At quæ Poeta noster hic de illo narrat, fabulas olere & figmenta mirum non est; cum illos ipsos, qui comites ejus itineris fuerant, in gratiam Regis gloriæ cupidissimi multa confinxisse satis constet. De scriptoribus alias antiquissimis eorumque mendaciis, Onesicrito, Nearcho aliisque conqueritur Strabo lib. II. Geogr. præcipueque fidem Daimacho & Megastheni derogandam ait, quorum nugas compendio verborum recenset. Et serior ætas, quæ in majus omnia extendit, haud pauca addidit risum potius quam fidem merentia. Hujus farinæ sunt quæ de gentibus ab Alexandro inter altissimos montes in parte Aquilonis conclusis epistola Presbyteri Johannis exhibet in peregrinatione Joannis Hesei; qui illa ex Histri compilatore deprompsit mox laudando; quamvis in Ms. libro meo ista de Alexandro non extent, atque ex Histro Epistolæ assuta videantur ab Heseo. Librum quoque, qui Callisthenis nomine de vita Alexandri Græce Latineque in bibliothecis latet, anilibus nugis scatere, sciunt qui inspexerunt. An is sit, quem Franc. Juretus Notis in Symmachi lib. X. Epist. LIV. & Adversarior. lib. II. cap. X. Nobilissimus Casp. Barthius noster manuscriptum se habere ait, equidem nescio: penes me codex chartaceus est titulo, *Excerptum de vita Alexandri Magni;* lectione quidem indignus, producendus tamen hic, ne συμποτικὸς nullo auctore nugas garrire videatur. De columnis aureis in fine Orbis terrarum quod hic dicit, in India neque Herculis neque Bacchi columnas repertas esse Strabo lib. III. ex fama asserit; nihilominus Macedones demonstrata quædam loca, ex vestigiis eorum, quæ de Hercule aut Baccho memoriæ tradita fuerunt, columnas eas esse credidisse. Ptolomæus ultra Causacum Colchicum statuit columnas Alexandri terminum itineris & expeditionum. Sed ad Indicum potius Causacum, ubi aras Alexander, teste Plin. lib. VI. Hist. Nat. cap. XVI. tanquam ad limites mundi collocavit, referri debuisse magnus quem indigitavi amicus noster itidem illic evincit. Obiter indicandum, scripsisse de Alexandro & Euphorionem; ut lacuna Stephani in Χίλοι explenda est. Ita enim Ms. liber: ὡς Εὐφορίων ἐν Ἀλεξάνδρῳ. Sed de Alexandro, Crateri F. rege Eubœæ, hoc intelligendum est haud dubie, cujus uxori Niciæ Euphorionem Chalcidensem amatum fuisse, Suidæ indicio scimus.

10) *Bikante]* agnoscebat. Supra n. VIII. *Ob ir uuillit bekennen Der burge aneginne.*

11) *Mit zuein boumin her sich dar gesprach]* Excerptor meus, alteram Solis, alteram Lunæ arborem fuisse ait. Quid colloquii cum illa fuerit audi: *Cepit Alexander* (inquit auctor τειβάξβαξ) *cogitare in animo suo, si triumphans reverti posset in patriam suam, ad matrem & sorores carissimas. Cui subito arbor Indico sermone respondit: Sicut interrogasti, non meum, Alexander. Eris dominus orbis terrarum, sed vivens in patriam non reverteris; quoniam fata sic diffinierunt de te. Cumque ille interrogaret Indos, quos secum adduxit, interpretati sunt ei sermonem. Tunc tres fidelissimi ejus amici Perdicca, Cliton, Philotas ceperunt plangere super hac responsione.* De arbore Lunæ statim: *Vespere autem veniens Rex ad interrogandum arborem Lunæ, cum stetisset juxta arborem, interrogavit ubi mori deberet. At ubi splendor Lunæ tetigit arborem, respondit arbor Græco sermone: Plenam jam finem ætatis habes, Alexander. Sed isto anno adveniente Majo in Babilone morieris, deceptus a quo minime præsumis.* Plura belli illius dialogismi describere pudet pigetque. Et tamen nimia hæc quæ memorat mira, ex ipsius Alexandri ad Olympiadem matrem ac magistrum Aristotelem epistola hausta esse, blaterat monachus. Nos unicas Regis, ac sanioris argumenti, literas ad Aristote-

lem

[12] Mit zuein grifen
Vür her in liuften.
[13] In eimo glaſe
Liez er ſich in den ſe.
Dü wurfin ſin ungetruwe man
[14] Die kettinnin in daz meri vram.
[15] Si quadin: obi du wollis ſihen wunter,
So [16] walz iemir in demo grunte.
[17] Du ſach her vure ſich vlizin
Manigin viſc grozin.
Half viſc, half man,
[18] Dad diuht un vili harte vreiſſam.

XV.

Dü gedachti der [19] liſtige man
wi her ſich mohte [20] generian.
[21] Der wag vurt in demo grunte.
Durch das glas ſach her manige wunter.
Unz

Cum duobus griphis
Cucurrit per aerem.
In vitro
Demiſit ſe in mare:
Tunc projecerunt ejus infideles homines
Catenas in mare procul,
Dicebant: ſi tu velis videre mirabilia,
Igitur dominare perpetuo in hoc abyſſo.
Ibi videbat præ ſe natare
Varium piſcem magnum.
Semipiſcem, ſemivirum,
Fecit ei multò vehementem terrorem.

XV.

Tunc cogitabat callidus vir
Quomodo ſe poſſet liberare.
Fluctus trahebat ipſum in abyſſo.
Per vitrum videbat varia mirabilia.

Usque

lem, cum hujus reſponſo extare novimus, quas Plutarchus in vita ipſius. Themiſtius ad lib. I. Phyſicor. Ariſt. & ex Andronico Philoſopho Agellius lib. XX. cap. V. exhibent. At fictæ illius epiſtolæ meminit quoque Otto Friſing. Epiſc. lib. II. Annal. cap. XXV.

12) *Mit zuein grifen vur her in liuften]* Id ad mare rubrum accidiſſe ait homo fabulator, ad explorandum cœlum. Addit poſtea: *Divina vero virtus obumbrans, gryphes dejecit eos in terram in loco campeſtri longe ab exercitu, itinere dierum decem. Nullam tamen læſionem ſuſtinuit Alexander in cancellis iſtis. Cum magna vero anguſtia redditus eſt militibus ſuis, quem videntes lætati ſunt, collaudantes eum.*

13) *In eimo glaſo]* Et hanc hiſtoriam mythicam nugigerulus refert. At majorem auctorem habet, apud quem & reliquæ forſan extarent, ſi integer ipſe. Is eſt Hiſter ſive Iſter Æthici cognomento, ſcriptor antiquiſſimus, cujus Edicta Coſmographica e Græco ab Hieronymo ſaltuatim verſa in Thuanæa bibliotheca Lutetiæ, penes me quoque, extant, litera ſane antiquiſſima. De Hieronymo, ſi alia deſint, dubitare nos vetat Hrabanus Maurus, qui in libello de inventione linguarum; *Literas enim*, inquit, *Æthici Philoſophi Coſmographi natione Scythica, nobili proſapia, invenimus, quos venerabilis Hieronymus Presbyter ad nos uſque cum ſuis dictis explanando perduxit.* Ut tamen Vetuſtatem ſcripti hactenus tantum non incogniti magis probemus, reddendum eſt auctori mea opera bis ſuum nomen apud Iſidorum. Lib. XIV. Originum cap. V. ita vulgo legitur: *Hiſtoria dicit ex Jaſone natum fuiſſe Philomelum & Plutum.* Ubi, *Hiſter dicit*, emendandum eſſe, verba & res in Æthico ab his non diverſa, ſatis oſtendunt. In iisd. Originib. lib. XIX. cap. X. ſic vulgatæ editiones: *De qualibus Hiſtoria, Gens, inquit, Saxonum mioparibus non viribus nituntur; fugæ potius quam bello parati.* At Hiſter Hieronymi (quod nomen & hic, loco vocabuli *hiſtoriæ*, recipiendum eſt) ita: *Et Saxonum genus inopinatiſſimum, a meoparotis ingenio valde peritiſſimum.* Sed & eod. cap. de Lydiis aliisque navibus pleraque omnia ex hoc fonte hauſta ſunt. Citat eum & Plutarchus in Alexandro. Cum vero diverſi fuerint Hiſtri, & a diverſis ſæpenumero laudentur, ut V. C. Ger. Joan. Voſſius opere elaboratiſſimo de Hiſtoricis Græcis oſtendit, cui hæc Coſmographia illorum aſſignanda ſit, alii obſervabunt, & forte nos ipſi, qui non pauca huc facientia obiter jam notavimus. Interea viris eruditis, ſi qui reverentia vetuſtatis libellum hunc contingent, & hoc πάρεργον acceptum fore confidimus. Nunc quid Hieronymus ex Hiſtro de Alexandri hoc facto referat audiamus: *Aſſerit* (Hiſter) *Alexandrum Magnum illuc per obſidum fœdera peracceſſiſſe, ob hoc tantum, ut hac cauſſa navalium induſtriam* (apud gentes inſulas Oceani magni Borici, ut ait, habitantes) *conſideraret & aſtutiam. Et ultra quam credi poteſt de eo famoſiſſimas fabulas inquiunt. Ajunt enim, in ipſas colimphas ipſum Alexandrum introiſſe, & profundum conſcendiſſe uſque ad imum, ut ſciret Oceani profundum & differentiam maris & abyſſi. Nobis vero incredibile videtur. Colymphas* nominat naviculas urinatorias (a κολυμβῶ, *nato*) incolarum eo loci induſtria ita excogitatas, ut ſpeculi electrini & vitrei beneficio in media inundatione lumine non indigeant. Magno verborum ambitu eas deſcribit ex Hiſtro vir ſanctiſſimus, ſed mendoſiſſime ab inepto librario ſcriptorum, quæque ex ingenio, meo quidem, citra audaciam caſtigari nequeunt. Vitioſum forte minus eſt exemplar Illuſtris Thuani, aut alterum P. Danielis, quod præfatione ad Æthici Coſmographiam (non Hiſtri iſtius, ſed manus omnium perambulantem) citat Simlerus; niſi hoc in exquiſitiſſimam bibliothecam illam translatum fuit.

14) *Die kettinin]* Uncinas ferreas in manuum vel digitorum ſimilitudinem curvatas, *cum catenulis ferreis miro ingenio productis*, colymphis aptatas fuiſſe, ex iisdem Hiſtri Sophici, ut eum vocatum Hieronymus aſſerit, Edictis diſcimus.

15) *Si quadin]* ajebant. Ita n. XXV. XXVI. Gloſſæ Lipſii: *Quat, dixit; Quethe, dicat; Quit, dic.* Kero: *ait, qhuad; ſententia, kaqhuit; ſententiam, keqhuit.* Inde noſtrum, *quatvogel, garrulus.*

16) *Uualz]* uualzen, Lat. volutare.

17) *Du ſach her]* Excerpta Ms. Hoc *audiens Alexander, juſſit talia fieri, & hoc modo perquirens profundum mare, vidit diverſas figuras diverſi coloris piſcium, & quaſi terreſtrium animalium, profundum maris perambulantium, multaque, quæ dici non poſſunt.*

18) Vitium ſubeſt. leg. videtur: *Das ziubt*, hoc fecit, attraxit. Otfr. I. 1, 203. *Schilt.* Mihi non videtur opus correctione. verto autem ita: *Hoc viſum eſt ei admodum periculoſum.* Scherz.

19) *Liſtige]* ſapiens. Vid. n. II.

20) *Generian]* f. ſervare, liberare.

21) *Der uuag]* Fluctus, die uuaſſeruuage. Gall. *vague*, Angl.

Digitized by Google

Unz er [22] mit einim bluote
Das ſcarphe meri gruozte.
Alſi diu vlut des bluotis inpfant
Si warf den heirin aniz lant.
So quam her widir [23] in ſin riche,
Wol intfingin ün die Criechen.
Manigis wunderis [24] genihte ſich derſelbe man.
Driu deild werilte [25] züme gewan.

Usque dum aliquo ſanguine (ſacrificio)
Rigidum mare ſalutaret.
Cum fluctus ſanguinem ſentiret
Projiciebat dominum in terram.
Sic veniebat is iterum in ſuum regnum,
Bene exceperunt eum Græci.
Multis mirabilibus ſatiebat ſe ille Vir.
Tres partes mundi ad ſe acquirebat.

XVI.

DAs vierde dier ein ebir was,
[26] Die cünin Romere meindi daz,
Is haviti iſirne clawin,
Daz ne condi nieman [27] gevan;
Iſirni ceine vreiſam.
Wi ſol diz iemir werdin zam?
Wole biceichinit uns daz [28] waltſuin
Daz did riche ci Rome ſal viri ſin:
Der ebir cin horn trug
Mit den her ſini vianti nidirslug.
Her was ſo michil unti [29] vorhtſam,
Ci Rome wart diu werlt al gehorſam.

XVI.

QUarta beſtia aper [Nomen certum non extat in textu ſacro.] erat.
Audaces Romanos denotat hæc.
Habebat ferreos ungues,
Ut nemo poſſet capere,
Ferreos dentes horribiliter.
Ut deberet hæc unquam fieri cicur?
Bene deſignat nobis hic ſylveſter porcus
Quod hoc regnum Romæ debeat quartum eſſe:
Aper decem cornua gerebat,
Quibus ille hoſtes ſuos projiciebat.
Erat tam magnus & terribilis,
Romæ ſiebat mundus omnis obſequioſus.

XVII.

CIn horn [30] meintin cin künige,
Di mit Romerin rittint ci ſturme.
Daz eilfti horn wus unz an den himil,
Die ſterin vuhtin imi widir.
Iz hat [31] ougin unti munt,
Sülich ni wart uns é kunt.
Manigi

XVII.

DEcem cornua deſignant decem Reges,
Qui cum Romanis ibant in expeditionem.
Undecimum cornu creſcebat usque ad cœlum,
Stellæ pugnabant adverſus illud.
Habebat oculos & os,
Qualia nunquam nobis antea cognita.

Multa

Angl. *vauue*. Schuuabenſpiegel, Keiſerl. Lehenrecht: *Die viſch in dem uuag, die thier in dem uuald.*

22) *Mit einem bluote*] Quid hoc vocabuli, aut quæ auctoris mens ſit, ignorare me non diffiteor. Neque de hac re Excerpta mea, docere nos poſſunt, ſi res tanti eſt, qui illam Alexandri vitam nulla parte mutilatam aſſervant. *Bluote* tamen ſanguinem notare puto, ut n. XX. *Opit.* Adſcribi hic merentur verba Celeb. Stadenii, quæ in Explic. Voc. Germ. Bibl. p. 141. & ſeq. occurrunt: Ille poſtquam notaſſet vocem *Blot* Gothis non tantum *ſanguinem* ſed & *ſacrificium* denotaſſe, ita pergit: daher iſt Suecice und Islandice *blota*, Got dienen und opfern, Angl. Sax. haben auch *blotan*, immolare, opfern gehabt, daher iſt auch ſonder zuueifel *blauſtar*, Opfer; uuelches Tatianus c. LVI. 4. gebrauchet: *Ih uuillu miltida, nalles* blauſtar: *Ich uuill Barmherzigkeit, kein* Opfer. Cod. Arg. ſaget auch Joh. IX, 31. *huas* gothbloſtreis *iſt: So jemand* gottfürchtig *iſt.* Vulg. Si quis Cultor Dei eſt. Aus obangeführtem iſt zu verſtehen, uuas das ſey, ſo im Rhythm. de S. Annone §. 15. ſtehet, uuelches uueder Opitius noch ſonſt jemand, uuie uiel ich geleſen, erkläret hat: *Unz er mit einem* bluote *daz ſcarphe meri gruozte:* d. i. *biſs er mit einem* Opfer *das ſcharfe meer grüſſete, und anredete*, da *Blut* auch für *Opffer geſetzet.* Huic eruditiſſimi viri ſententiæ meum etiam adjicio calculum. *Scherz.*

23) *In ſin riche*] ad imperium ſuum & copias; non in patriam. Nam Babylone mortuum vel pueri norunt.

24) *Genibte*] Fruebatur ſpectaculo. Otfridus: *Genuhti*: voluptas, & habes inf. n. XXI. Belg. *genucht.* Nos *genügen*; & verbum, *geniten.* Opit. genühte vergnügte ſich. *Schilt.*

25) *Zume*] zu ihm.

26) *Die cünin Romere*] Otfridus de Francis:
Si ſint ſo ſama kuani
Selpſo thio Romani.
tam audaces, tam ſtrenui ſunt, ut Romani ipſi.

27) *Geuan*] Fahen, fangen.

28) *Uualt ſuin*] Sic infra n. XL. lupos vocat canes ſilvaticos; uualthunde.

29) *Vorhtſam*] terribilis; active.

30) *Meintin*] ſignificabant, indicabant, ut n. priori.

31) *Ougin*] Inf. n. XLVIII. Herzoge Heinrich von Preſsla, citante Goldaſto Animad. ad Winsbekiam:
Suuenne ſi ſtet gegen im zu angeſicht
Und ſi in mit irögen gibt
Das ſi in von herzen meine,
Suuer diſen zuuein geuerig ſi
Und uuone mit valſcher hüte bi
Der uuerde zeinen ſteine.
Qui ſuaviſſimi verſus eo tempore, quo Poëſis ante aliquot ſecula inter ornamenta Equeſtris Ordinis non minus erat atque bellica virtus, conſcripti, impatienter deſiderare nos cogunt Principis a tot Regibus ortum trahentis carmina alia, nequicquam fortaſſe quærenda. Nam Goldaſtus ὁ μακαρίτης, ſemel iterumque a me de his monitus, dubio me ſemper reſponſo dimiſit. Itaque vera eſſe puto, quæ ad Tob. Scultetum aliquando Gruterus: *De Germanicis illis ita eſt, ut ſcripſi. Quicquid inde profert Goldaſtus, deſumuntur e Palatina. Cur permittimus? Cur non permitteremus*

Digitized by Google

Manigi wort iz widir Gode ſprach,
Daz her vieli ſchiere gerach.
Daz biceichnit uns den Antichriſt,
Der noch in dieſe werlt künftig iſt.
Den Got mit ſinir gewelti.
Cir hellin ſal geſendin.
Der troum allir ſo irging,
Son der engil uane himile [32] giſchiet.

XVIII.

[33] ROmere ſcrivin ciſamine
[34] In einer güldine tavelin
[35] Driuhunterit altheirrin,
Di dir [dar] plegin zuht unt erin,
Die dagis unti nahtis riedin
Wi ſi ir erin bihildin.
Den volgedin die Herzogin al,
Wanti ſi ni woldin kuning havin.
Dü ſantin ſi den edelin Ceſarem,
Dannin noch hiude kuninge heizzint Keiſere.
Si gavin imi manige [36] ſcar in hant.
Si hiezin ün vehtin wider Diutſche lant. [37]
Da aribeiti Cæſar das iſt war,
[38] Mer than ein thar.
So her die [39] meinſtreinge man
Ni conde nie biduingan.
Ci iungiſt gewan hers, al [40] ci gedinge,
Daz ſolt in cin erin brengin.

XIX.

UNdir bergin ingegin [41] Suaben
Hiz her vanin uf haben,

Deri

Multa verba contra DEUM dixit,
Ut ille multum manifeſto vindicaret.
Hoc denotat nobis Antichriſtum,
Qui adhuc in hunc mundum venturus eſt.
Quem DEUS per ſuam Potentiam
Ad infernum mittet.
Hoc ſomnium per omnia ſic proceſſit,
Sicut id Angelus de cœlo revelavit.

XVIII.

ROmani conſcripſerunt conjunctim
In aurea tabula
Trecentos Senatores
Qui ibi adminiſtrarunt jus & honorem,
Qui die & nocte conſultarunt
Ut dignitatem ſuam conſervarent.
(Magiſtratus, Præſides)

Hos ſequuti Duces omnes,

Namque nullos voluerunt Reges habere.
Tunc miſerunt nobilem Ceſarem,
Unde adhuc hodie Reges vocantur Cæſares.
Dederunt ipſi multas cohortes in poteſtatem.
Juſſerunt eum pugnare contra Germanias.
Tum laboravit Cæſar, quod verum eſt,
Plus quam ullus tunc.
Nec is communiter - ſtrenuos viros
Poterat unquam vincere.
Tandem obtinuit eos omnes (ſub conditione)
Quod ipſius honori cedere debebat.

XIX.

SUb montibus (Alpibus) adverſus Suevos
Juſſit is vexilla tolli:

Quo-

---

mus ? eo defuncto nihil tale reperietur inter ejus libros. Itaque ſatis ſe vindicaverit illa temporis filia. Viderit Clariſſimus Holſteinius, a quo rara veteris ævi monimenta ex promiſſo ſperamus alia, num & ſic Germaniam noſtram ex theſauro Romam partem maximam traducto juvare poſſit & exornare.

32) Leg. *geſchint. Schinen*, manifeſtare. Gloſſar. *Schilt.*

